IOHANNIS WYCLIF

DE CIVILI DOMINIO

LIBER TERTIUS.

WITH CRITICAL AND HISTORICAL NOTES

BY

DR IOHANN LOSERTH
PROFESSOR OF HISTORY IN THE UNIVERSITY OF GRAZ.

(ENGLISH SIDE-NOTES BY F. D. MATTHEW.)

VOL. III.

LONDON.
PUBLISHED FOR THE WYCLIF SOCIETY BY TRÜBNER & Co.
PATERNOSTER HOUSE, CHARING CROSS ROAD.
1903.

JOHNSON REPRINT CORPORATION
NEW YORK AND LONDON

MINERVA, G.m.b.H.
FRANKFURT AM MAIN

Digitized by Google

Preface.

As the third part of 'De Civili Dominio' is almost as long as the first and second together, and its size, if published in one volume, would be very considerably increased by the Indexes to vols. I, II and III, and the Introductions to vols. II and III. which it is customary to publish together with the work, the Committee of the Wyclif Society has decided that this third part is to appear in two volumes. I therefore reserve the Introductions and Indexes for the last volume, which is to come out next year.

Graz, October 1902.

J. Loserth.

Digitized by Google

Corrections.

Page	113	line	16	for	*tatem, ex*	read	tatem ex
"	115	"	25	"	usum	"	usum-
"	119	"	41	"	after	"	before
"	239	"	45	"	vita	"	vide
"	273	"	7	"	Paul	"	Paul who.

Digitized by Google

GL.
Heat-2.-hig
Mainz a
U o 6?
663/2-1-9
ad/1-9?

Fol. 1ᵃ

CAPITULUM PRIMUM.

A Ut supradicta de lege Christi in genere plus lucescant, oportet ordiri secundum aliam formam, tractando de religione vel ordine. Of orders.

5 Supponendum igitur est ex duobus ultimis capitulis tercii huius quod sicut omnis bona lex Christi sic omnis bonus ordo vel religio sit religio christiana; patet ex eo quod solum ordo observans caritatem est bonus ordo, omnis huius est religio christiana, ergo sup- 10 posicio vera. All good ones observe charity.

Et secundo, licet ordo et religio dicantur equivoce, suppono quod ordo in proposito sit multitudo creaturarum racionalium observancium secundum instruccionem unius capitis regulam capitis et hominum. Unde aliquis est 15 ordo parcialis et aliquis generalis, ut ordo a primo capite usque ad novissimam personam illius ordinis inclusive; et sic ecclesia catholica, de qua duobus ultimis capitulis tercii huius, continet in se omnem particularem ordinem humani generis. Et miro modo caput cuiuscunque 20 ordinis est Christus, ut declarat Apostolus Coloss. I, 18: *Ut sit*, inquit, *ipse in omnibus primatum tenens.* Unde vocatur *Abba*, id est *Pater*, Rom. VIII, 15: *in quo clamamus: Abba pater.* Vocatur eciam *Prior* Joh. I, 15: *Post me venit vir qui ante me factus est, qui prior me* 25 *erat*, id est, ante me, qui prior me dignitate, non tempore. An order is a number of rational beings keeping the rule of a head. Christ is the head of every order.

1ᵇ Si | ergo fuit prior Baptista in dignitate, per idem est prior cuiuscunque alterius subprioris.

Unde Johannis XV, 18 animans discipulos ad suum ordinem dicit: *Si mundus vos odit, scitote quia me priorem* 30 *vobis odio habuit.* Est enim minister tocius ordinis christiani. Luc. XXII, 27 scribitur: *Ego autem in medio*

27. Cod.: *prior* deest. 28. Cod.: *discupulos.*

5 et 17. De Civili Dominio I, capp. XLIII et XLIV, p. 399 et saepe alibi.

Digitized by Google

vestrum sum, sicut qui ministrat. Et Apostolus explanans expressius Rom. XV, 8: *Dico enim Jesum Christum ministrum fuisse circumcisionis.* Nam formam servi accepit secundum quam servivit omni ecclesie plus quam alius servire potuit; ideo merito minister, maior vel prior dicitur.

Religion is the form according to which every person of an order is said to be religions.

Tercio suppono quod religio ad propositum sit forma secundum quam persona ordinis dicitur *religiosa.*

Unde cum religio personarum quedam sit simplex et quedam aggregata, ut quelibet multitudo personarum cuiusvis ordinis, patet quod de religione proporcionabiliter est dicendum. Potest autem forma religionis notari dupliciter: scilicet in habitu vel in actu. Actum autem religionis describit Jacobus primo capitulo sub hac forma: *Religio munda et inmaculata aput Deum et patrem hec est: visitare pupillos et viduas, in tribulacione eorum et inmaculatum se custodire ab hoc seculo.* Est enim conclusio huius sancti, ut patet II. capitulo, | quod actus 1°
est dignior, utilior et nocior quam suus habitus. Ad quod allegat Gen. XV, 6: *Credidit Deo et reputatum est ei ad iusticiam. Videtis,* inquit, *quoniam ex operibus iustificatur homo et non ex fide tantum.* Cui non repugnat conclusio Apostoli Gal. III quod *ritus circumcisionis non per se iustificat sicut fides.* Nam habitu fidei est actus prestancior, licet habitus fidei infusus precedat actum et sit actu circumcisionali perfeccior.

Unde Philosophus I. Ethicorum ponit felicitatem *actum* B
non habitum. Est ergo sentencia sancti apostoli quod *religio sit servare iusticiam.* Cuius duo sunt membra, scilicet declinare a malo et bonum facere; cuius partem positivam beatus Jacobus pertinenter ad suam sentenciam anteponit, licet pars privativa secundum ordinem Ps. XXXIII sit naturaliter prior sed dignitate posterior.

Vocando autem pupillos quoscunque regimine matris ecclesie quoad peccata anime destitutos et viduas personas viantes racione sui peccati a sponso ecclesie viduatas, patet quod quicunque iuvat partem peccatricem ecclesie spirituali suffragio, *visitat pupillos et viduas in tribulacione eorum;* a quo quicunque in necessitate tam

14. Jacob. I, 27. 18. Jacob. II, 17 seqq. 21. Jacob. II, 24. 23. Recte: II, 16. 27. Aristoteles Ethica Nicomachea I, cap. VIII, IX.

Digitized by Google

instanti deficeret, *huius vana religio*, quia aliter Deum | 1[a] suum inhonorificat, cum torperet ab edificancia matris sue. Seminare autem verbum Dei ad edificacionem ecclesie est authonomatice christiana religio.

To edify the Church by God's word is Christian religion.

5 Sed quia non sufficit bonum facere nisi quod bene fiat, quod non convenit nisi faciens inmunis fuerit a peccato, ideo subicitur secunda descripcionis particula: *et inmaculatum se custodire ab hoc seculo;* sicut enim virtutes connexe sunt, sic peccata carnis, diaboli atque 10 mundi. Quicunque ergo inmaculatus fuerit ab hoc seculo, est inmaculatus simpliciter a peccato.

Sed quia ad religiosum maxime spectat mundum relinquere, ideo signanter ponit Jacobus custodiam mundicie a peccato mundi, quod *est mater omnium malorum* 15 *cupiditas.* Qui ergo preservat se ab illa et edificat quomodocunque ecclesiam, perficit religionem christianam pro statu vie et aliter non; quod si placet intelligere religionem christianam, ut dicit conversacionem completam pro statu vie et statu patrie, tunc prima pars 20 spectat ad meritoriam consolacionem membrorum ecclesie que ab hostibus invadentibus tribulantur.

The world from which we are to keep ourselves is the love of money.

Secunda pars spectat ad statum alterius seculi, quia quam diu sumus in hoc seculo, non sumus inmunes simpliciter ab eius macula.

25 Ex istis igitur intelligatur perpetua et perfecta | 2[a] christiana religio tamquam ex materia et forma. Et patet quod habitus religionis inclinans ad complementum predicte iusticie . . . . quomodo loquitur Augustinus in De Vera Religione I° capitulo: *Religio nichil aliud est,* 30 *nisi cultus Dei.* Et X De Civitate Dei, I. capitulo dicit idem: *Est enim religio vera qua mediate anima unitur Deo a quo peccato originali vel alio se seiunxerat; quod fit, dum baptismo vel penitencia Deo se religat.* Et omnis talis religio est indivisibilis subiective in anima.

C Et patet in quantum christianus est ecclesie Christi utilior, in tantum est religio sua maior. Patet Luc. XXII, 27 ubi Christus docet quod quilibet discipulorum

1. *Vana.* Cod.: *varia.* 2. Cod.: *suadentibus.* 28. *iusticie.* Hic aliquot verba excidisse apparet.

14. I. Tim. VI, 10. 29. S. Augustini Opp. tom. I, 747 (loosely quoted); rectius X, De Civ. Dei 1. Opp. VII, 238: *religionem non esse nisi Dei cultum.* 31. S. Augustini Opp. tom. I, 787. Non cap. I, sed LV (112). Sic et Retract. I, cap. XIII.

Digitized by Google

Outward observances are not religion.

suorum est eo *maior*, quo est ecclesie sue ministrativior: sic igitur religio christiana inchoans in baptismo et consumata in patria; codices aut habitus corporales vel ritus sensibiles non sunt christiana religio, licet sint quandoque per accidens eius signa. 5

Our first duty is to them that are of the household of faith.

Per hoc autem quod Apostolus singulariter dicit *in tribulacione eorum*, notatur quod domestici fidei qui uniuntur in matre ecclesia principaliter sint iuvandi. Unde non oportet ad complendum religionem Christi abire ad gentes, que foris sunt, cum subest tanta materia 10 in hiis qui baptisati sunt christiani et post peccatis forcium hostium multipliciter tribulati.

Sunt ergo tres | partes famose ordinis, scilicet seculares 2b possessionati, regulares et fratres mendicantes, que membra aliqui sic distinguuntur: Seculares sunt religiosi 15 paupertatem, castitatem et obedienciam matri ecclesie et non conventuali preposito profitentes, regulares vero sunt religiosi has tres particulas religionis conventuali preposito extra sacramenta ecclesie pro suo perpetuo profitentes. 20

Difference between possessioners and friars.

Inter possessionatos vero et mendicantes videtur hec differencia, quod primi viventes monastice requirunt vel tollerant quod temporalia toti conversacioni sue sufficiencia secundum leges hominum eis adiaceant; mendicantes vero volentes striccius sequi Christum, profitentur 25 *se non habere hic manentem civitatem* vel redditum, sed abdicant omnem civilem proprietatem, tam toti persone sui collegii quam cuilibet sue parti.

Men may be religious without being monastics.

Nec dicat aliquis quod nulli conversantes in seculo preter vitam monasticam sunt religiosi, quia indubie si 30 sint christiani observant Christo capiti predictam regulam christianam. Illa autem est optima religio. Unde in veteri testamento fuit iniunctum filiis Israhel observare mandata, cerimonias et iudicia Domini religione perpetua, ut patet Exod. XII, Levit. VIII, Num. XIX, Esdre VIII, 35 Act. IX.

Monastic religion did not come.

Religio eciam | quam describit beatus Jacobus con- 2a venit sanctis apostolis cum omnibus ceteris Christi

1. Cod.: *ministrativior*. Lucae XXII, 27: *Namquis maior est, qui recumbit an qui ministrat*. Galat. VI, 10. 12. *forcium*; Cod.: *tercium*. 15. Cod.: *disdinguunt*.

26. Hebr. XIII, 14.

Digitized by Google

fidelibus per quadringentos annos et amplius, antequam fuit religio irregularis monastica introducta. in till 400 years after Christ.

Unde non est racio, quin observantes regulam Christi, obediendo suis prepositis ut papis, episcopis et aliis sunt
5 vere religiosi, quia abbati primo secundum perfectissimam regulam religati. Unde in baptismate profitentur solemniter sancte matri ecclesie predictorum observanciam in abrenuncciando dyabolo et pompis eius.

Est enim divisio inmediata cuiuscunque hominis citra
10 Christum vel servire Christo vel dyabolo. Ideo dicit
D Math. XII, 30: *Qui non est mecum, contra me est;* servire vero dyabolo ex connexione peccaminum est maculari quolibet trium generum peccatorum; ideo quilibet christianus in baptismate abrenunciando superbie vite,
15 que cum tribus filiabus est peccatum dyabolicum, profitetur solemniter obedienciam priori sui ordinis domino Jesu Christo.

Obediencia enim directe istis peccatis opponitur, et cum illa obediencia non inest nisi assistente sancti-
20 monia quoad cibaria et actus venereos, patet quod oportet omnem christianum profiteri tam anime quam corporis castitatem.

Est igitur triplex castitas: virginalis, matronalis et
24 con | iugalis, vocando matronalem castitatem omnem
25 virtuosam continenciam extra virginitatem atque coniugium. Unde secundum Augustinum in De Bono Coniugali patriarche veteris testamenti casti habuerunt multas uxores quam plerique modernorum unam tantum; licet autem *obedienciam matrem virtutum* dicit Augustinus
30 ibidem *castimonia prepollere*, tamen mentis castitas est necessaria cuilibet christiano. Unde in De Bono Virginitatis: *Sicut nemo inpudice utitur corpore nisi spiritu prius concepta nequicia, sic nemo pudiciciam servat in corpore nisi spiritui prius insita castitate.* Oportet ergo quemlibet
35 christianum contra peccatum carnis quod est gula atque luxuria pudiciciam profiteri Domino. Et ultra, cum *nemo potest simul servire Deo et mammone,* patet quod oportet

Every Christian must be chaste in mind and body.

7. Cod.: *cum predictorum.* 31. Cod.: *De* deest.

23. Cf. Trialogum III, cap. 23, p. 208, Sermon. I, 109, II, 150. 26. S. Augustini Opp. tom. VI, p. 338. 30. Ibid. p. 336: *Obediencia bonum maius quam continencia.* 32. De Sancta Virginitate, ib. p. 344. 36. Matth. VI, 24.

Digitized by Google

He must be poor.

omnem professorem christiane religionis profiteri priori sui ordinis paupertatem. Unde Luc. XIV, 33 dicit Christus: *Omnis ex vobis qui non renunciat omnibus que possidet, non potest meus esse discipulus.* Quicunque ergo imperator, rex vel dominus secularis, si non fuerit saltem in mortis articulo pauper in animo, indubie non habet partem cum Christo paupere conregnando: oportet ergo omnem christianum profiteri contra peccatum mundi quod est avaricia voluntariam paupertatem. Unde I. Cor. VI, 9 dicit Apostolus: *Nolite errare;* et post enumerat decem vicia reducta ad incon | tinenciam, ad inobedienciam, 3ª ad variciam; *que regnum Dei non possidebunt.* Hoc est substancia illis peccatis finaliter irretita; oportet ergo quemlibet christianum esse religiosum quoad observanciam istorum trium.

Monks put themselves under a ruler.

Sed viventes vitam monasticam sub conventuali pre- E posito dicuntur autonomatice religiosi. Distinguuntur autem ab anacoretis et heremitis vel monachis non conventualibus et a noviciis in hoc quod professi vivunt socialiter sub uno ministro et socio eis preposito, ut eos perpetuo conveniat ad observanciam legis Christi. Et in comparacione ad seculares debet esse monastica, sicut oratorium eorum dici debet monasterium.

Secular priests may resign office.

Differunt autem a secularibus collegiatis, a sacerdotibus vicariis vel canonicis in collegio vel ecclesia cathedrali, eo quod ipsi non profitentur regulam humanam suo conventuali preposito, a qua non licet pro sua periodo resilire; possunt enim gratis renuere vel resignare officium, cum votum eorum non sit periódicum, sicut votum religiosorum preposito intrinseco professorum. Et sic primi sunt filii Dei cari, secundi cariores et tercii filii carissimi, quia imitatores Dei rectissimi, ambulantes in dileccione, sicut Christus dilexit nos, sicut Apostolus precipit omnibus christianis I. Cor. IV°.

Friars imitate Christ most closely.

Et hinc sumunt autonomatice nomen *Fratris;* licet vero omnes christiani sint confratres, quia de Deo | patre Christo et eadem matre ecclesia spiritualiter geniti, 3ᵇ tamen illis qui plus laborando religione Christi honorant plus patrem Christum et matrem ecclesiam, plus sunt fratres, quod modo de illis supponitur.

27. Cod.: *suo periodo.*

12. I. Cor. VI, 10.

Digitized by Google

Quoad sexum vero femineum non facio differenciam, quia religionis habitus consistit in interiori homine, in quo secundum Apostolum Gal. III, 28 *non est distinccio maris a femina aput Deum.* Nec sollicitor circa differenciam religionum captam ex differencia subpriorum sub Christo, ex differencia vestimentorum vel aliorum rituum, que sunt accidencia ad observanciam legis Christi.

Contendunt autem magno spiritu, stomachantur non solum seculares sed regulares possessionati contra differenciam mendicandi, qua fratres distinguuntur ab aliis, suadendo quod sit tam scripture sacre contraria quam racioni scripture, quia Deuter. XV, 4 scribitur: *Omnino indigens et mendicus non erit inter vos.* Item Actuum IV, 34, 35, quando discipuli purissime tenebant religionem Christi, scribitur: *Nec quisquam egens erat inter illos.* Et sequitur pro causa: *Dividebatur autem singulis prout cuique opus erat.* Item Job XXIX, 2: *Quis michi tribuat, ut sim iuxta menses pristinos,* ubi patet quod iste sanctus opulenciam adoptavit.

Whether it is lawful to beg.

In illo dubio stat maior pars difficultatis in equivocacionibus terminorum: quod quidam enim intelligunt
3* mendicare | dupliciter, vel spiritualiter vel corporaliter. Omnis creatura vocalis orando Deum impetrans bonum quodcunque mendicat ipsum a Domino.

F Sed ad propositum loquendo de mendicacione corporali respectu hominis dicitur quod mendicare est egenum ad relevamen sui elemosinam corporalem a proximo suo in nomine Domini expetere. Per hoc autem quod egenus petit, excluduntur discoli validi mendicantes, qui ociantes ab occupacione utili perturbant rempublicam. Per hoc quod petit *in nomine Domini,* notatur quod petit secundum racionem elemosine et non ex titulo humani debiti, nec alii petunt debita a suis firmariis, accomodatariis vel aliter obligatis humanitus.

Different kinds of begging.

Ulterius notandum quod triplex potest esse talis peticio, scilicet vel innuitiva vel insinuativa vel declamativa; innuitiva quando sine vocibus egenus ostendit alteri propriam egenciam, ad finem quod alius pie ipsam relevet. Cum enim quelibet res dicit se ex XV De Trinitate capitulo V°, quod tales realiter dicentes summam egenciam

31. Cod.: *Domini* deest. 38. *quod;* cod.: *quo.* 40. *Cap. V.* Hic verbum *sequitur* excidit.

35. S. Augustini Opp. tom. VIII, p. 971.

Digitized by Google

indigenciam petunt elemosinam. Unde in quibusdam patriis egeni sine voce porrigunt manus. Et concordat huic actui quedam ethimologia huius termini *mendicare*, qua dicitur mendicare est omnem pauperem manu dicere suam egenciam. Unde mendicus dicitur quasi *mandicus*, vel consonancius mendicus dicitur quasi defectum | suum dicens. *Mene* enim grece dicitur *defectus* latine, 3d et illo modo non video quin Christus mendicavit, cum fuit summe pauper, ostendens se divitibus ad finem quod elemosinarie ipsum relevent, cum secundum Apostolum II. Cor. VIII, 9 *propter nos egenus et inops factus est*. Et sic potest intelligi de veritate sermonis illud Ps. XXXIX, 18 de Christo scriptum ad litteram: *Ego autem mendicus sum et pauper*, ut dicunt sancti concorditer. Et illud Ps. CVIII, 8: *Fiant dies eius pauci, et episcopatum eius accipiet alter*. Et sequitur: *Pro ipso tamen*, inquit propheta, *quod non est recordatus facere misericordiam et persecutus est inopem et mendicum*, id est Christum secundum glossam. Nec aliter video qua fronte beatus Bernhardus in quodam sermone super illud Luc. II: *Cum factus esset Jesus annorum duodecim*, simpliciter assereret quod *Christus mendicavit;* utrum autem mendicavit secundo modo vel tercio modo, non oportet nos esse sollicitos, quia certum est quod sepe inmiscuit cum sua egencia potestatem, iusticiam et debitum quoad Deum, ut in illo Luc. XIX, 5: *Zachee festinans descende, quia hodie in domo tua oportet me manere*. Fuit enim continue in unum simul dives et pauper. Dico ergo quod fratres possunt legittime et meritorie mendicare; probatur sic: possunt ex parvitate ad avariciam, ex fervore dileccionis imitandi Christum non habere quitquam civiliter, vel ex caritate edificandi clericos nimis mundialiter sapientes relinquere omnes possessiones | civiles et predicando egere temporalibus 4a sine hoc quod aliquis eis gratis ministret, licet de lege evangelica debeatur. Cum ergo stantibus istis possunt

Etymologies.

Christ begged.

It is lawful for friars to beg.

17. *tamen*; cod.: *tam*. 29. Cod.: *dico ego*. 30. *parvitate*. Hic verbum deest.

3. Cf. Trialogum p. 341. 16. Ps. CVIII, 16, 17. 22. Sti. Bernhardi Sermones hunc locum non habent. Cf. De Triplici Vinculo Amoris. Pol. Works ed. Buddensieg I, 188. 26. Cf. Trialogum, p. 341.

Digitized by Google

ex caritate facto innuere, verbo insinuare vel sermone rogare proximos in opus elemosine suam egenciam relevare, sequitur quod possunt licite mendicare.

G Unde frequenter volvi et revolvi unde nos possessionati, habundantes, ociantes et multipliciter peccantes tam rigide exigimus decimas per censuras et tamen negamus fratribus medium humiliter petendi *in nomine Domini*, illud quod de iure divino est eis debitum propter caritativum evangelizandi ministerium, ut patet III huius XLI° capitulo. Nam iste modus petendi plus sapit humilitatem et minus dominativam civilitatem in petente, plus prodest ministrantibus ex voluntaria dacione et plus est fundabilis ex sacra scriptura et probabili racione. Sic enim ecclesia mendicavit in Paulo apostolo pro sanctis in Jerusalem, ut patet Rom. XV, I. Cor. XVI, II. Cor. VIII et IX capitulis. Non enim exegit illas collectas ut humanitus debitas, sed de iure Christi probavit quod gratis dare debuerant, cum recipiunt a predictis sanctis prestancius suffragium spirituale, ut patet I. Cor. IX.

We seculars, who enforce tithes by censures, may not deny friars the right to beg.

Unde cum certum sit quod mundo divites plus egent meritorio ministerio operum misericordie, quibus gratis
4b distribuant pauperibus quam econtra pau | peres ipsis egent, quin pauperes elemosinarie possunt caritative hortari eos ad perficiendum hoc meritum, sicut fecit Apostolus (ad opus enim caritativum possunt evangelici caritative exhortari meritorie) unde cum secundum inpinguantes mendicacionem ecclesia est meritorie mendica secundum partem, ut patet de Lazaro Luc. XVI et de ceco Luc. VIII, et Christus in personis predictis loquitur in persona ecclesie, sequitur per idem quod mendicat secundum partem, et per consequens est licitum mendicare. Aliter enim non recitaret Christus in commendacionem Lazari quod *erat mendicus;* nec aliter diceret Christus Act. XI, 29, 30: *discipuli autem prout quisque habebat proposuerunt singuli in ministerium mittere habitantibus in Judea fratribus; quod et fecerunt mittentes ad seniores per manus Barnabe et Sauli.* Ecce quod persona fidelium *habencium cor unum* secundum partes licite

Rich givers gain more by alms than do the receivers.

23. Cod.: *pau pauperes.* 24. Cod.: *egent quin.* 25. Cod.: *pficiendum.*

9. De Civili Dominio I, 317. 34. Lucae XVI, 30. 39. Act. IV, 32.

Digitized by Google

mendicavit. Nec moveat quod vocat collectam *ministerium* et non superbe elemosinam ministrancium, quia in primitiva ecclesia crediderunt ministros Christi hoc debere de lege caritatis, modo quo loquitur Apostolus Act. XX, 35 dicens quod *laborantes active oportet suscipere infirmos*, 5 sicut Christus loquitur Zacheo: *Hodie in domo tua oportet me manere.* Sancti ergo consencientes mendicacioni dicunt quod fieri potest meritorie.

The Jewish law against beggars does not affect Christians.

Quantum ad primam auctoritatem | patet quod est 4[c] partim morale et cerimoniale in parte non ligans in 10 tempore gracie, cum Christus secundum Apostolum elegit *egenus et inops esse*, qui non potest legem solvere et cum indigens dicit maiorem quia interiorem egenciam, quod Judei non poterant prohibere, patet quod tempore legis nove, quando homines debent aspirare ad celestia 15 dimissis bonis minimis, non obest sed convenit quod quantum ad illa sint ministri Christi inopes et egeni.

Unde reor quod hoc cerimoniale fuit figurativum, quod in tempore legis gracie non deberent aliqui esse in bonis spiritualibus indigentes, cum tantam et pro- 20 porcionalem operam darent divites in bonis spiritualibus ad seminandum ea large et hylariter, sicut mundo divites fecerunt cum temporalibus veteris testamenti.

Unde vocando indigentem pauperem virtute qui intus H eget bonis anime propter defectum bonorum fortune 25 que instrumentaliter iuvarent ad virtutes, et intelligendo indigentem et mendicum copulatim in sensu composito, potest auctoritas intelligi de virtute sermonis pure moraliter, scilicet quod repugnat cuilibet religioni quod sit in ipsa omnino indigens et mendicus; sed non sequitur: 30 non debet in illo ordine omnino esse indigens et mendicus, ergo non | debet esse mendicus in illo ordine. Est eciam 4[d] pure morale quod nec sit indigens nec mendicus ex avaricia mundo divitum, ita quod mendicitas plus sonat in peccata divitum quam mendicancium. Unde avara 35 omissio communicacionis temporalis et non indigentis caritativa mendicancia fuit prohibita.

Christ set the example of poverty.

Quantum ad secundam, patet quod non repugnat sed convenit legi Christi suos precipuos discipulos esse pauperes et egenos, cum Christus abbas noster fuit 40 huiusmodi. Verumtamen cum egens dicitur qui actualiter

6. Lucae XIX, 5. 12. II. Cor. IV, 9.

Digitized by Google

eget sicut mundo ditissimi sunt egentes, patet quod illa egencia non excludit ab eis paupertatem sive inopiam, sed includit promptitudinem conversorum ad caritative ministrandum suis apostolis vite necessaria
5 habundanter et ex alio latere communicacionem caritativam, quando distribuebatur singulis prout cuilibet opus erat. Nunc autem est inequa distribucio bonorum ecclesie, cum possessionati indebite parciuntur ipsa inopibus et in se ipsis plus consumunt quam opus erat;
10 propter quod necessitati sunt egere tam corporaliter quam spiritualiter; corporaliter, cum domini temporales eciam reges fingentes egenciam excoriant suos subditos
5* per collectas, et (quod detestabilius | est) prelati ecclesie ut pape et episcopi fingentes indigenciam extorquent
15 subsidia atque solvenda; nec lex humana obligat nec divina, cum prodigalis ac voluptuosa patrimonii Christi consumpcio sit in causa, et (quod detestabilissimum est) religiosi possessionati ex falsissimo fundamento mendicant a papis et ab episcopis appropriaciones ecclesi-
20 arum, a dominis secularibus mortificaciones dominiorum, sophisticantes in persona sui collegii maximam paupertatem. Et ista grandis, valida ac monstruosa mendicacio perturbat totam ecclesiam, cum dicti mendicantes secundum beatum Bernhardum in fine libelli sui De Vita
25 Monachorum sint de ordine illorum sanctorum patrum quos Paulus tam sepe commemorat. Unde super Cantica Sermone XXI dicit quod *quelibet talis est detestanda mendicacio, pauperum vero evangelicorum peticio est vere suorum bonorum accepcio, quia (ut dicit) avarus iniuste*
30 *occupat quitquid habet, sed iusti sunt omnia;* cum ergo viciosa persona corpore valido et ecclesie infructuosa petit non sua, non in nomine Christi sed principis huius seculi, quomodo non est mendicacio talis Deo odibilis?

Improper distribution of the Church's wealth.

Prelates' extortions.

4. Cod.: *caritatem.* 8. Cod.: *percuciuntur.* 17. *et* cod.: *oportet.*

24. Sti. Bernhardi, De Vita Sol. ad fratres de Monte Dei Opp. (Ed. Paris. 1640), p. 1034: *Sed etiam in primitiva ecclesia pauperes illos sanctos, qui pro Christo rapinam bonorum suorum perpessi fuerant vel omnia reliquerant . . quanta pietate sancti apostoli alendos a fidelibus procurabant . . . Paulus in suis epistolis manifeste demonstrat.* Cf. De Triplici Vinculo Amoris Pol. Works ed. Buddensieg I, 197. 27. Sti. Bernhardi Sup. Cant. Serm. XXI, p. 620. Cf. et De Civili Dom. I, 2.

Digitized by Google

Wealth was allowed under the old law as figurative of the gifts of grace.

Ad tercium patet quod contingit tempore utriusque testamenti virtuosum habundare diviciis, sed tempore veteris testamenti tanquam corporales et pueros voluit Christus suos habundare temporalibus, | in figura bonorum gracie amplioris. Tempore vero legis gracie quo sponsa sua est etate ac discrecione maturior, voluit se et suos, dimissa cura temporalium, ad varia bona gracie et glorie aspirare. Unde beatus Job plus profuit in mendicitate sua quam in opulencia ac mendicus Lazarus inopia sua meruit beatitudinem *sepulto divite in inferno*, ut patet Luc. XVI, 22. Sic plus profuit ecclesia tempore paupertatis evangelice quam tempore puerilis habundancie puerorum. Unde sicut fuit ex avaricia Judeorum quod ille mendicus inter eos sic eguit, sic est ex avaricia et specialiter ecclesiasticorum quod necesse est in ecclesia esse evangelicos mendicantes. Illa enim mendicacio licet sit licita est a malo; si enim non surrepsisset in clero possessionato *radix omnium malorum cupiditas* tam secularis dominii quam temporalis lucri, Spiritus Sanctus nunquam movisset sanctum Franciscum et alios ad predicandum suis ac Christi discipulis taliter mendicare. Quid, queso, plus retraheret nos possessionatos ab ambicione temporalium et fastu seculi quam videndo fratres nostros in ecclesia operosiores, a verisimili Deo accepciores nec non in naturalibus tam persone quam generis dignitate ad refellendum nostram dominativam superbiam voluntarie mendicare. Non | ergo subsanemus fratres propter nos passos talia, sed deploremus causam passionis in nobis, que est vivendi ac docendi secundum regulam Christi desidia et laboremus pro expurganda nostra spurcicia.

Begging, though lawful, comes of evil.

The friars may degenerate and beg wrongly.

Nec intendo dicere quod contingit fratres discolariter mendicare; omnia enim que possunt tam bene quam male fieri, ut elongantur a suo principio, peiorantur, ut sicut in prima dotacione cum difficultate ad utilitatem pauperum, ad deonustacionem divitum et laboriosum eorum ministerium habentes in se ipsis parcum victum et post in processu subversi sunt ad oppositum, sic contingit evenire in ordine Mendicancium. Quandocunque

5. *gracie* before *ampliores*; cod. *gr.*; ib. *Vero*. Cod.: *uno*. 10. Cod.: *in infernum*. 23. Cod.: *fastus*. 29. Cod.: *nocendi*.

18. I. Tim. VI, 10.

Digitized by Google

enim mendicatur sine virtuosa indigencia mendicantis et utilitate donantis, est mendicacio viciosa; quod contingit, si numerus mendicancium sit quoad residuum ecclesie monstruosus, si ordo mendicancium sit in edi-
5 ficiis et in instrumentis cibariis nimium sumptuosus, et tercio si occasione cupiditatis temporalium sit in officio edificandi ecclesiam ociosus, ut puta peccata non arguendo, non verbum virtutis seminando, sed verbis fabulosis, ludicriosis, falsis vel aliter infectis adulando vel populum
10 viciando; *huiusmodi* itaque fratris secundum beatum Jacobum primo capitulo *vana est religio*. Caveat ergo
5[4] omnis christiana | religio ne declinet propter cerimonias introductas super evangelium ab edificacione ecclesie.

CAPITULUM SECUNDUM.

It is not lawful to add to Christ's religion a new religion of man's invention.

A Superest tractare si supra religionem Christi in scripturis sacris traditam licet fundare novam secundum tradicionem humanam superadditam, et (ut sermo fiat cercior) suppono quod religio christiana dicat simpliciter religionem quam Christus in evangelio expresse instituit
20 sine conmixtione cerimonie humane posterius explicate. Alie autem religiones speciales vel private dicant religionem Christi superadditam a suis patronis et suis ritibus adinventis individuatam, ita quod licet religio christiana sit universalis communis omni religioni, sicut
25 lex sua est communis omni legi ex XLIX tercii huius, tamen fiat restriccio religionis ad religionem Christi simplicem cuilibet alteri fundabiliter requisitam. Et tunc videtur quod non licet religionem novam superaddere; nam non licet legem novam superaddere; omnis religio
30 est lex, ergo non licet religionem novam superaddere.

Assumptum declaratum est multipliciter ultimo capitulo huius tercii; cuius omnes raciones videntur procedere contra novas religiones sicut contra novas leges infundabiliter superadditas.

3. Cod.: *si quod*. 5. Cod.: *sumptuosis*. 16. Cod.: *traditis*. 23. Cod.: *individuatum*. 31. Cod.: *argumentum declaratum*.

11. Jac. I, 26. 18. Cf. Pol. Works (ed. Buddensieg) II, 527. 25. Rectius XLIV, see De Civili Dominio I, p. 459, Capitulum XLIV probat quod lex Christi sine lege humana superaddita sufficit fundare religionem integram christianam. 32. Ibid.

Digitized by Google

Minor vero patet ex diffinicione legis sepius declarata, quod est veritas directiva hominis, ut debite serviat Deo suo.

New religions cause discord in the church.

Item, omnis ritus | dans occasionem ut fiat divisio 6a
in ecclesia, est illicitus; huiusmodi videtur esse multitudo 5
religionum; ergo ipsa est illicita.

Ad sensum videtur expertis qui dicunt quod nedum fundatores gaudent in extraneis ordinum ritibus quos fundant, ut vel sic ex originali fundacione sui ordinis perpetuo sui nominis solemnitas celebretur, verum ipsi 10
religiosi inter se contendunt, dicentes quod ordo meus ex antiquitate, multitudine personarum, dignitate atque diviciis est ordine tuo perfeccior. Sic enim facta est contencio inter discipulos Jesu, *quis eorum videretur esse maior* Math. XXIX. Ymmo in nova ecclesia Corinthiorum 15
facta est ex patronorum prestancia dissensio, ut patet I. Cor. I, 11 et III, 3: *Cum*, inquit, *sit inter vos zelus et contencio, nonne carnales estis et secundum hominem ambulatis? Cum enim quis dicit: ego quidem sum Pauli, alius autem: ego sum Apollo, nonne homines estis* et terrena 20
sapientes? Requiritur enim ad religionem christianam omnia membra ordinis Christi confiteri se ministros et adiutores Christi qui solus est fundamentum primum et prior cuiuslibet ordinis christiani.

Unde quia Apostolus noluit esse prior novi ordinis, 25
gracias agit Deo quod neminem illorum baptizavit nisi Crispum et Gayum, ne quis, inquit, *dicat quod in nomine meo baptizati estis* I. Cor. I°, 14, 15. Et iste | est sensus 6b
illius Ps. CXXXVIII, 16: *Dies formabuntur et nemo in eis;* id est secundum exposicionem communem: discipuli 30
Christi formabuntur ad illuminandum ecclesiam iuxta illud Ps. XVIII, 3: *Dies diei eructat verbum*. Hoc a capite ecclesie qui est Christus; a quo omnes salvandi dicuntur christiani, et nemo formabitur in eis, tanquam novo ordine nominatur unus Paulinus, alius Apollonius. 35

Sicut ergo ex talibus comparacionibus personalibus proprietariis tempore apostolorum orta sunt scismata et contenciones facientes divisiones in corpore Christi, sic et sepe post; cuius causa videtur quod confitemur nimis

10. Cod.: *solemnitus*. 11. *meus*. Cod.: *nimis*. 23. *Christi;* adde: *esse*.

14. Recte: Lucae XXII, 24. 19. I. Cor. III, 3, 4. 26. Cf. De Fundatione Sectarum, Pol. Works I, 22.

Digitized by Google

proprietarie priorem et patronum nostri ordinis citra Christum. Sic enim divisi sunt Greci et Judei a Romana ecclesia propter supereminenciam Petri super alios apostolos et inobedienciam.

Why we are called Christians and not Jesuans.

5 Contra: omnes confitemur nos esse inmediate Christi discipulos et christianitatem, quemcunque patronum citra
B Christum habuerimus, nobis sufficere ad salutem. Unde fideles elegerunt vocari in primitiva ecclesia christiani, ut patet Act. XI, 26: *Primum*, inquit, *cognominabantur*
10 *Anthiochie discipuli christiani.* Non autem vocati sunt Jesuani, quia Christus est racione *unctus pre regibus et prophetis*, licet Messie authonomatice conveniat qui omnes
6ᵃ unguit suos discipulos oleo gracie | ut *habitantes fratres in unum* habeant omnia in communi, eciam pilos tem-
15 poralium usque ad esibilia que sunt *barba* summi pontificis, ut dicitur Ps. CXXXII, 2. Jesu autem est proprium nomen abbatis nostri qui nos non salvat, nisi servemus religionem nostram; ideo ne proprietati intendamus et ne de nostra confirmacione presumamus, non dicimur
20 *Jesuani*, sed ut graciam habitam cognoscamus ac in omnibus communicemus, dicimur *Christiani*, vere non equivoce.

All private rites stand in the way of keeping the commandments.

Item, omnes private observancie religionum preter illas in scriptura sacra fundatas difficultant ad obser-
25 vanciam mandatorum, ergo sunt illicite. Argumentum patet ex tribus malis que experimentatoribus debent ex eis in maiori parte contingere; contingit enim quod intrantes religiones huiusmodi exponant se periculo mortis corporis et anime, temptando Deum quod sic ostendunt:
30 Evenit nonnunquam, ut patet ex cronicis, quod totus conventus vel maior eius pars conspiret in mortem sui prepositi per intoxicacionem vel alia nephanda media; sed (quod infinitum plus timendum est) contra multos conventus inveterata malicia anathematisatos: intoxicare
35 spiritualiter conversantes veneno basiliscino superbie
6ᵇ qui solo flatu et visu inter | ficit, invidia aspidis que visu debili cito in temporibus prosequitur oblique, auditu

11. *pre* deest in Cod. Addidi ex Psalmo XLIV, 8. 13. Cod.: *habilitantes.* 21. *vere*; cod.: *ut* = *utinam.* 25. *Argumentum.* Rectius: *Assumptum.* 33. Cod.: *contra*; ita cod.

2. Cf. De Christo et suo adversario Antichristo. Pol. Works II, 672. 11. Cf. De Ecclesia, p. 400. 13. Ps. CXXXII, 1. 25. Cf. Wyclif, De Perfectione Statuum. Pol. Works II, 468.

Digitized by Google

The capital sins reign in cloister life.

quem inficit ira buffonum quorum natura plus contrariatur humano generi, accidia venenosorum latitancium, avaricia aranearum, gula serpencium et luxuria vipere que matrem gignentem interficit in mamona superbie, felle invidie, frenesi ire, fastidio accidie, siccitate avaricie, canino appetitu gule et scabie luxurie: tot ergo morbi spiritualiter infectivi regnant in claustralibus sicut fertur. Quis ergo exponeret se indissolubili consorcio talis collegii, cum infinitum plus foret detestabile quam fede proporcionaliter corporee maculantes, sicut patet ex bonis et malis anime, que bona et mala corporis incomparabiliter antecellunt? Omnia itaque ista mala liberius potest aufugere, qui in religione christiana sub divo militat potens cum discipulis instructis a Christo Math. X, 23, *cum persequitur eum in una civitate se salvare fugiendo in aliam.*

The member of a convent cannot fulfil the duty of rebuking sin.

Ex isto generali malo quotlibet mala pullulant, ut puta secundum quod in ordine quis gratis . . . inhabilitat se ad obedienciam mandatorum. Nam post professionem religionis propter concathenacionem non audebit suos socios fraterne | corripere peccata *dicendo ecclesie,* ut 7ª Christus precipit Math. XVIII, 15 sed miserabiliter timore servili peccatis eorum consenciens, cece precipitat se cum illis. Et quoad correccionem ab extrinseco sepe evenit, quod volens dicere principibus ecclesiasticis et secularibus peccata sua ex caritate fraterna ad edificacionem ecclesie mandabitur sub pena obediencie reticere et dissenciens in carcerem retrudetur, vel quia extrinseci fovent eos in suis maliciis vel quia ex tali correccione denudarentur eorum peccata, cum sint in dampnacione consimili, vel tercio quia propter exasperacionem extraneorum subtraherentur ab eis bona fortune mobilia, et (quod plus timent licet serviliter) favor et fama seculi.

Tercium vero malum quod sepe evenit sic professis C est indiscreta oneracio cerimoniarum, sicut creditur quod quitquid prepositus preceperit ex obediencia est implendum, et sic ex isto fuco pretenso quidam declinant a mandatis Domini circa inutilia vel minus utilia occupati, quidam ex pretensa obediencia contra religionem Christi

9. *fede.* Hic locus corruptus est. 18. *quis gratis.* Hic verbum deest *(moratur?)* 21. Cod.: *superne corripere*; ib. *peccata.* Cod.: *privatas.*

37. Cf. De Perfect. Statuum, Pol. Works II, 468.

Digitized by Google

implicant se esse cum mundo, et quidam ad tantum cecati sunt quod putant ceremonias humanas tantum vel plus obligare subditos ut precepta; et sic rituum
7b observancia subtrahit ab observancia | mandatorum. Nam
5 plerique subditi plus timent offendere quam hoc quod dicit dominus. Cum ergo Christus sit caput in medio cuiuscunque ecclesie per se sufficiens cum suis legibus ad regendum, superfluit alium priorem vel caput statuere, potissime cum illud caput habere primatum iurisdicio-
10 nalem sit periculosa stulticia (ut dicit Crisostomus In Inperfecto Omelia XXVIII) et membris submittere se regimini cuiuscunque pretensi capitis non est magna prudencia, et tercio ut plurimum communitas talis ex inproporcione sui et sibi adiacencium ad residua membra
15 ecclesie dampnificat rempublicam.

Private orders said to be an adornment of the Church.

In illa materia concedendum est expedire ecclesie ut sint religiones huiusmodi private, ut regina mater ecclesia incedat *in fimbriis aureis circumdata varietate.* Aliter enim filii prophetarum tempore Samuelis et Helisei non
20 licenter in religione convenissent. Quod videtur esse contra scripturam I. Reg. X et IV Reg. XXVI (ut ait Jeronimus epistola LXII); nec aliter Saducei, Pharisei et Essei tempore Christi ex Johannis IV et XX suo ordine meruissent, cum tamen constat multos
25 ex eis fuisse sanctos, ut patet de Nicodemo Johannis IV et XX. Ymmo videtur Apostolum fuisse istius ordinis, cum Act. XXVI, 5 dicit: *secundum certissimam sectam nostre religionis vixi phariseus;* ymmo quibusdam videtur
7c quod Christus | fuit de ista secta et quod mulier Sama-
30 ritana cognovit ex fimbriarum suarum magnitudine quod fuit Judeus Joh. IV. Sed quomodocunque sit de hoc, certum est quod Christus fuit divisus a communi conversacione plebis et secundum religionem suam observans plurima que servaverant pharisei, sed et post apostolos
35 quot gloriosi viri erant et sunt de ordine sanctorum Augustini, Benedicti, Dominici et Francisci ad magnam edificacionem ecclesie difficile est narrare.

Six conclusions.

Suppono ergo quod loquamur de istis privatis ordinibus et religione christiana ut supra; ponam sex conclusiones

4. Cod.: *observanciam subtrahet.* 24. Cod.: *ymmo videtur suo.*

11. S. Chrysostomi Opp. tom. VI, 119. 18. Psalm, XLIV, 14, 15. 21. Cf. De Triplici Vinculo Amoris Pol. Works I, 174.

Digitized by Google

Only the sloth of Christians makes private orders necessary.

pro ista materia; prima: nisi fuisset christianorum desidia, non oportuisset sectas privatorum ordinum introduci.

Patet ex hoc quod regula Christi secundum formam ab ipso traditam suffecisset; sic enim suffecit Christo et suis discipulis per trecentos nonaginta quinque annos usque ad tempus Augustini, post quem fluxerunt centum triginta quinque anni usque ad fundacionem ordinis beati Benedicti qui congregavit monachos prius in heremo secundum regulam Christi devocius contemplantes et peccata sua ac populi deplorantes. Nam tempore illo *tepuit caritas multorum*, ecclesia secundum plurimum secularibus desideriis involuta, ideo necesse fuit communitatem oriri que deserens mundum ut Christi | discipuli 7[a] animet residuum ecclesie ad observanciam legis Christi sed ipsis declinantibus a religione ad seculum infra sexcentos sexaginta octo annos necesse fuit Spiritum Sanctum fratres de ordine Dominici et Francisci statuere ad edificacionem ecclesie; quod si illi irreligiose declinent ad seculum, necesse est sponsum ecclesie suscitare catholicos qui servent legem evangelicam sicut prius; quod copiosius fiet post mortem Antichristi, ut elicitur ex Danielis XII capitulo. Nam cognita versucia Antichristi D extincti redibunt superstites unanimiter ad ordinem Christi, ut videtur Augustinus sentire in epistola ad Hesichium. Unde Petrus Comestor magnus cronicator et profundus theologus in sermone de beato Augustino qui sic incipit: *Filia, etsi oblita fuerit mater filii uteri sui, ego non obliviscar tui*, sic loquitur canonicis regularibus: *hec natura vobis bene conveniunt et Augustino vestro doctori et institutori; Vester*, inquit, *fuit institutor, sed non primarius doctor, apostoli namque vestri primitivi doctores fuerunt, qui fideles venientes perfeccione vestre regule docuerunt et quosdam clericos quos pauperes Jerusalem nominabant vestram regulam docuerunt, quibus nichil erat proprium sed erant illis omnia communia; post mortem vero apostolorum | usque ad tempus sancti 8[a] Augustini sopita fuit illa apostolorum regularis doctrina;*

12. Matth. XXIV, 12. 26. Ep. LXXVIII de die supremo mundi non inquirendo deque hebdomadibus Danielis. Opp. tom. II, 182. 28. Hunc locum in sermonibus Petri in festo S. Augustini non inveni. Cf. J. Wyclif, De Perfectione Statuum, Pol. Works II, 454.

Digitized by Google

quam ipse sicut secundarius instructor non sicut primarius doctor suscitavit, plures clericos sub eadem forma vivendi in uno monasterio instituens, quorum religionem proprio caractere a ceteris distinxit.

The religious life is the same as that of the apostles.

Ecce magnus doctor asserit quod eadem est regula atque religio secundum quam vivunt religiosi moderni et secundum quam vixerunt apostoli et sancti eis sociati. Cui sentencie si adiunxeris dictum beati Bernhardi IV huius capitulo VI recitatum, manifestum est quod canonici, monachi et similiter omnes clerici sunt eiusdem religionis sed distinguuntur secundum privatos ritus ad quos se obligant; quos doctor vocat caracteres. *Sunt*, inquit, *quidam monachi, quidam heremite, quidam anachorete, quorum unusquisque habet caracterem proprium.* Sed Augustinus canonicis dedit caracterem mediocritatis, qui distinguuntur a ceteris religiosis; hanc commendarunt plurimi gencium, dicentes mediocritatem esse auream, quia non habet austeritatem nec superfluitatem. Non enim nobis precipitur ut vilioribus pannis utamur, ut in lectis vilioribus cubemus, ut grossioribus cibis vescamur vel modum excedamus in capillorum tonsuris, ut
8b ultra modum inmoremur officiis divinis; nec | precipitur ut induamur nobilioribus et iaceamus in lectis mollioribus nec ut vescamur cibis delicacioribus, sed ut semper cum mediocritate incedamus. Nam nimia austeritas parit superbiam et intemperanciam, superfluitas luxuriam sed mediocritas perseveranciam.

Ex istis colligitur dicta conclusio, cum ritus privati non habent excusacionem, nisi de quanto limitant ad observanciam ordinis christiani.

Et quantum ad obiectus factos non plus concluditur nisi quod non sunt indiscrete privati ordines statuendi et quod apostatantes a sanctis ordinibus possunt inficere ecclesiam stante regule sanctitate, ideo debent de numeratis periculis precavere diligencius.

No laws but those drawn from the gospel can make a good order.

E Secunda conclusio: Nulli privati ritus preter ritus eos qui in evangelio fundantur implicite constituunt novum ordinem laude dignum. Probatur sic: Omnis lex humana

17. *auream.* In marg. correxit: *amandam.* 23. *nobilioribus* ita cod. ib cod.: *iacemus.* 38. Cod.: *sic* deest.

8. De Civili Dominio II, p. 53—56. Sti. Bernardi Apologia ad Guilelmum abbatem Opp. 1129.

Digitized by Google

laudabilis (ex ultimo tercii huius) fundatur in evangelio, ergo conclusio.

Similiter, regula religionis quam Christus instituit est perfectissima possibilis, ergo si fuerit extranea superaddita, est prophana; non enim potest esse inpertinens 5 ex XLII capitulo III huius.

Similiter, nulla tradicio humana est licita, nisi de quanto facilitat ad observanciam legis Christi (ex XLII capitulo III huius); omnis lex vel ritus sic facilitans fundatur in evangelio, ergo conclusio. 10

Similiter, secundum beatum | Bernhardum in fine 8[c] libelli De Correccione Monachorum *eadem est regula et religio monachorum* et per idem omnium fratrum canonicorum et fratrum.

Similiter, vel differunt isti ordines inter se specifice 15 secundum observanciam legis Christi vel secundum observanciam tradicionis humane; primo modo, cum hoc sit commune cuilibet christiano; si secundo modo, tunc quilibet ritus humanitus adinventus a communitate acceptus statueret distinctum ordinem in specie et per 20 consequens albi monachi et magistri causarent ordinem distinctum in specie, et (quod plus est) cum omnes abbathie nigrorum monachorum variant in modo celebrandi divinum officium et variis ritibus, sequeretur quod genus eorum contineret sub se quotlibet species. 25

Pope's dispensing power.

Similiter, signo canonicorum regularium et monachorum per A et B, et pono quod papa tantum dispenset cum ipsis, reducendo ipsos ad concordanciam quantum potest et quero si in fine distinguantur in specie vel non. Si non, cum non possunt variari a specie in specie, 30 oportet quod in principio erant eiusdem speciei, si sic, tunc differencia specifica, cum non potest capi ex lege Christi, caperetur ex ritu humanitus superaddito, et cum ultima forma sit perfeccior quam forma cui est superaddita, sequitur quod ordinacio humanitus | ad- 8[d] inventa sit perfeccior quam divina; consequens inpossibile, cum ergo stat papam dispensare cum omni voto

17. Cod.: *modo* deest. 26 Cod.: *signa;* adde: ordines.

1. De Civ. Domini I, p. 394. 8. Ibidem p. 335. 12. Sti. Bernhardi De Praecepto et Dispensatione cap. XX: *Haec profecto huius temporis omnibus ferme monachis communis professio est* etc. . . . Opp. p. 938. Cf. Wyclif, Pol. Works II, 454.

Digitized by Google

vel ordinacione humana citra mandatum Dei, videtur quod stat papam dispensare cum A et B usque ad mandata Dei, potissime cum in illorum observancia stat tota religionis perfeccio.

Religion is an affair of the soul, not of dress or rites.

5 Similiter, nec in vestimentorum varietate nec in corporali observancia nec in voto ad ista stat habitus religionis, cum sit subiective in anima, sed quoad cultum anime stat monachum et canonicum esse simillimos, ergo et totum ordinem. Si enim vestimentorum varietas facit 10 monachos, tunc foret ordo Bernhardi alius in specie ab ordine beati Benedicti, ymmo depositis vel mutatis vestibus variaretur proporcionaliter ut periret ordo, et cum quantacunque irreligiositate cum habitis vestibus staret ordo, quod dementis est dicere. Et eadem est 15 consideracio de esu et labore corporali et abstinencia a carnibus; manent perfecte in eodem ordine. Aliter enim religio que est virtus animi addi et auferri posset religioso invito quod est bonorum gracie. Et patet quod nullus ritus corporeus est religio vel pars eius, licet 20 sit signum et causa per accidens. Et per idem sequitur quod votum sive professio ad illos ritus non est de esse illius ordinis, eo quod facta ex causa racionabili | 9a dispensacione illorum rituum, dispensari potest consequenter cum professione vel iuramento stante eodem 25 ordine, si ordo non dicit aggregatum per accidens.

F Similiter, plus differunt fratres et possessionati quam dicti possessionati sed ipsi non obstantibus illis differenciis possunt esse eiusdem ordinis, nedum in specie sed in numero, ergo multo magis et alii. Minor primo 30 videtur ex hoc quod sicut omnes christiani sunt idem ordo in numero, sic eciam particulares religiones sunt eadem religio in numero; et cum religio consistit in anima, patet quod stat fratres et possessionatos esse religionis simillime.

Mendicancy makes no essential difference.

35 Similiter, quocunque ordine possessionatorum insignato stat ipsum cum gaudio suscipere carenciam bonorum fortune, sic quod stante eodem ordine necessitatus sit cum ceco et Lazaro mendicare, quo facto non foret inter ipsum et ordinem mendicancium specifica distinccio; 40 ergo nec in principio, sicut enim stat possessionatos

23. In columnis a et b folii noni multae litterae detersae legi haud possunt. 35. Solummodo literae *possessionat* legere potes. 36. *carenciam;* haud certe legendum.

Digitized by Google

habere ex titulo elemosine bona fortune pro suo perpetuo sic et fratres, et absit quod essencia ordinis possessionatorum forent secularia dominia vel quitquam civilis.

Degres of holiness do not make a distinction of order,

Similiter, quecunque persona de ordine possessionatorum signata fuit, stat ipsam stante ordine esse fratrem religiosiorem et alios minus religiosos. Sed cum magis | et minus non variant speciem, sequitur quod inter eos 9[b] non est religionis specifica distinccio. Nam crescente religione Petri canonici successive fuerit Paulo fratre religiosior, pro certo instanti forent eque religiosi, quomodo ergo non eiusdem ordinis sint religione plus similes? ymmo cum tota religio sit bona moris in anima et omnes virtutum maneries sint connexe, quomodo non omnes virtuosi sunt eiusdem ordinis? Est enim persona eo religiosior quo in cultu Dei diligencior; nec ritus nec signa extrinseca mutant ordinem, cum in eodem ordine stat esse activos et contemplativos evangelicos sacramenta ministrantes et sic de quantumlibet diversis officiis. Unde stulticia est tam ex parte variancium quam ex parte iudicancium quod iudicatur ordinis specifica distinccio penes distinccionem habitus corporalis. Quisque igitur conversans in seculo evangelico pauperior et mente humilior est verius frater Minor; et ita de aliis ordinibus ac de quacunque religione sensibili stat esse fratres carissimos, quia quicunque renunciaverit perfeccius mundo, sequendo Christum, est frater carior; cuius signum probabile sed non demonstrabile est habitus corporalis. Unde omnes perfecte | pauperes contemplativos 9[a] complentes sancte predicacionis officium voco autonomatice *fratres et filios Dei karissimos;* activos autem renunciantes civilitati voco *filios cariores* respectu poleticorum et laycos circa mundialia occupatos voco *filios Dei caros:* et hii sunt ut plurimum fratres religiosi et possessionati et seculares.

since there are good and bad men in all conditions.

Contingit tamen in quolibet eorum illorum trium statuum reperire hos tres gradus filiorum Dei et virorum Belial secundum gradus eis opponentes, quia ritus vel cerimonie humiles non per se faciunt Dei filios, sed observancia legis Christi. Unde distinccio eorum priva- G

4. *civilis* i. e. *dominii.* 5. Cod.: *quacunque.* 7. Cod.: *religiosum.* 13. *moris;* ita cod. 19. Cod.: *quamlibet.* 21. *iudicare* in cod. 22, 23. Cod.: *quique igitur.* 31. Cod.: *activos autem qui.* 39. Cod.: *humile.*

Digitized by Google

torum ordinum sic capitur: primo notatur religio christiana ut basis, ad quam observandam institutor secundarius superaddit racionabiles ritus, et omnis profitens aut solemniter vovens se servare illos ritus acceptos a fratribus est religiosus illius privati ordinis, et sic accidentale ordinis sumitur pro essenciali, sicut Aristoteles in II° Phisicorum ex generacione musice dicit, quod homo musicus generatur. Et sic non video, quin private domus sunt distinctorum in specie ordinum privatorum, de hoc erit sermo planior posterius.

All that is essential to every order is good life.

Ex istis tercio videtur quod nichil est essenciale alicui
9[d] ordini nisi declinacio a peccato et conver | sacio virtuosa. Nam stantibus illis servatur ordo, cum impossibile sit religionem infringere nisi per inobedienciam vel peccatum, et illis dissolutis ordo dirumpitur, ergo solum iste condiciones sunt ordini essenciales. Nam quocunque alio potest fieri dispensacio stante eodem ordine, quia aliter liceret sine peccato apostatare ab ordine, ut si Petrus professus ad ordinem canonicorum, vivens striccius quam mediocritas in qua consistit ordo suus, dirumpit ordinum priorum licenciam, tunc apostatat. Sed patet quod non peccat; ideo oportet quod maneat in eodem ordine tam infirmus quam fortis quicunque mandatum servaverit. Ex quo videtur, cum cuilibet ordini sint due partes essenciales, quod omnis religiosus peccans mortaliter apostatat a suo ordine et per consequens tota communitate sic peccante perit ordo.

No one living in mortal sin is a truly member of an order.

Ex quo patet quod non omnes nominati discipuli dati ordinis sunt religiosi eiusdem ordinis; quelibet enim recidivacio christiani est apostasia, modo quo loquitur Ecclesiast. XIX, 2: *Vinum et mulieres faciunt apostatare sapientes.* Unde in canone III, questione IV *Omnes* transgressores sponte legis eiusque violatores *apostate* nominantur. Cum ergo omnis peccans mortaliter *offendit in totam legem* iuxta beatum Jacobum, sequitur quod omnis
10[a] peccans mortaliter | ab ordine christiano apostatat. Est

20. *consistit;* hic locus corruptus esse videtur. Aliquot verba exciderunt.
21. *licenciam;* sic in cod. Rectius: *et licenciam* sive *quia licenciam.*

6. Cf. Aristoteles, Natur. Ausc. lib. I, cap. VII. 32. In decret. sup. mem. Causa III, quaest. IV *Omnes* hic locus non extat. Rectius *A nobis* in Decret. Greg. lib. V, tit. IX, Cap V. Sed et hoc loco verba supra memorata non invenies. 34. Jac. II, 10.

Digitized by Google

enim inobediens et rebellis cum primo angelo apostata capiti suo Christo; et confirmari potest ex hoc quod secundum Augustinum in De Vita et Moribus Clericorum sermone I *clericus duas res professus est: sanctitatem et communiter vivendi societatem, a qua si ceciderit dimidius et ipse cecidit,* ergo multo magis si ceciderit a sanctitate, quod evidencius sequitur de claustrali.

Ex istis videtur correlarie sequi, quod domus religiosa, dum est in mortali, iniuste occupat quitquid habet, nam apostatat a religione. Sed tantum illi ordini vel persone eiusdem ordinis concessa sunt hec temporalia, ergo nichil ad illam personam de illis bonis commissa apostasia. Si enim apostata egressus ordinem colliget redditus eiusdem ordinis prodigaliter expendendos non fratribus eiusdem ordinis, quis nesciret quin iniuste faceret, ymmo religiosus alterius ordinis existens in gracia iniuriaretur colligendo bona priori ordini appropriata, ergo multo magis apostata, specialiter cum bona eiusdem ordinis debent esse fratribus suis communia et ab apostatis tanquam proditoribus ordinis maxime aliena.

Any one committing mortal sin apostatizes.

Et quod aliud sit verum, scilicet quod omnis religiosus H peccans mortaliter apostatat, patet supra, et confirmari potest tripliciter, primo eo quod apostatat a religione christiana, | tum quia debuit esse christianus, ut patet 10b ex dictis capitulo . . . quarti huius; et per consequens apostatat a religione que requirit religionem christianam ut fundamentum, tum eciam quia retrocedit ab observancia mandatorum que est indispensabiliter obligans quemlibet christianum. Secundo patet idem ex hoc quod omnis sic peccans solvit obedienciam, paupertatem et castitatem que sunt essencialia cuiuscunque ordinis, ergo perdit religionem tam quoad actum virtuosum quam habitum.

Assumptum patet, eo quod si quis inobediens fit Deo paupertas spiritus exulat et adulter pessimus super sponsum Christum introducitur eo quod tam virtutes quam vicia sunt connexa.

4. Cod.: *Sermone secunde* vid. infra. 6. Cod.: *a* twice. 10. Cod.: *tamen*. 12. *commissa* adde *est*. 34. *Assumptum*. In cod.: *Argumentum*; ib. Cod.: *si quis* deest. Addidi ex Wyclifs De rel. priv. II Pol. Works II, 528. 35. Cod.: *exulavit*.

3. Sti. Augustini Sermo CCCLVI, De Vita et Moribus Clericorum Opp. tom. V, 1384. 25. Id est De Civili Dominio, tom. II.

Digitized by Google

Tercio patet idem ex hoc quod stante religione cum mortali peccato non superest, in quo peccat obediencie cum ritibus extrinsecis, sed ista stant cum notoriis apostatis sicut caracter indelebilis stat cum infidelissimo perverso. Ideo manifestum est quod ordo vel religio (in quantum huiusmodi) dicit virtutem; quod patet ex diffinicione religionis declarata superius. Cui sensui alludit Christus Math. XXIII, 27 comparans phariseos false pretendentes se esse religiosos *sepulcris mortuorum* et Apostolus Act. XXIII, 3 vocat principem sacerdotum *parietem dealbatum.*

No one in mortal sin can hold any office in an order.

Ex istis sequitur tercio quod nullus sit prior vel
10[a] cuiuscunque dignitatis | in ordine christiano dum fuerit in mortali, quia gracia est fundamentum cuiuscunque ordinis. Unde Bernhardus libro tercio ad Eugenium papam alloquitur eum, dicendo quales curiales scilicet habebit et quales respuet et primo ad clericos enormes: *Leva,* inquit, *oculos tuos et vide si clerici non eque ut prius fissura enormis pene inguina nudat. Unde solent dicere: Num de vestibus cura est Deo et non magis de moribus? At forma hec vestium deformitatis mencium ac morum indicium est. Quid sibi vult quod clerici aliud esse aliud videri volunt? Illud quidem ex ypocrisi est duplex iniquitas, nempe habitu milites, questu clericos ac neutrum exhibent; nam neque pugnant ut milites neque evangelizant ut clerici. Cuius igitur ordinis sunt? Cum utriusque esse cupiunt, utrumque deserunt et confundunt. Si unusquisque resurget in suo ordine, in quo isti? Cum qui sine ordine peccaverunt, sine ordine peribunt. Aut si Deus summe sapiens credi debeat a summo usque deorsum nichil inordinate relinquere, vereor non alibi illos ordinandos quam ubi nullus ordo sed sempiternus horror inhabitat.*

Ex istis dictis huius sancti patet quod deficient ab ordine religionis christiane. Et patet ex supradictis de
10[d] connexione virtutum, cum religio | sit virtus qua servitur Deo. Unde IX De Civitate Dei XXIV: *Quamvis,* inquit

2. *peccat.* Hic aliquot verba exciderunt. 3. *ista;* sic cod. 19. Cod.: *ingenua;* ib. *nudat* deest. 20. *Num.* Cod.: *Summo.* 23. In textu S. Bernardi hic locus sic habetur: *Id quidem minus castum minusque sincerum. Nempe habitus* . . . . 29. Cod.: *Sive autem.* Correxi e textu S. Bernardi. 34. Cod.: *deficientes.* 37. Cod.: *Dei* deest.

18. Divi Bernardi De Consideratione III, cap. V, p. 883. 37. Recte XIX De Civ. Dei, cap. XXV, Opp. tom. VII, 570.

Digitized by Google

Augustinus, *videatur animus corpori et racio viciis laudabiliter imperare, si Deo animus et racio ipsa non servit, sicut sibi est serviendum, Deus ipse precepit, nullo modo anima corpori viciisque racio imperat. Nam qualis carnis atque viciorum mens potest esse domina si Dei nescia nec eius imperio subiugata sed viciosissimis demonibus corrumpentibus sit prostituta? Proinde virtutes quas habere sibi videtur per quas imperat corpori et viciis, ad quodlibet adipiscendum vel tenendum retulerit nisi ad Deum, eciam ipse pocius vicia sunt quam virtutes. Nam licet a quibusdam tunc vere atque honeste putentur esse virtutes, cum referuntur ad se ipsas nec propter aliud expetuntur tunc eciam tam inflate atque superbe sunt: et ideo non virtutes sed vicia sunt iudicande. Sicut enim non est a carne sed super carnem quod carnem facit vivere, sic non est ab homine sed super hominem et quod ipsum facit virtuose vivere.*

Ex istis dictis huius sancti patet primo connexio virtutum, ut dictum est Joh. IX capitulo; patet secundo quod assistente quacunque culpa deest virtus, licet bona consuetudo infuerit, patet tercio quod viciosus nulli pro tunc simpliciter dominatur, et patet quarto quod omnis religio ad ipsum principaliter referenda sit; quod | si 11a deest fieri virtus deest religio. Et patet quinto principaliter veritas quam dixi capitulo XXXVII tercii huius, quod licet ab omnibus religiosis post apostasiam cognitam et igitur prohibitam incorrectam auferre temporalia, cum sunt bona ecclesie non tamen sua; et cuiuscunque parte ordinis apostatante ipse ordo apostatat, dignus infinitum gravius puniri quam foret temporalium illorum ablacio, videtur quod nota obstinacia cuiuscunque partis ordinis post correpcionem evangelicam licet oculo simplici sic auferre; sic enim reducerentur ad ordinem ecclesie et super cognoscerent illud Psalm. XVII, 27: *Cum sancto sanctus eris et cum perverso perversus.* Non enim est intencio quod totum corpus participet bono partis nisi per idem parte peiorata participet eius malo. Sic disceremus fraterne corripere et non tacendo

The wicked should be punished by withdrawal of endowment.

5. Recte: *veri Dei.* 10. Cod.: *ipsa.* 15. Cod.: *carnem quod facit sic.* Correxi e textu S. Augustini. 16. Cod.: *super hominem aug.* 24. Cod.: *fieri servitus;* ib. Cod.: *patet quarto.* 28. Cod.: *non tunc.* 31. Cod.: *obstinata.*

25. Id est De Civili Dominio I, p. 265—274.

Digitized by Google

dampnabiliter consentire. Et talis punicio iusta foret medium dispositivum ut boni succederent, licet non in illo loco aut secundum illos ritus, tamen secundum ordinacionem Dei ad maiorem utilitatem cuiuscunque partis ecclesie. Ideo oportet dimittere oculum proprietarium et affeccionem personalem, credendo quod executa lege Christi similiter utilius matri ecclesie quam dimissis personis peccantibus. Unde Augustinus in Sermone De Vita Clericorum, et ponitur in Canone XVII, questione IV, capitulo *Si non: Non ideo*, inquit, *in*
11b *apostasiam euntibus sua reddenda sunt, quibus utilius necessaria subtrahuntur, ut coacti redeant ad ordinem a quo recesserant, sed sicut inimicis et persecutoribus iubemur necessaria subministrare, sic a baptismo ammonemur ius redimere, ut expedicius oracioni vacemus; sic ne ecclesia scandalum paciatur, ne discedens in deteriora precipitetur: ne in perniciem monachorum aut incendium monasterii occasione suorum exardescat, laudabilius sua sibi non divino redduntur, sed auferri sinuntur quam ab illo ista inferantur.*

K Ex istis et multis aliis dictis huius sancti patet quod potest contingere ut domini temporales ymmo tyranni auferant a clericis temporalia ad magnum commodum clericorum, ymmo tenentur in casu sic castigare clericos sic insolentes. Si enim domini temporales fundatores collegiorum tenentur ex zelo paterno ad defensionem temporalium annexorum contra extraneos insultantes, quanto magis contra intrinsecos devastantes? Ipsi enim apostatando tantum abutuntur bonis progenitorum, sicut exercitus vel raptor depopulans et (quod plus est) ubi in tribulacione et persecucione servirent devote Deo, ecclesie et progenitoribus fundatorum, offendunt, in-
11c ficiunt ecclesiam | et nocent benefactoribus. Maiori ergo malo est pocius obviandum, quia aliter potens resistere incassum servat nomen fundatoris, cum contra domini ecclesiam et parentes consenciendo fovet apostatas. Sicut

Clergy may profit by being deprived.

1. Cod.: *dampnatur.* 2. Cod.: *dispositum. similiter;* error ut videtur scribentis; an: *fuerit?* 18. Cod.: *dio* = *divisio (?) reddimur* (sic.) 22. *ut;* cod.: *nec abutinur cum.* 27. *insultantes.* Adde: *pugnare.*

10. Hic locus nec in cap. *Si non* nec in S. Augustini Sermonibus De vita Clericorum inveniri potest. Locus supra memoratus De vita Clericorum in Can. Sec. part. Causae XII, quaest. I, Cap. XVIII *Certe* memoratur, in eundem utique sensum, sed non iisdem verbis. Cf. S. Augustini Opp. V, 1383.

Digitized by Google

enim pes et quodlibet membrorum animalis iuvat caput et membra nobilia, sic debet esse in corpore Christi mistico. Unde primo Esdre VII, 25: *Sed et imperitos docete libere. Et omnis qui non fecit Dei tui legem et legem regis diligenter, erit iudicium de eo sive in mortem* 5 *sive in exilium sive in condempnacionem substancie eius vel certe in carcerem.* Si ergo iste Esdras scriba doctissimus bene acceptavit legem istam regis Artaxerxis quoad sacerdotes et Levitas, qui precipue astricti erant ad legem Dei, quanto magis in novo testamento sacer- 10 dotes Christi obedienciores? Unde Christus innocens obedienter tributum solvit cesari, ut patet Math. XVII et alios solvere docuit, ut patet Math. XXII; a quo instructus Petrus I. Petr. II, 13—15: *Subiecti,* inquit, *estote omni humane creature propter Deum sive regi* 15 *quasi precellenti sive ducibus tamquam ab eo missis.* Et subdicit causam, *quia sic est voluntas Dei.* Et quia potest fingi quod solum inferiores obligat hec doctrina, ideo fundat eam sanctus Apostolus quoad clericos: *In hoc,* inquit, | *vocati estis quod Christus passus est* 11[d] *pro nobis, vobis relinquens exemplum ut sequamini vestigia eius; qui cum malediceretur non maledicebat, cum pateretur non cominabatur, tradebat autem iudicanti se iniuste.* Si ergo caput ordinis nostri submisit se gratis iniusto iudici, quanto magis superior ecclesie qui debet proximo sequi 25 Christum? et specialiter si fuerit reus per christianum principem salubriter corrigendus.

Rulers are to be obeyed.

Patet tercio eadem doctrina per Apostolum Rom. XIII, 1 ubi docet clericos, specialiter quos vocat *animas, subici potestatibus sublimioribus,* solvendo *tributum, vectigal* 30 et quecunque temporalia; quod probat Deum velle dando eis potestatem seculariter cohercendi, ut patet primo Reg. VIII, 11: *Hoc erit ius regis* etc. Sed istud in persona sua Paulus docuit, cum Act. XXV, 10, 11 sic loquitur: *Ad tribunal,* inquit, *Cesaris sto, ubi iudicari me oportet,* 35 *Judeis non nocui, sicut tu melius nosti. Si enim nocui aut dignum morte alicui aliquid feci, non recuso mori; si vero nichil eorum est que isti accusant me, nemo potest me illis donare: Cesarem appello.*

2. Cod.: *nobilius.* 8. Cod.: *Artaxersis.* 21. Cod.: *sequimini.* 30. Cod.: *potestatibus secularibus.*

20. I. Petri II, 21, 23. 30. Rom. XIII, 7.

Digitized by Google

L Ecce iste sanctus zelando pro libertate ecclesie appellavit a vocata ecclesia ad laicum iudicium seculare cui submisit se non solum in tribus levioribus penis Esdre VII | 12a ordinatis pro clericis, sed in quarta maxima scilicet morte quod est ultimatum supplicium.

St. Paul appealed from the clergy to Caesar.

Iste ergo criminosus comparatus modicum aut nichil contenderet pro ablacione temporalium, nec quod persone iuste puniuntur in ordine pro peccatis iniustorum, cum proporcionaliter fit in membris humani corporis, sic eciam in conquestibus, in pestilenciis et cladibus communibus, ut docet Augustinus I° De Civitate Dei, IX capitulo; cuius racionem inter alia reddit talem: *Generaliter contingit, iusti commixti cum iniustis peccant saltem venialiter in desidia proficiendi membris infirmioribus et specialiter in correpcione fraterna;* cum ergo omne peccatum eciam veniale sit magis punibile quam sufficit aliqua pena temporalis eciam mors vie punire, patet quod misericorditer agitur cum iustis, puniendo eos temporaliter cum iniustis. Remurmerent ergo claustrales propter ablacionem temporalium que est pena levissima, qui sciunt quod a tempore ingressus in ordinem non peccarunt in desidia proficiendi fratribus, vel fraterne corripiendo, ymmo (si bene prospicimus) tendit ad bonum utile quod bonis claustralibus commixtis cum reprobris dissolvatur onerosa societas per subtraccionem glutini temporalium venenosi, et specialiter si persona ordinis post correpcionem triplicem a seculari fundatore cor | 12b ripiendo fratres suos habeat eos inobedientes et rebelles legi professionis sue; tunc enim prodest pauperi evangelico ab illis *ut ethnicis* separari; et eodem modo prodest sibi si in carcere vel compedibus sit inclusus. Si autem in correpcione deses fuerit, tunc plus pene meretur quam temporalium ablacionem, cum clerici veteris testamenti quibus temporalium ablacio debet esse penalior quia affeccio maior, eis prevaricando contra mandatum Dei et regis puniretur in casu post condempnacionem substancie, sicut patet primo Esdre VII°; quam scripturam beatus Jeronimus in prologo eius docet esse *autenticam.*

The innocent have to suffer with the guilty.

19. Cod.: *remunerent.* 24. Cod.: *commistis nisi.*

13. Loosely quoted. Cf. Sti. Augustini Opp. tom. VII, 9.
13. Opp. tom. VII, p. 8.

Digitized by Google

It is the special duty of founders to take away superfluities.

Cum ergo eius sit legem exsequi cuius est condere, patet quod ad fundatores maxime pertinet a religiosis superflua amputare. Unde Lincolniensis Epistola LXXIII docens quod non licet iniuste aufferre quitquam ab ecclesia sic scribit: *Sicut*, inquit, *tubera et ea que contra naturam excrescunt in carne hominis, non augent ipsum hominem sed deturpant, et medicinalis abscisio innaturalium huiusmodi excrementorum ipsum hominem non minuit sed pocius pulcrificat et sanat, ita iniuste possessiones; et quasi possessiones ecclesias ipsas non augent sed deturpant et eorum abscisio per iustum iudicium | non est ecclesiarum* 12ᵃ *inminucio, sed pocius pulchrificacio quedam atque sanacio.* Nec refert, inquam, per quos potentes fiat ista ablacio, dum tamen fiat oculo simplici, sicut Lincolniensis in VII exemplo ponit, quod *vitis putacio ne in fructibus sterilescat potest perfici per quoslibet putacioni huiusmodi magis aptos*. Nec tolluntur bona ab ecclesia, dum quicunque fidelis eciam laycus cui plus pertinet hec occupaverit, ut ostendit Augustinus super Johannem Omelia VI. Sterilitatem vero vicium ecclesie possumus *discernere ex fructibus* quos producunt.

CAPITULUM TERCIUM.

The pure Christian religion is more perfect than any private order.

Ulterius pro planiori declaracione huius materie ponende sunt tres conclusiones alie: prima quod pura religio christiana est quacunque privata perfeccior. A

Pro cuius declaracione suppono (ut supra), quod religio pura christiana sit religio qua observantur consilia evangelica vel precepta sine tradicione humana superaddita; religio vero privata sit religio qua observantur consilia evangelica vel precepta cum commixta lege humana, cuiusmodi sunt in tribus ordinibus superius memoratis.

Christ and his apostles kept it.

Tunc probatur conclusio primo per hoc quod religionem pure evangelicam observarunt Christus et sui apostoli,

5. Cod.: *turgida et ea que naturam.* 7. Cod.: *hominem* deest; ib. *deturpant.* 8. Cod.: *extremorum.*

3. Roberti Grosseteste Epistolae (ed. by Luard), p. 225. 19. Sti. Augustini Opp. tom. III, p. II, p. 338 (?) 34. Cf. De Relig. Privata Pol. Works II, 531.

Digitized by Google

sicut et ipsa propter sui perfeccionem regimen ingreditur;
12[a] nulli autem | aliquando de ceteris religionibus privatis
sunt vel fuerunt tam perfecte religiosi; ergo illa religio
est perfectissima; aliter non doceret autorem et fontem
5 religionis ipsam indui, nisi ipsam indui quoad summum.
Item, quelibet privata religio est istius condicionis quod
repugnat totam ecclesiam catholicam ipsam induere.
Christianam religionem tenetur omnis homo semper
induere, ergo christiana religio est quacunque privata
10 perfeccior.

Christianity is a general good and so better than any private one.

Consequencia patet ex hoc: omne bonum commune
bono privato generis sui prestancius. Et argumentum
patet ex hoc quod repugnat reipublice omnes homines
esse monachos, sed omnes homines debent esse christiani;
15 christiana ergo religio nullum sexum vel statum abicit,
cum coniugatas, viduas continentes, decrepitos et infantes
admittit in suum ordinem et, cum eius ablacio sit peior
quam ablacio cuiuscunque religionis private, sequitur
quod eius posicio sit melior quam posicio cuiuscunque
20 religionis private; patet consequencia per istam maximam:
tam bonum est quidlibet quam mala foret privacio eius.
Item, omnis ritus humanus superadditus ordinacioni
divine se habet quoad perfeccionem sicut forma arti-
ficialis superaddita naturali, sed omnis forma artificialis
25 est naturalis subtracta perfeccione; ymmo totum aggre-
13[a] gatum ex artificiali | et naturali non est perfeccius na-
turali, licet appareat mundum sencientibus quod ydolum
artificiale sit corpore naturali perfeccius; ergo quod
omnis pura ordinacio humana vel ordinacio aggregata...
30 Confirmatur ex dictis tripliciter: primo si adinvencio
humana crescendo daret complementum ordinacioni
divine, tunc homo ordinans foret in religione huiusmodi
architector et Deus rudis artifex predisponens; quod est
impossibile, cum omnis lex Christi sit indefectibilis,
35 omnis autem humana invencio est in aliquo defectiva.
Similiter, lex humana se habet ad legem Dei ut civile
dominium ad dominium naturale. Illud autem superaddit

5. Cod.: *qua ad.* ib. cod.: *induct.* 11. *commune*, adde: *est.* 16. Cod.: *coniugantas.* 20. *patet.* Cod. *tꝗ* = (pa) tꝗ. 28. *ergo*; adde: *sequitur.* 29. *aggregata;* hic aliquot verba desunt. 33. Cod.: *achitector;* ib. *rudis;* cod.: *radis.*

35. Cf. De Rel. priv. Pol. Works II, 491.

Digitized by Google

inperfeccionem sic quod pure naturale dominium est perfeccius quam civile, ergo per locum a sufficienti similitudine omnis lex humana est inperfeccior quam divina; natura enim perficiendo progreditur et ars humana operi nature superaddita perfeccionem nature presuppo- 5 sitam non attingit.

Obedience to a superior is good only as it leads to obedience to Christ.

Similiter, natura humana, precepcio vel consulcio nec B est valida nec servanda nisi de quanto causata a divina exemplante. Sed in omni huiusmodi ordine causandi causa est prestancior suo causato, ergo omnis Dei pre- 10 cepcio vel consulcio est prestancior quam humana et per idem religio.

Secunda conclusio: Nulla obediencia facta preposito in religione privata prodest ad meritum obedienciarii, nisi de quanto inclinat ad principa | liter obediendum 13b Christo in observancia mandatorum. Patet ex hoc quod illa est per se racio meriti que ut crescit vel decrescit sic et meritum, ideo manifestum est, quod quicunque christianus extra omnem religionem privatam plus obedierit mandatis Domini, licet non fecerit privatam obe- 20 dienciam privato preposito plus meretur quam minus Deo obediens in religione privata. Si enim obediencia facta tali preposito per se facit ad meritum, tunc Christus, papa et alii prepositi carentes tali obediencia carent precipue racione merendi. 25

Item, duodecim consilia Christi de quibus IV huius capitulo . . . sunt satis stricta per se saluberrima; et racio nobilissima cuilibet religioso abbas consulens est maioris auctoritatis et salubrioris prudencie quam aliquis subprior; frequenter enim talis subprior est negligens vel 30 errans, a religione Christi distrahens vel retardans, ideo non licet dubitare quin submissio vel obediencia huiusmodi subpriori non proficit, nisi de quanto docet observanciam legis Christi.

The highest reason is the abbot to whose counsels we should listen.

Item, precipiat Petrus subprior Paulo subdito suo 35 virtute obediencie semina colligere vel actum indifferentem facere, et consulat sibi Deus pro eodem tempore facere opus supererrogacionis priori incompossibile, tunc videtur quod plus tenetur | *obedire Deo*, ut dicitur Act. IV et V, 13c

7. *Nec est; nec* deest; addidi. 8. Cod.: *a divina exante.* 9. *huiusmodi; modi* deest. 22. *Si*; cod.: *sic.* 29. *subprior.* Sequitur in textu: *post consiliis subpriorum.*

26. An De Civili Dominio II, p. 2 (et seqq.)? 38. Act. V, 29.

Digitized by Google

quia prepositus est reverencior, cui omnis subditus est in obediencia obligacior et actus iniunctus utilior; actus preceptus a Petro est indifferens ad meritum, actus autem consultus a Deo habet per se racionem meriti. Ex quo
5 videtur quod plus obligamur cuicunque divino consilio quam alieno precepto; et sic videtur secundo quod nemo tenetur obedire privato preposito nisi de quanto hortatur ad divinum consilium vel preceptum.

Lesson drawn by Jeremiah from the Rechabites.

Sic ergo intelligitur illud Hebr. XIII, 17: *Obedite pre-*
10 *positis vestris* et illud I. Reg. XV, 22 quod dixit Samuel: *Melior est obediencia quam victima* et breviter quitquid de obediencia scriptura sacra sonuerit; confirmatur ista sentencia ex argumento scripto Jerem. XXXV, ubi Jeremias a Spiritu Sancto monitus assumpsit Recabitas,
15 adducens eos in exedram, et postquam eis vinum obtulit ad bibendum responderunt quod *propter obedienciam Jonadab filii Recab, qua precepit eis non bibere vinum nec filios eorum in sempiternum; nec edificarent domos, sed habitarent in thabernaculis. Nec coluerunt agrum aut*
20 *vineam coluerunt, nec licuit eis hec facere.* Ex quo Jeremias ex doctrina Spiritus Sancti arguit per locum a maiori quod viri Juda *obedirent verbis Dei* et specialiter in magis facilibus. Conformiter est de mandatis Dei re-
13[d] spectu | mandatorum cuiuscunque abbatis privati.

All orders of superiors must be founded on the Gospel.

C Ex istis videtur correlarie notandum quod prepositi debent notare diligentissime consilia evangelica et precepta et secundum ipsa subditos suos dirigere. Nam si extra ipsa quitquid preceperint, nec auctoritatem nec efficaciam habet aput prepositos nec ad obedienciam
30 astringit subditos. Unde propter defectum huius spiritus consilii creditur Paulum et Barnabam discordasse *et ab invicem recessisse,* ut patet Act . . . Si enim prepositus meus preceperit negociis secularibus intendere ut questui, compoto vel occupacioni huiusmodi seculari in laico
35 licite, ego autem scio quod occupacio illa repugnat statui clericali et quod Deus preceperit vel consulit occupacionem ei incompossibilem, manifestum est ex conclusione proximi quod teneor legi meliori Deo obedire. Si enim opus bonum de genere ut ieiunare et orare
40 potest viciose precipi propter diuturnitatem et defectum

2. *utilior.* Sequitur in textu: *a quo.* 26. Cod.: *debet.*

14. Jerem. XXXV, 3—7. 21. Ibid. 14. 32. Act. XV, 39.

Digitized by Google

circumstancie operis, sic quod subditus non tenetur in hoc parere suo preposito, multo magis opera neutra vel peccatum sapiencia possunt irracionabiliter precipi, sic quod tam precipiens quam obediens in complecione talis operis demeretur. Et inter alia pericula religionum 5 hoc est unum de maximis, quod ignari prepositi et superiores et secularia sicientes iniungant illis contra legem Dei mundo | intendere vel operibus bonis de 14ª genere sine discrecione persone, loci, temporis vel alterius circumstancie insudare. Ideo precipit Petrus I. Petr. III, 16 10 quod *cum modestia et timore secundum conscienciam bonam cum detractoribus conversent* semper servando ex integro legem Christi; debent autem subditi niti ad perficiendum eciam inpossibile sibi per accidens, quantum sufficit corporis valitudo, servata semper obediencia 15 debita legi Christi, ut precipitur in regula beati Benedicti.

Tercia conclusio: licet votum obediencie factum privato preposito prodest plurimum tam ecclesie quam persone, tamen perfeccius foret simpliciter omnes christianos sub unico abbate pure secundum religionem christianam 20 unanimiter militare.

Vows of obedience do good, but it would be better for all to live under the simple Christian religion.

Prima pars patet ex hoc quod multi plus laxe viventes in seculo inciderent in multa facinora, a quibus ex astriccione privati ordinis precludimur; sed et flores scienciarum et fructus virtutum, quos claustrales re- 25 liquerunt in ecclesia ultra seculares, hoc idem edocent evidenter; nisi enim claustrales striccius servarent legem mandatorum et consiliorum Christi quam degentes in seculo, forent superflui inplicantes oppositum in adiecto.

Secunda vero pars patet ex hoc quod iuxta conclu- D sionem primam capituli secundi huius occasione desidie christianorum introducti sunt privati ordines, et iuxta conclusionem primam huius religio christiana est quacunque religione privata | perfeccior, ergo foret simi- 14ᵇ liter perfeccius omnes christianos sub unico abbate con- 35 corditer militare. In cuius signum apostoli postquam erant sub disciplinatu Christi maturati et donis Spiritus Sancti confirmati, non constituerunt collecti claustraliter privatum ordinem, sed commixti in seculo luxerunt secundum doctrinam Christi Math. V, 15 coram homini- 40 bus: *Nemo*, inquit, *accendit lucernam et in abscondito ponit neque sub modio.* Collegium ergo perfectorum debet

15. Cod.: *salvata.* 16. Cod.: *legis.* 33. Cod.: *huiusmodi.*

Digitized by Google

esse ut *civitas supra montem posita*, quia *quoa in aure audierant*, ut Spiritus Sanctus suggessit, precepti sunt *predicare super tecta*.

Et confirmari potest ista sentencia a sufficienti similitudine. Nam clerici sunt precipue milites Christi, iuvantes eum ad expugnandum exercitum demonum, carnem et mundum nec non ad edificandum et iuvandum ecclesiam sponsam Christi. Sed quis dubitat quin sit condicio militis magis laudabilis obicere se ob amorem principis, ubi conflictus est gravior et labor fructuosior? ergo laborantes instar apostolorum sicut boni milites Christi Jesu inter hostes eius in seculo habent condicionem maioris laudis et meriti quam retrahentes vecorditer se in claustro; et si periculum formidamus, hic exponunt se tanto periculo, quia ex uno latere | alligant se infecto contubernio post religiositatem claustralium, difficultant se ad declinandum malum salubriori aufugio (que comoda insunt viventibus sub divo) et ex alio latere retrahunt se a speciali exercicio.

It is better to do God's work in the world than to retreat into a cloister, which also has its dangers.

Quantum ad primum notemus dictum Apostoli II. Thess. III, 14: *Si quis non obediet verbo nostro per epistolam, hunc notate, et non commisceamini cum illo ut confundatur*. Cum ergo magna pars claustralium sit inobediens verbis Christi et post votum religionis sit difficile zelantem pro lege Christi ab illis seiungi, patet cum dictis VII° capitulo religionis periculum.

Et pro secundo scribit Apostolus I. Thim. IV, 7—8 *Exerce te ipsum ad pietatem, nam corporalis exercitacio ad modicum utilis est*. Si insuper attendimus quomodo inferiores claustralium adulacionibus applaudunt suis prepositis et quomodo superiores solemnizando ritus hominum inhiant mundanis honoribus, patet, inquam, E periculum. Nam tempore Apostoli servabatur pro religionis particula quod in tota religione christiana foret unicus abbas Christus, sic quod quelibet particularis ecclesia recurreret sine extrahente obstaculo ad hoc caput, dicente Apostolo I. Cor. IV, 15: *Et si decem millia pedagogorum habeatis in Christo sed non multos patres. Nam in Christo Jesu per evangelium ego vos* |

4. Cod.: *a* deest. 18. Cod.: *sub divo claudicanti* (sic). Hic locus corruptus esse videtur. 32. Cod.: *unquam*.

1. Matth. V, 4. 3. Matth. X, 27.

Digitized by Google

genui. Et Math. XXIII, 8, 9: *Vos autem nolite vocari* 14[a]
Rabi; unus est enim magister vester; omnes enim vos fratres estis, et patrem nolite vocare vobis super terram; unus enim est pater vester qui in celis est. Licet enim contingat homini licite vocari magistrum, patrem et 5
dominum equivoce quoad Deum, verum cum proni sumus ad inanem gloriam, doctrina Christi que vocat nos ministros et servos est longe securior. Item, prepositi temptantes Deum cum subditis exponuntur periculo, et illud videtur sentire Gregorius super Ezechiel Ome- 10
lia IX: *Infirmi,* inquit, *pravorum societatem declinent, ne mala que frequenter aspiciunt et corrigere non valent imitari delectentur.*

Example of St. Paul.

Ex ista sentencia creditur motus Apostolus ne alicui professioni privata ligatus sit ab opere evangelii retar- 15
datus, dicente Gregorio: *Fortis athleta Christi noluit includi infra claustrum ut magis lucrifaceret Deo suo,* de isto inferius capitulo . . . Attenderent ergo ad circumstancias iam currentes. Nunc autem insistendo proprietati sistunt in preposito privato, ponderando honores, 20
bona seculi et ritus plus quam in religione christiana. Moveret insuper quemlibet Christi discretum discipulum timere intrare religionem privatam circumstancionatam (ut nunc cernimus) | ecclesie Christi, ut ex sibi dubio 15[a]
iniuriacio et regnum indiscreti prepositi humiliacio. 25

The increase of orders may destroy the balance in the Church.

Constat quidem quoad primum quod decor matris ecclesie stat in quadam armonia parcium et discrasia eius in quadam inproporcionalitate secundum superhabundanciam vel defectum, ut patet I. Cor. XII, ut non prodesset sed obesset quod omnes sint monachi, 30
quod omnes sint fratres vel clerici; sic est dare proporcionalem numeralem in qua consistit sanitas et profectus ecclesie et extra illam dampnum vel defectus. Cum ergo quilibet religiosus ex affeccione privata in se augens vel procurans augeri talem numerum ex sibi 35
dubio, dampnificat ecclesiam et personam sic ligatam, videtur quod stultum et periculosum sit sic facere; et

15. Cod.: *evangelium.* 18. *attenderent.* Cod.: *attendere.* 21. Cod.: *ritus bonum plus in.* 24, 25. Hic locus corruptus est. 31. *sic.* Cod.: *si est dare.*

10. Sti. Gregorii Opp. (ed. Maur.) tom. I, 1259.

Digitized by Google

ista videtur sentencia Christi Math. XXIII, 15 *Ve vobis scribe et pharisei ypocrite, qui circuitis mare et aridam, ut faciatis unum proselitum, et cum factus fuerit, facitis eum filium iehenne duplo quam vos.* Non vult Christus
5 quin bonum sit esse phariseum et convertere gentilem ad iudaismum nec ea intencione, ut ordo ille sit magnificatus super alios vel ob quandam privatam affeccionem honoris vel comodi preter regulas *caritatis que non querit que sua sunt.* Si enim religiosi nostri principaliter propter
15b Christum hec faciunt | tunc consulerent legem suam, videndo quid sit Deo honorificencius et ecclesie universali utilius, non autem perpetrando sibi ambiguum quod ignorant utrum cederet ad ecclesie et proximi detrimentum; ergo ad religionis Christi observanciam
15 est absque periculo exhortandum.

F Item, ex inproporcionali discrecione bonorum fortune consistit nova perplexitas, quia omnis religiosus dum apostatat consumit bona ecclesie, iniuriando pauperibus ymmo cunctis membris ecclesie. Cum igitur onerosa
20 multitudo religiosorum facit iniquam distribucionem mammone, videtur quod periculosum sit ad illam affeccione proprietaria procurare. Et istud attenderent possessionati qui procurant et appropriant redditus et ecclesias ad magnificandum suam abbathiam.

Too much money is applied to the support of monasteries.

25 Nec valet arguere quod nemo iuxta illud ascenderet ad aliquem statum vel faceret a modo actum, quia ex sibi dubio racione defectus proporcionalis armonitatis cederet ad ecclesie detrimentum; patet quod sequitur oppositum, quia stet homo in limitibus ordinis christiani
30 et proficiat quantum potest in virtutibus et ministerio virtuoso, et sequitur ex dictis . . . . quod ut sic prodest ecclesie. Nec licet aliter quitquam facere. Quandocunque quis nimis sumptuose vel obliqua intencione vivit vel
15c agit iniuriam ecclesie, | ideo regula apostolorum fuit,
35 quod *habentes alimenta et quibus tegamur hiis contenti simus* et dum tempus habemus, operemur bonum ad omnes, non assumendo nobis honores mundanos vel voluptates sed postposita omni affeccione proprietaria

Our argument will not paralyse action.

5. *nec.* Cod. *sed.* 27. Cod.: *armoie.* 28. *cederet.* Cod.: *crederet.* 31. *dictis;* in cod.: *libro;* verbum haud legibile, quia detersum.

8. I. Cor. XIII, 5. 35. I. Tim. VI, 8.

Digitized by Google

procuremus bona communia; et sic nunquam dampnificabitur ecclesia. Appetamus igitur humiliter ecclesiastica ministeria ad honorem Dei mediancia.

In privatis itaque religionibus cum sit difficile preservare nos ab affeccione privata temporalis comodi vel honoris, patet quantam difficultatem ingerunt privati ordines; unde sancti priores nitebantur reducere suos ordines ad unitatem inter se invicem et cum simplici ordine christiano, ut patet II[a] conclusione proximo capitulo.

Vows bind us not only to the superior we know, but also to his successor.

Tercio moveret discretum Christi discipulum timere hodie privatum ordinem, eo quod submittit se ut sic regimini cuiuscunque sui prepositi successuri. Cuius periculi magnitudo ex hoc evidet quod hodie aspirant prepositi ad prefecturas huiusmodi; qui ignari legis Christi seducunt Christi discipulos ad ritus seculi. Quis ergo compos mentis committeret se ducatui ducis ceci? Nonne Christus de phariseis cecis ducibus pertinenter affirmat Math. XV, 14, quod *cecus si ceco ducatum prestet, ambo in foveam cadunt?* Quando enim ductus supportat et regit | ductorem, qui (quantum in ipso) est vecorditer 15[a] retrocedit coniunctus inimicis, non est ut sic speranda gloriosa victoria. Quis eciam infirmus et fragilis committet se sanacioni sive regimini medici inperiti qui nescit vel se ipsum regere sed presumens subditos sibi parere opponit directe sanitati contraria et inponit palliata regimina morborum incurabilium inductiva. Monstruosa quedam res vocare pastorem ovium qui ipsos spoliat, inficit et lupos excitat ad vorandum. Sed si solus ovilis esse debeat, oportet oves suscitare et regere pastorem; quotlibet sunt talia exempla scripture ex quibus manuduci possumus ad palpandum dictam stulticiam.

Prevalence of corruption among monks.

Quod si obicitur bonos prepositos crebro succedere G qui curam subditis apponentes salvant eos qui aliter deperirent, fateor, hoc contingit, sed raro vel nunquam postquam clerici dimittentes consilia Christi mancipati sunt seculo; ideo iam est periculum in illo quod ante fuit tutum; iam enim plures volant ad claustra propter dominandi libidinem et securitatem voluptatis corporee quam propter strictitudinem religionis Christi et ampliora opera pietatis; quod si generacio iusta observet regulam

5. Cod.: *effeccione.* 12. Cod.: *ordinem* deest.

Digitized by Google

16ᵃ sue professionis sicut fecerunt | in religionis iniciis, tunc securum esset infirmo pro mundi periculis sub tali regula coartari.

Sed contra dicta obicitur tripliciter, primo per hoc quod instante tanto periculo in vocatis religiosis obiceret se illis fortis miles Christi propter gloriosiorem victoriam, specialiter cum obediendo eis multiplicius mereretur. Sic enim Christus obedivit Pilato, dicente Apostolo Hebr. V, 8, quod *didicit ex hiis que passus est obedienciam.* Ex quo Petrus docet oves suas *esse subiectas non solum bonis et modestis sed eciam discolis et tirannis.* Unde igitur inter dictos claustrales foret difficilior obediencia, videtur ex dictis quod racio plus merendi. Hic concedi debet prima conclusio. Sic enim Christus constantissime obiecit se acute corripiens phariseos; patet Math. XXIII. Cum enim oportet ecclesiam delinquentem emendari primo in radice, ex eius infeccione instat magis periculum, patet quod sponsus ecclesie et membra ipsam sequencia a superioribus debent incipere. Naturale quidem est quod spiritualis correpcio ex alto statuens rectificet primo quod debet esse sibi propinquius; non autem oportet quod fraterne corripiens personam vel communitatem inmisceat se cum illis, subiectus illorum legibus, sicut nec Christus fecit cum sacerdotibus et religiosis
16ᵇ pro tempore sue viacionis, sed | expedicius corriperet separatus.

What obedience is.

Sed ulterius pro materia obediencie est notandum quod obediencia ad propositum est forma qua creatura racionalis dicitur suo preposito obedire; et sonat in bonum sicut obaudire sonat in malum; utrumque tamen dicit creaturam racionalem pro subiecto, et tercio dicit pro fundamento accionem, passionem, silencium vel aliquid huiusmodi super quo cadit precepcio. Unde sicut omne peccatum est inobediencia vel ipsum comitans (omnis enim virtuosus obedit Deo sicut omnis peccator est Deo inobediens) unde obediencia est in racione et voluntate, effectus autem eius sunt in ceteris potenciis et exterius in effectu, dicitur quod obediencia est actus voluntatis creature racionalis quo voluntarie

1. Cod.: *religione.* 17. *radice;* adde: *et.* 33, 34. *Unde sicut;* deest *sic* etc.

10. I. Petr. II, 13.

Digitized by Google

et discrete submittit se suo preposito, non autem debet nisi in consiliis evangelicis aut preceptis. Sed in hiis sive bonus prepositus mandavérit christiano sive malus, debet obedire, non tanquam sibi sed tanquam Deo, cui serviunt singule creature. 5

Christ obeyed Pilate and the devil.

Sicut enim Christus obedivit Pylato in iustis passionibus H quas sibi iniunxerat aut dyabolo in accionibus quas petebat, sic debemus nos obedire iniustis prepositis in hiis que non sapiunt peccatum, cuiusmodi sunt omnes passiones quas patimur propter Christum, non autem 10 in agenciis iniustis, cuiusmodi sunt agencie contra consilia Domini et | precepta. Non enim est possibile quod 16[c] quis paciatur nisi sit iustum, ex hoc quod Deus approbat ipsum pati, quia si voluntarie patitur in causa Dei, meretur beatitudinem sed remurmurando extra causam 15 Dei passio est citra condignitatem pene magnitudinis; ideo passio est securus thesaurus vero christiano, cum in ipsa concomitante bona voluntate non sit culpa compassibilis. In paciente vero demeritorie, licet passio quoad subiectum sit iniusta, est tamen quoad Deum 20 secundum ipsam punientem valde iusta; ideo docet Christus Luce XXI, 19 suos discipulos: *In paciencia vestra*, inquit, *possidebitis animas vestras*, et quia ad ipsam pacienciam necessaria est mititas atque humilitas, docet suos ab ipso regulam illam addiscere, quia *mitis* 25 *est et humilis corde*. Ista enim regula humilitatis sicut et cuiuslibet virtutis, cum omnes sint connexe, sufficeret pro religione qualibet christiana. Nam secundum Lincolniensem in sermone quodam vera humilitas, si insit, cognosci poterit ex hiis: *Discuciat*, inquit, *unusquisque* 30 *se ipsum diligenter, que vere humilitatis signa ipsum sequantur. Vere namque humilis hiis signis dinoscitur, si correptus a minori non dedignatur, si non insolescat honoribus, si non elevetur et delectetur in suis laudibus, si non reddit malum pro | malo nec maledictum pro* 16[d] *maledicto sed econtra benedicit; si inter equales primus est in opere et ultimus in ordine, primus in labore et ultimus in requie, primus in ministrando et ultimus in recumbendo, si gracias agit divine benivolencie, si tam*

All suffering is just since it is permitted by God.

6. Cod.: *sic*. 7. Cod.: *aut a diabolo*.

25. Matth. XI, 29. 30. Cf. Trialogum, p. 166.

Digitized by Google

libenter obedit quam precipit, si in potestate constitutus prius se noscit subiectum quam prepositum, sicut fecit centurio, de quo Luc. VII, 2. Iste condiciones omni humili nedum compossibiles sed humilitatem perfectam simpliciter consequentes redderent omnem prepositum et subditum perfectos religiosos, cum quilibet habet potestatem ad corripiendum alium, quilibet eciam potest esse in aliqua manerie operis primus in labore et requie, et . . . supremus eciam in ecclesia debet obedire cuilibet membro ecclesie. Ideo dicitur communiter quod obediencia est laudabilis propter tria, scilicet propter universalitatem, diuturnitatem et propter difficultatem; potest autem obediencia esse vel quoad subiectum vel quoad obiectum vel quoad fundamentum, ut omni homine obediente foret obediencia universalior quam est modo. Ille eciam qui obedit pluribus personis in pluribus consiliis vel preceptis obedit universalius et sic perfeccius. Ille insuper qui mandatum Domini nunquam preterit, sed in ultimo terribili obedit est magis obediens, sicut Christus in auditu auris; didicit enim experimentali
17* noticia ex | passione dira obedienciam Deo patri.

It is said that the commands are of indifferent acts.

I Secundo principaliter argumentatur contra dicta per hoc quod secundum concordem sanctorum sentenciam in actibus neutris debet subditus obedire suo preposito; cum ergo actus huiusmodi neutri nec sunt consilia evangelica nec precepta, sequitur quod non solum in illis est obediendum preposito. Aliter enim oporteret omnem obedienciarium vel curatum cognoscere dicta consilia et inferior disputando discurreret racionalitatem mandatorum sui prepositi et ex inobediencia periret privata religio. Promptitudo enim obedientis est circumstancia multum bonificans obedienciam, ut patet de Christo et sanctis patribus ut Abraham et ceteris tam novi quam veteris testamenti.

No act is indifferent,

'35 Hic respondeo negando argumentum, cum iuxta declarata III° huius XLIII capitulo est inpossibile quod aliquis actus sit neuter vel inpertinens legi Christi. Omnem namque bonum actum consulit vel precipit, malum moraliter prohibet vel dissuadet, quia cum pre-

9. *et;* hic aliquot verba exciderunt. 13. Cod.: *vel* after *subiectum* deest. 14. Cod.: *vel* deest.

35. De Civili Dominio I, 379.

Digitized by Google

it may be so in itself, but not in its motives.

cipui doctores sic locuntur, ideo loquendo ad sensus eorum notandum quod opus vocatur neutrum aput eos, quod de sua primaria intencione, nec dicit bonum moris vel malum vicii ut edificare vel texere; opera autem dicuntur bona vel mala de genere que dicunt substanciam 5 vel naturam operis boni vel mali moraliter, non tamen inplicant circumstancias per se statuentes naturas talium actuum in genere | virtutis vel vicii, ut dare elemosinam 17b et occidere hominem. Utrumque enim istorum potest tam bene quam male fieri secundum diversitatem cause 10 vel intencionis operantis. Nam dare elemosinam pro vana gloria est malum, sicut occidere hominem auctoritate Dei ne inficiat ecclesiam est bonum. Aliqua autem sunt opera aggregata que dicunt simpliciter bonum vel malum moraliter, ut mechari et furari quoad vicium 15 et caritative diligere Deum et proximum quoad virtutem.

Istis notatis cognosci potest sentencia quam dicit Hugo de Sancto Victore in libello intytulato *de hiis que licite fieri non possunt. Quedam*, inquit, *sunt ita mala, quod* 20 *nunquam licite possunt fieri, quedam ita bona, ut non possunt sine culpa intermitti. In illis nunquam est obediencia exhibenda ut fiant, neque in hiis ut non fiant. Nam hec facere contra Dei obedienciam esset et illa omittere religionem Christi inpugnat, quod non potest* 25 *obediencie subiacere. Sunt enim bona que sine culpa intermitti non possunt, sicut diligere Deum et proximum. Sunt autem quedam media que pro loco, tempore et causa nunc bona quia bene fiunt, nunc mala si male fiunt; in hiis ergo mediis preceptum obediencie locum habet sive* 30 *fiant sive non fiant, cum bene fieri potest ut fiant vel non fiant.*

Fit ergo aliquando ut ex hiis | mediis quedam ex ra- 17a *cione precipiuntur, quedam secundum racionem et quedam preter racionem.* 35

Ex racione vero precipiuntur quorum causa manifesta K *exstat, igitur precipi debeant et fieri; secundum racionem precipiuntur, que, si causam manifestam non habeant, igitur precipi debeant, habent tamen causam manifestam,*

19. I have not been able to find this passage in Hugo de S. Victore l. c. but comp. De Sacramentis libri I, p. V. Migne Patr. 176, 256—259.

Digitized by Google

cur bona et rationabilia sunt si fiant. Preter racionem precipiuntur in quibus causa non apparet aliqua cur precipi debeant, que tamen si fiant nec racio leditur nec iusticia violatur.

Preceptum ex racione est ut cum criminosi abstinere iubentur; preceptum secundum racionem ut si quis ea que in hoc mundo licite possidet, cuncta pauperibus erogare precipitur; preceptum preter racionem est, sicut quosdam sanctorum patrum legimus multa dicta ab humana racione aliena ad experiendum obediencie virtutem subiectis precepisse, ut siccos stipites donec germina produxerunt irrigare, dura saxa aqua superflua mollire, feroces bestias verbo imperii domare.

In hiis ergo que ex racione precipiuntur obedire debitum est, non obedire pena vel culpa; in hiis que secundum racionem precipiuntur obedire meritum est, non obedire venialis infirmitas; in hiis que preter racionem precipiuntur non obedire obedienciam destruit; in hiis que secundum racionem vel preter racionem precipiuntur | non obedire obedienciam destruit; in hiis que secundum racionem vel preter racionem precipiuntur non obedire obedienciam ledit.

17[a]

Ista dicta huius doctoris oportet sane intelligi, quia si debent regulariter trahi in consequenciam, tunc perversis capitibus quarumcunque religionum ad tantum quod precipiant subditis in maiori parte solicitari esse actus neutros parendum foret illis, dimissa religione christiana; consequens inpossibile.

The superior can only claim obedience in measure.

Item, in actibus bonis de genere ut sunt ieiunium et oracio, non est parendum preposito nisi in mensura librata racione, ergo multo magis in actibus neutris, et per consequens in omni obediencia racionali quoad precipientem et obedientem oportet nedum esse quoad Deum racionem excludentem indifferenciam sed utrobique aput homines. Et argumentum patet quod contingit subditum ad tantum continuare oracionem atque ieiunium quod deficiet nocendo sibi atque ecclesie, ergo multo magis in actibus neutris.

Item, tenentur clerici subiecti obedire pape sicut religiosi suo preposito privato, sed contingit papam ad

The Pope cannot claim obedience in all things.

15. Cod.: *que;* cod.: *ergo.* 18—28. Hic locus haud dubio corruptus an *circa actus neutros?*

Digitized by Google

tantum onerare suos subditos in hiis que videntur sonare pietatem quod submissio tenderet ad ecclesie detrimentum, ergo a pari vel maiori convenit ex universali pericione privatis prepositis privatos ordines declinare.

Argumentum patet ex hoc quod tam plenam pote- 5
statem habet papa | in quoscunque suos subditos sicut 18a
privatus abbas seu prior in suos claustrales.

The Pope may fall into heresy.

Et minor patet ex hoc quod papa potest cadere in heresim promovendo ineptos ad beneficia ecclesiastica, spoliare ecclesias de temporalibus et apparenter dispensare 10
cum subditis, racione cuius scandalum oriretur. Sed quis dubitat quin tunc resistendum foret sicut Paulus resistit Petro in longe minoribus Gal. II? ergo per idem resisti debet inperitis prepositis. Nec hoc verti debet in dubium, cum ex ista desidia contingit totum malum ecclesie, 15
quia cece creditur quod prelato precipiente quodcunque non est obedienti periculum sed meritum hoc implere; de meritis autem si quid accidit ut fingitur partim preceptori et sic paulative debilitantur ordines.

We may not obey against Christ's commands.

Ideo certum videtur quod non est obediendum contra L
Christi mandatum sive consilium. Nec fundari potest quod obediendum sit quibuscunque prepositis quicquid preceperint sed precipue de quanto preceperint legem Christi. Unde examinare debet subditus discretus preceptum prepositi, quando videtur declinare a lege Christi 25
vel sua regula, quia aliter foret quilibet prepositus incorrigibilis. Et iste videtur michi sensus beati Bernhardi in sermone de adventu, ubi ponit quinque condiciones rectificantes obedienciam: *prima cum opus est rectum, quia non est obediendum contra Deum, secunda cum est* 30
voluntarium, quia quod est ex | *necessitate non est meri-* 18b
torium, tercia cum est purum secundum intencionem sanctam iuxta doctrinam Salvatoris Math. VI, 22: Si oculus tuus fuerit simplex, totum corpus tuum lucidum erit; quarta cum est discretum, cum nimietas vel defectus inficiat, et 35
quinta cum est firmum usque ad finem debitum perseverans; sed que discrecio in parendo precipienti quod est

3. *maiori.* Cod.: *mar.* 11. Cod.: *orietur.* 14. Cod.: *Nec habet verbi debet dubium.* 18. *partim* (?) Cod : *palatie.*

27. Hunc locum in opp. S. Bernardi non inveni. In eundem sensum Serm. de virtute obedientiae et eius gradibus Opp. p. 1714.

Digitized by Google

notum vel debet esse notum vergere ad terminum ecclesie? Conceditur ergo cum doctore quod meritorie potest quis obedire preposito in actibus vocatis neutris, salvo semper Christi consilio et precepto, ut quia contingit contemplari manualiter operando et inprudenter prepositi ignoranciam obmutescere faciendo. Ideo valde meritorium est cum dicta circumstancia in talibus obedire, sicut obedierunt sancti monachi suis prioribus; et ne detur scandalum prepositis et fratribus infirmis, non est disputanda racionabilitas precepti prepositi nisi cum maturo moderamine, quando scilicet preceptum non continetur expresse in lege Christi vel regula ordinis, sed distrahendo a cultu Dei non sonat in theosebiam, tunc enim secundum formam correpcionis evangelice debent subditi univoce prelatis resistere, et talis resistencia est vera obediencia nedum Deo quoad legem correpcionis fraterne, sed vocato preposito quia nullus pre-
18* positus quitquam precipit nisi bonum analogum | precipiat, quia illud est quod omnia appetunt et per consequens cum bonum sit utrique parti fatuitati talis prelati resistere, patet quod resistendo sibi prudenter humiliter obeditur; et sic obedivit Lincolniensis resistendo Romano pontifici, ut patet III huius XL capitulo.

It is right to obey, unless there is strong reason against it.

Tercio argumentatur per hoc quod votum religionis est tam meritorium, ut deleat omne peccatum quod invenit in persona que religionem ingreditur et facit quod quitquid post fecerit in gracia sit magis meritorium quam opus factum extra ordinem privatum, licet fiat in gracia; et sic eque bonum de genere ymmo confratrum supportacio et speciale suffragium eorum cum aliis comodis que religiones privatas consecuntur docent religiosorum excellenciam super viventes in seculo.

Special merit is claimed for religion.

M Unde venerabilis Anselmus in De Similitudinibus docens quod opus religiosi ex prima obligacione voluntaria sit voluntarium dicit *quod racione maioris fervoris est plus meritorium,* ut si Petrus ex vehemencia amicicie obligat se ad dandum pannos singulos Paulo centum,

Advantage ascribed to vows by Anselm.

8. Cod.: *obediunt.* 15. *univoce.* Cod.: *vince.*

23. De Civili Dominio I, 308. 36. In Similitudinibus hunc locum inveniri non potui.

Digitized by Google

Linus vero nolens se tantum obligare sibi promittit quod forte, si sibi placuerit, dabit sibi aliquid annuatim centum, adhuc Paulus est plus obligatus Petro ex magis grata obediencia quam Linus qui dominatus et insecurus donat tantum; quod ex hoc evidet quod utroque de- 5 ficiente absolucione annuali Petrus plus peccaret et per consequens plus ex opposito | mereretur. 18[a]

Et eandem sentenciam docet Petrus Comestor in sermone ad religiosos qui sic incipit: *Porcio mea domine: Quam salubris,* inquit, *est obligacio professionis, brevi* 10 *exemplo perpendere poteris: pater filium habet egrotum qui sanari non potest absque incisione et cauterio. Consulit pater filium utrum ligari velit; ille sanitatem desiderans rogat se ligari et uri; ligatus autem cum ignem et ferrum incipit sentire, clamat, furit et solvi deposcit* 15 *sed a patre non solvitur donec salvetur. In hunc modum monachus qui se regulari discipline sponte et scienter obligavit, si quid molestie et affliccionis senserit, pacienter sustinebit, qui post temptacionem sustinuisse gaudebit, paciencia enim est quasi farinula Elisei que tocius cibi* 20 *amaritudinem dulcorabit, ne mors sit in olla;* III. Reg. IV. patet historia.

To enter an order may lead to good or harm.

Hic respondeo concedendo quod meritorium est intrare religionem servantem regulam, sicut fecit in suis primitivis; et periculosum, si ab observancia religionis ex- 25 orbitat. Unde Petrus Comestor eodem sermone dicit *religiosum secure vivere et quiete si solum Dominum elegerit. Quod cognosci potest si non incubat quesitis, si se non cruciat pro amissis.* Et sic conceditur quod contritus intrans religionem abstergitur ex gracia ab 30 omni culpa; quod si inpenitens intrat religionem | propter 19[a] fastum aut lucrum seculi scilicet ut laucius, securius et dominativius valeat in ordine quam valeret in seculo, ex intencione corrupta factum inficitur et antiqua macula induratur. Quod si prepositus ordinis noverit mentem 35 talem debet ipsam oracionem abnuere et istud periculum cum rigore religionis detegere quod Christus docuit

14. Recte: *se ligari, incidi et uri.* 15. *incipit.* Cod.: *dicit.* Correxi; ib. Cod.: *solvisse.* Correxi. 19. Cod.: *que post;* ib. Cod.: *gaudebat.* 24, 25. *primitivis;* hic verbum deest.

8. Petri Comestoris Sermo L Synodicus Opp. ed. Migne Patrol. Ser. lat. 198, 1842 27. l. c. p. 1842.

Digitized by Google

Matth. VIII, 20, quando scribe intencione avara volenti intrare religionem suam dixit: *Vulpes foveas habent et volucres celi nidos etc.* ut exponitur infra capitulo VIII. Ex doctrina exemplari huius doctoris patet quod senciens se infirmum ad conversandum in seculo debet prudenter intrare religionem omnino seculum abdicantem, quia aliter periret securitas, cum ex monstruosa secularitate claustralium insurgit summum periculum. Ideo dicit Augustinus epistola ad cives Ypponenses que sic incipit: *Quantum ad me attinet. Simpliciter,* inquit, *fateor caritati vestre coram Domino Deo nostro qui testis est super animam meam, ex quo Deo servire cepi, quomodo difficile sum expertus meliores quam qui in monasteriis profecerunt, ita non sum expertus peiores quam qui in monasteriis ceciderunt.* Ubi notandum verba Augustini; primo patet quod sic iurando solempniter ponderavit dicendam materiam; patet secundo quomodo sic camerat verba sua quod manifeste ponit se expertum esse meliores | quam invenit aliquos claustrales, sicut forte fuit de beato Ambrosio et aliis paucis; sed patet tercio quomodo dicit simpliciter negative quod nullos invenit claustralibus magis malos. Sic enim sacerdotes et Pharisei qui erant religionis private erant pessimi tempore Christi ex avaricia. Ideo Christus invexit acutissime contra eos, ut patet Math. XXIII, 15 et specialiter de singulari affeccione faciendi *proselitum,* quam ex hoc dampnat quod captus in sua religione peius peccat quam quis faceret conversando in seculo. Et utinam nostri religiosi ex affeccione probabili quam habent ad sustinendum suum ordinem pocius quam preponderatam utilitatem ecclesie non sint isto crimine irretiti. Patet igitur quod intencione corrupta visus intrare religionem non pocius eam intrat quam Ananias et Saphira, sicut peccans mortaliter est tunc de dato ordine; conceditur ergo quod votum religionis voluntarie assumptum facit opus meritorium religiosi, consequens est voluntarium et cum paribus meritorium. Aliter enim non foret necessitas de antecedenter voluntarie ad peccandum, non peccaret volun-

Danger of worldliness among the cloistered.

4. *patet;* deest in cod. ib. *dicendam.* Cod.: *ddam.* 11. Cod.: *anima mea.* 16. Cod.: *ponderant;* 37—38. Hic locus corruptus esse videtur.

8. Sti. Augustini Ep. LXXVIII, Opp. tom. II, 186; Non incipit: *Quantum ad me* sed *Utinam scripturae.*

Digitized by Google

tarie nec Deus promittens bonum homini et sic necessitans et debitans se ipsum ad implendum promissum illud posterius non tribueret gracioso, consequens falsum. Ideo non solum potest religiosus semper solvendo votum et ordinem | illud quod vovit omittere, sed cum sit ante 19[c]
votum potest omittendo datum consilium non peccare; est ergo magna prudencia prudenter intrare religionem privatam, pauperem et humilem, sicut IV huius, VI capitulo elicitur de beato Wlstano de Claustonia et de beato Bernhardo. Sed ulterius non video quin vovens O
Christo abbati nostro paupertatem humilitatem et obedienciam perpetuam cum hoc voveat privato preposito, cum hoc tamen quod ex tanto fervore caritatis hoc teneat et in tanta caritate votum continuet ex tam perfecta religione tantum mereatur, sicut datus existens 15
in claustro. Sic enim religiosi veteris testamenti voverunt et reddiderunt Deo, non minus merentes quam discipuli Samuelis aut Helizei vel eciam Recabite; sic eciam in novo testamento Baptista qui fuit heremita et monachus, apostoli et multi sancti monachi tam cenobite quam 20
heremite quam eciam anachorite, profitendo inmediate Christo tantum vel plus quam post votum solemne in facie ecclesie secundum ritus hominum et a privatis hominibus introductum. Aliter enim Deus qui intuetur corda, cui omnes affecciones plene sunt cognite, non requirens 25
cerimonias humanas pro testificacione foret *acceptor personarum* contra scripturam et conclusionem Petri Act. X, 34 de conversione religiosi, licet gentilis Cornelii: 19[d]
In veritate, inquit, *comperi quod non est acceptor personarum Deus sed in omni gente qui timet Deum et* 30
operatur iusticiam acceptus est illis. Tantum ergo stat viventem in seculo ex observancia religionis Christi mereri, sicut meretur dictus irregularis et amplius, nec ex regula humanitus adinventa introducitur nova species meriti et premii, sic quod merita regularium et secu- 35
larium non possent parificari, quia tunc Deus non omisisset expresse docuisse hanc regulam. Stat ergo obedienciam secularium esse undique tantam suis pre-

One may make vows simply to Christ.

9. *Claustonia*; ita cod. Rectius (ut videtur): *de claustro novo.* 9, 10. *beato.* Cod.: *bono.* 22. Cod.: *quam* deest. 23. Cod.: *a* deest. 24. *cui.* Cod.: *cum.* 31. Cod.: *stabit.*

8. De Civili Dominio II, 53.

Digitized by Google

positis et cum hoc prepositis regularium, sicut est obediencia subditorum sui ordinis et ex professione tam solempni quoad Deum preceperunt; cuius evidencia est quod tam persone quam communitates regulares
5 impetrant laboriose et sumptuose exempcionem a capitaneis sui ordinis; quod potest tam bene quam male fieri, bene si verisimiliter credant quod capitanei sui in maiori parte exigent ab eis ex palliata virtute obediencie, quod impediret observanciam divini consilii, male autem
10 si ex superbo appetitu dominandi et abhominacione subici dedignantur suis prepositis obedire, quod (si non
20* fallor) | contingit communius et specialiter in egredientibus claustrum ad curias dominorum, ut finaliter ab obediencia exempti monstruose occupent rectorias. Cum
15 ergo talis excepcio potest bene fieri et non licet dispensare cum christiano, ut ad deterius retrocedat, manifestum videtur quod stat secularem caracterem cleri regulari ex obediencia omni regulari obedienciario plus perfectum, quod evenit eo ipso quo secularis est magis
20 obediens legi Christi.

Monks' efforts to obtain exemptions from obedience.

CAPITULUM QUARTUM.

A Cum secundum Augustinum in De Vera Religione XXIX, secundum Crisostomum De Imperfecto Omelia XXVIII et secundum Bernhardum in libello suo De Speculo
25 Monachorum ac omnes sanctos et fidem ecclesie non sit possibile quemquam post Christum servare religionem christianam vel esse christianum sive catholicum, si non nominetenus pretense ac equivoce, nisi de quanto vita, conversacio et opera sua fuerint conformia vite
30 Christi, sic quod de quanto christianus ab illis exorbitat, de tanto decidit ab illis nominibus, necesse habet sedule studere hoc speculum, quia vita nostra non secundum ipsum dirigitur nisi previe cognoscatur. Oportet enim secundum philosophos in omni genere esse unum

One cannot be a Christian without being childlike.

3. Cod.: *percepero* (sic). 18. Cod.: *omne;* ib. Cod.: *obedienciarius.* 22. Cod.: *Cum Augustinus in.* 25. Cod.: *speculo peccatorum.* 31. *necesse huius.*

22. St. Augustini Opp. tom. I, 766. 23. St. Chrysostomi Opp. tom. VI, p. CXIX—CXXI. 24. St. Bernardi Opp. p. 1138—1140.

Digitized by Google

primum quod sit metrum et mensura omnium aliorum in genere, igitur christiane religionis oportet Christum esse principium, a quo tanquam patriarcha sit totum quod est perfeccionis in ordine derivatum. Unde cum oportet omne membrum de corpore | Christi ex sua 20b professione sibi ministrare, subdit Joh. XII, 26: omnem religiosum sui ordinis sibi debite ministrare: *Si quis*, inquit, *michi ministrat, me sequatur;* sic et non aliter ministrabit. Unde Johannis ultimo postquam commisit Petro tanquam suo generali vicario curam ovium, sub- 10 iungit pastoris officium pro se et omnibus suis ovibus ad implendum, cum subdit: *Sequere me.* Quam sentenciam explicat Apostolus I. Cor. XI, 1, cum sic dicit: *Estote imitatores Dei sicut et ego Christi.* Oportet enim omnem ovem salvandam primum pastorem sequi, quia aliter non 15 incedit per artam viam que ducit ad celum, cum ex testimonio sui Joh. XIV, 6 *ipse sit illa via* quia *Dei virtus et Dei sapiencia*, ut dicit Apostolus I. Cor. I, 24, 30. Sed et istam conclusionem declarat Beda super illo Math. IX, 9: *Sequere me* (ut exponitur primo huius 20 II. capitulo): *Qui*, inquit, *dicit se in Deo manere, debet sicut ille ambulavit et ipse ambulare; quod est non ambire terrena, non caduca lucra sectari, fugere honores inferiores, contemptum omnem mundi pro celesti gloria libenter amplecti; cunctis prodesse amare, nulli iniurias inferre sed* 25 *sibi illatas pacienter sufferre, sed et inferentibus a Domino veniam postulare, nunquam suam sed conditoris gloriam querere, quotquot valet secum ad amorem supernorum e | rigere, Hec*, inquit, *et huiusmodi gerere est Christi* 20a *sequi vestigia.* 30

The way of salvation narrow and hard.

Et patet quam strictam et penalem oportet esse viam B salvandi; scimus enim ex fide illam sentenciam esse veram et potest demonstrari ex hoc quod vita Christi est exemplar et fundamentum sine quo fundante et exemplante non potest esse christiani conversacio virtuosa, 35 sed sine conversacione virtuosa non potest christianus venire ad patriam, ideo, nisi secutus fuerit hunc priorem.

6. *omnem.* Cod.: *quidem.* 24. Cod.: *contempnere omnem.* 29. Cod.: *hec* deest. 37. *ideo;* rectius ut videtur: *id est.*

12. Joh. XXI, 19. 19. Baedae Homiliae Aestivales de Sanctis in die S. Matth. Op. tom. VII, 338. 20. Primo huius id est De Mandatis Divinis.

Digitized by Google

Idem enim est christianum sequi Christum imitacione morum et ipsum vivere virtuose. Unde Math. X, 38: *Qui non accipit crucem suam et sequitur me, non est me dignus.* Et eandem sentenciam confirmat Luce XIV, 27: *Qui non baiulat crucem suam et venit post me,* et minister nostri ordinis impossibilis est, primo quod sit verus Deus et verus homo; patet Joh. I, 1: *Deus erat verbum et verbum caro factum est,* et Hebr. I, 4: *Tanto melior angelis effectus quanto differencius pre illis nomen hereditavit.* Et quod sit verus homo patet Hebr. II, 16: *Semen Abrahe apprehendit unde debuit per omnia fratribus similari.* Supponendum est secundo conversacio Christi in terris quam textus evangelicus . . . secundo ad sensus doctorum sanctorum edisserit, et tercio oportet supponere, cum Christus sit due nature, scilicet divinitas atque humanitas, quod recipit similiter predicaciones secundum utramque, modo quo scriptura de ipso loquitur.

20[d] Quibus | suppositis patet primo quod Christus fuit vere pauper, ut prophetatum est de eo in veteri testamento; nam Christus venit in mundum peccata destruere et potissime ritus gentilitatis de seculari conversacione secundum quam sunt a statu innocencie . . . quod non fecisset nisi in persona propria statum paupertatis illi oppositum observasset, ergo hoc perficit; unde Augustinus XVI in de Vera Religione: *Satellites voluptatum divicias perniciose appetebant, pauper esse voluit.* Ubi notum est quod loquitur non solum de paupertate spiritus que est carencia passionis civilis vel proprietarie terrenorum; nam secundum divinitatem est summe dives, sicut est secundum humanitatem quoad titulum originalis iusticie; et de tali paupertate suppono quod fiat locucio in futuro, et tunc cum illam verbo docuit et non fuit in eo *ita et non,* ut dicit Apostolus II. Cor. I, 17, sed cepit facere et docere quod ipsam in vita tenuit.

Christ's poverty.

C Et iste videtur michi sensus Apostoli ad Titum II, 11, 12 quando dicit: *Apparuit gracia Dei salvatoris nostri omnibus hominibus, erudiens nos ut abnegantes*

5. *post me* deest; in Cod.: *et minister.* Hic aliquot verba desunt. 13. *textus evangelicus.* Hic verbum deest. 22. *innocencie.* Hic verbum deest. *(elongati?)* 25. Cod.: *XXIX.* Correxi (cap. *XXXI* ed. Maur.). Recte: *divitias perniciose populi.*

7. Joh. I, 1, 14. 25. St. Augustini Opp. tom. I, 758.

Digitized by Google

omnem impietatem et secularia desideria sobrie, iuste et pie vivamus in hoc seculo. Nam postpositis secularibus desideriis vivitur sobrie quoad carnem, | iuste quoad 21a
proximum, et pie quoad Deum.

Christ lived the contemplative life since this is the most perfect.

Item, Christus continue vixit vitam humanam per- 5
fectissimam, sed illa est contemplativa repugnans proprietati civili, ut patet tercio huius capitulo XXIII, ergo continue caruit huius possessione et per consequens continue fuit paupér.

Assumptum patet . . quod continue fuit homo per- 10
fectissimus; et minor patet per illud Luc. X, 42: *Maria optimam partem elegit.* Unde Luc. XVI, 13 dicit Christus: *Non potestis Deo servire et mamone,* et hic narrat ibidem de divite qui quotidie epulabatur splendide, quomodo sepultus fuerat in inferno, de divite volente ampliare 15
horrea, cuius *anima eadem nocte de corpore fuit rapta* Luc. XII, et de divite cui Christus precepit *vendere omnia sua et dare pauperibus et post venire et sequi ipsum; qui contristatus est quia dives erat valde* Luc. XVIII, 22, 23. Unde Christus subdit ibidem *quam difficile* 20
qui pecuniam habent in regnum Dei intrabunt; ubi patet quod loquitur de mundi divite circa temporalia nimis solicito. Licet enim activi possunt salvari, hoc tamen est inpossibile nisi in fine vite sue relicta inperfeccione vite active assumant contemplativam, *relinquendo cuncta* 25
que possident, ut docet Salvator Luc. XIV, 33, et patet superius XIX et XIV capitulis; talis ergo vita quam oportet sal | vandum propter inperfeccionem relinquere 21b
Christum non decuit, quod innuit quando dicit diviti: *Veni et sequere me;* quod fuisset inpertinens nisi vita 30
sua fuisset aliena a vita divitis Christo servante paupertatem oppositam isti modo habendi divicias: quod testatur Apostolus II. Cor. VIII, 9: *Scitis,* inquit, *graciam Domini nostri Jesu Christi qui propter nos egenus factus est, cum esset dives ut illius inopia divites vos essetis;* ubi notum D
est quod per egenum et inopem intelligit mundo pauperem, cum quo stat ex titulo gracie habere omnia bona, ut patet III huius cupitulo VII.

8. *huius.* Rectius: *huiusmodi.* 10. *patet* . . . Hic verbum deest (eo?) 30. *quod* deest. Addidi. 31. Cod.: *an ita;* correxi *a vita.*

7. De Civili Dominio I, 162—169. 17. Lucae XII, 20. 20. Lucae XVIII, 24. 26. *XIX et XIV* (sic). Rectius XIII et XIV primi libri De Civili Dominio. 38. De Civili Dominio, 47—53.

Digitized by Google

Poverty most like the state of innocence.

Item, Christus vixit continue vitam statui innocencie maxime conformem; ad quem statum consequitur abdicacio civilis possessionis; ergo Christus pro tempore viacionis vixit continue in illo statu.

5 Assumptum patet tripliciter: primo ex hoc quod Christus fuit continue summe innocens et per consequens statum innocencie continue observavit; secundo ex hoc quod propositum Christi fuit reducere naturam lapsam secundum quandam propinquitatem ad statum quo lapsa
10 est; quod non faceret efficaciter nisi illum statum in persona propria observasset, cum facta docent efficacius nudis verbis; tercio ex hoc quod occupari citra bona minima que sunt bona fortune est proprium inferioribus
21[a] ecclesie, qui status | non potest Christo competere.

Christ chose to be born of humble parents.

15 Confirmatur istud ex gestis et doctrina in processu evangelii explicatis. Nam incarnari elegit non ex regina vel seculari domina sed simplici puella, quam postquam natus est in utero precepit solam sine pedisequa visitare Elizabeth, ut patet Luce II, non ut ancilla
20 Domini humillima de concepcione Messie pomparet sed cum didicit ab angelo cognatam suam diu sterilem sibi mense precedente concepisse visitavit eam ut verbis mellifluis confortaret et in factis humillimis ministraret; quod indubie ordinavit et fecit natus in utero. Secundo
25 natus ex utero non pallacium, non domum propriam temporalis domini, sed domum humilem et communem reipublice, que diversorium dicitur, eo quod diversa bona communitatis contineat, ad suscipiendum ortum eius in mundum misericordissime quia humillime ordi-
30 navit; nec elegit utrobique in stabulo sed sine arte obstitricis, sine cunabulo, sine crepundiis, se ipsum reposuit cum iumentis, Luce II, 7 scribitur: *Pannis eum revolvit et reclinavit eum in presepio, quia non erat ei locus in diversorio.*

35 Tercio *postquam consummati sunt dies purgacionis*
21[a] *Marie et Jesus oblatus est, ut circumci | sione compleat legem suam*, Levit. XII, 6, non obtulit agnum anniculum que fuit oblacio divitum sed turtures et columbas, que fuit pauperum oblacio; patet historia Luc. II, 24.

40 Quarto noluit parentes suos cum pecunia gentis proprie in principio relevari, sed tres magos de Chaldea

4. Cod.: *in* deest. 5. Cod.: *Argumentum*. 28. *suscipiendum*. Cod.: *sustidum*; *sustinendum?* 35. Cod.: *consummati* deest. Addidi e textu Lucae II, 21, 22.

Digitized by Google

vocaverat ad offerendum sibi aurum, thus et mirram, ut preter sensum misticum ad literam parentum et prolis inopiam per illa munera relevarent; patet Math. II, 11.

Quinto portatus in Egyptum et inde rediens non in E curribus vel comitatu equestri vel vehiculo matris et fabri, ut aliis minus videtur probabiliter, sed super asinam est delatus; patet historia Matth. II.

Sexto factus annorum duodecim in peregrinacione versus Jerusalem oblitus est per triduum tanquam penitus 10 incuratus. Non enim habuit milites vel armigeros vel pedagogos sed tamquam pater pauperrimus, ut videtur beato Bernhardo, in illo triduo mendicavit; patet hystoria Luc. II.

Ex istis gestis infancie Salvatoris nulli fideli verti 15 debet in dubium, quin Deus potentissimus, sapientissimus et benignissimus non ordinaret eternaliter se ipsum gerere ista humanitus nisi cederent ad trinitatis beneplacitum et honorem et ad utilitatem sue ecclesie exemplarem. Joh. XIII, 15 dicit | ipse dominus et magister: *Exemplum* 22a *enim dedi vobis ut quem admodum ego feci vobis ita et vos faciatis.*

And when a man, Christ had no possessions.

Ulterius autem quando Christus factus vir quoad etatem temporis confirmavit predictam sentenciam de paupertate tam opere quam sermone, nam nec domicilium 25 nec quitquam signabile voluit possidere civiliter sed sub alienis domibus, sumptibus et ministeriis in quibuscunque sibi et suis necessariis *exultavit ut gigas ad currendam viam* huius miserie. Nam devote mulieres ipsum sequentes ministrabant ei de facultatibus suis, ut patet Math. II 30 et Luc. VIII, 1—3. Nam ibi sic scribitur: *Ipse iter faciebat per civitates et castella predicans et evangelizans regnum Dei et duodecim cum illo et mulieres alique que erant curate a spiritibus inmundis et infirmitatibus: Maria que vocatur Magdalene de qua VII demonia exierant et Johanna* 35 *uxor Chuse et Susanna et alie multe que ministrabant ei de facultatibus suis.* Non usus est arte alkimica, non rimatus est thesauros absconditos, nec inpetravit sibi

7. *sed* deest in cod. Addidi. 10. *oblitus est* eiusdem sensus ut *relictus est.* 12. Rectius: *sed pater tamquam.*

13. Cf. St. Bernardi De modo bene vivendi Opp. p. 1288. 28. Psalm. XVIII, 6.

Digitized by Google

redditus seculares, sed vixit communiter de benedicci-
onibus devotorum. Quando autem miraculose pavit po-
22b populum, hoc fecit conformiter | ad statum innocencie sub
divo Marc. VI et VIII. Quando vero tercio fecit cenam
5 novissimam sue viacionis, hanc fecit iure et tytulo
originalis iusticie, qua omnia debent esse communia.
Luc. XXII, 8 scribitur: *Euntes parate nobis pasca* et
sequitur: *Ecce introeuntibus vobis in civitatem occurret
vobis homo quidam amphoram aque portans; sequimini
10 eum in domum in quam intrat et dicetis patrifamilias
domus: dicit tibi magister, ubi est diversorium, ubi*
F *pascha cum discipulis meis manducem?* Ex isto textu patet
quod Christus mendicavit ex titulo originalis iusticie
sibi et suis necessaria ministrare; in cuius signum tercie
15 persone officium et locus confuse sub signis communibus
supportant. Sed et peticio non tanquam rogatus sed
tanquam pro ministerio de iure debito est formata.
Unde totam istam sentenciam confirmat Math. VIII, 19, 20
respondendo iuveni sophistice promittenti: *Sequar te, quo-
20 cunque ieris: Vulpes,* inquit, *foveas habent et volucres
celi nidos, filius autem hominis non habet ubi caput suum
reclinet.* Vidit enim iste scriba Christum multa miracula
facientem et consideravit, si artem sanandi super homines
ab eo posset addiscere, habundaret temporalibus ex |
22c questu quem arte illa adquireret, sed Christus eludens
errorem sophiste dicit quod avari et superbi secundum
questum et fastum seculi querunt talia; ipse autem cum
suis discipulis non vult esse proprietarius vel in minimo.
Ideo iste scriba habens intencionem hanc corruptam non
30 est assumptus a Christo. Et ista est exposicio beati
Jeronimi. Unde quantum ad honores seculi patet quod
ipsos penitus refugit verbo et opere. Nam. Joh. VI, 15
scribitur: *Jesus autem, cum cognovisset quia venturi essent
ut raperent eum et facerent eum regem, surgit iterum
35 in montem ipse solus.* Sic autem Christus utrobique fugit
famam mundanam. Unde dicit leproso mundato Math.
VIII, 4: *Vide,* inquit, *nemini dixeris,* et Marc. I, 43
comminatus est spiritui confitenti ipsum esse sanctum Dei.

Christ's answer to the Scribe.

16. *supportant.* Cod.: *subputant.* 23. Cod.: *si autem sanandi.* 25. Cod.: *elidens.*

7. Lucae VIII, 10, 11. 30. Commentariorum St. Hieronymi in Matthaeum Cap. VIII. Opp. tom. VI, p. 25, 26.

Digitized by Google

Obmutesce, inquit, *et exi*. Luc. IX precipit discipulis ne cui dicerent quod est Christus, docens nos in hoc indubie fugere famam mundi, quia Luc. XVI, 15 vere dicit, *quod altum est hominibus, abhominacio est aput Deum*. Noluit ergo Christus cuiquam temporali mundialiter intendere 5 sed secundum leges proprias spiritualiter iudicare. Nam iuveni dicenti sibi: *Magister, dic fratri meo ut dividat mecum hereditatem, respondit: O homo, quis me constituit iudicem | aut divisorem inter vos?* Luc. XII, 13, 14; quod 22[d] dicit: Non est meum negociis civilibus in persona mea 10 intendere, cum habeam negocium alcius quod est animas curare. Cui sentencie alludit Apostolus I. Cor. VI, 4: *Negocia secularia si habueritis, contemptibiles qui sunt in ecclesia, illos constituite ad iudicandum.*

Deacons ordained to save apostles from material cares.

Et hinc apostoli sumpserunt pro regula religionis G christiane crescente multitudine credencium inferiores constituere in ministerio corporali. Act. VI, 2 scribitur: *Non est equum nos derelinquere verbum Dei et ministrare mensis*. Utrobique ergo Christus aufugit conversacionem secularem et mundanam solicitudinem in se et suis 20 superioribus discipulis ut peccatum. Cum ergo civile dominium inseparabiliter dicit sollicitudinem, manifestum est quod illud dominium in persona sua non habuit et per consequens fuit summe pauper paupertate illi opposita. Unde quam nisi in sua communitate habuit loculos 25 propter typum infirmum, non Petrum vel Johannem constituit custodem pecunie, cum Act. III, 6 dicit Petrus: *Argentum et aurum non est michi*, sed Scarioth proditorem, qui Joh. XII, 5 dicit: *Quare non ungentum hoc venditum est trecentis denariis et datum est egenis? Dixit hoc*, 30 inquit Johannes, *non quia de egenis pertinebat ad eum sed quia fur erat et loculos habens ea que | mittebantur* 23[a] *portabat*. Ad idem patet Joh. XIII. Unde ista ypocritica avaricia cecatus ad recuperandum dictam pecuniam pro triginta argenteis, qui equivalent triginta denarios, ven- 35 didit Salvatorem, quia probatur Thim. VI dicitur: *Radix omnium malorum cupiditas*. Et demum legifer noster in attestacionem paupertatis evangelice in alieno territorio in alienis sumptibus voluit sepeliri; patet Joh. XIX, 38

13. Recte: *iudicia secularia*. 14. Cod.: *ipsos constituite*. 25. *Unde quam*; ita cod.: Rectius: *Unde quoniam non nisi*.

36. II. Tim. VI, 20.

Digitized by Google

ubi narratur quod *Joseph ab Arimathia rogavit ut tolleret corpus Jesu.* Cui coniunctus *Nicodemus qui venerat ad Jesum nocte primum portavit mixturam mirre et aloes quasi libras centum;* hii eciam duo *acceperunt corpus*
5 *Jesu et ligaverunt eum linteis aromatibus et in monumento novo in quo nondum quisquam positus fuerat quod erat in orto quo crucifixus est posuerunt Jesum.* Erat autem illud monumentum de possessione Joseph, *qui*
H *illud exciderat de petra,* ut dicit Math. XXVII, 60. Unde
10 et istam sepulturam notat Augustinus in De Questionibus veteris et nove legis capitulo LXIX sub hiis verbis: *Non,* inquit, *Salvator aliquid seculariter possedit in mundo, cum sit dominus mundi mortuus aut alienis inpendiis sepelitur, et nos a quibus mundus extraneus est facultates*
15 *augere cupimus ut morientes mundum a nobis invasum*
23b *non tantum* | *voce sed et litteris contestemur, ut in passione nostra ab eo, cuius mundus est, condempnemur; hinc Dominus: Qui non reliquerit omnia et secutus me fuerit non potest esse meus discipulus.* Hec Augustinus. Ab illo
20 exemplari sumunt omnes christiani regulam conversandi, aliqui propinquius ut religiosi et aliqui remocius ut active viventes in seculo: Exhinc enim venerabilis ordo de fratribus minoribus non habent aliquid in proprio vel communi civiliter, sicut indubie nec Christus habuit,
25 licet habeat ex caritatis tytulo sicut et Christus habuit omnia hona mundi; exhinc et non portant loculos in persona propria et subeunt alias penitencias ac instar Christi ministri sui portant alia officia ministrandi. Omnes enim religiosi exhinc profitentes paupertatem evangelicam
30 non habent vel saltem non debent habere seculariter quidquam vel in communi, nec condere testamentum, ut breviter dicam inpossibile est christianum salvari nisi Christum secutus fuerit in evangelica paupertate. Unde Augustinus in De Vera Religione XXIX: *Non,* inquit,
35 *ullum peccatum comitti potest nisi dum appetuntur illa que ipse contempsit aut fugiuntur illa que ipse sustinuit. Tota,* inquit, *vita eius in terris per hominem quem suscipere dignatus est, disciplina morum fuit.* Quis queso cogitans

Example of the Minorites.

23. *habent;* ita cod. 37, 38. Cod.: *susciperi dignitas.*

2. Joh. XIX, 39, 40, 41. 10. St. Augustini Opp. tom. III, Appendix. 34. St. Augustini Opp. tom. I, 758.

Digitized by Google

conversacionem tam humilem et modestam summi domini secundum deitatem, | summe divitis eternis diviciis 23[c]
secundum humanitatem ex titulo innocencie toti mundo plenissime dominantis, et secundam utramque naturam in gradu summo summe et tamen quoad sustentacionem 5
corporis temperatissime ac modestissime conversantis non dimitteret pompam et questum seculi, intenderet ad profectum ecclesie ministerio humili et perderet animam suam quoad vitam deditam voluptati. Ideo dicitur I. Joh. V, 5: *Quis est, fratres, qui vicit mundum* 10
nisi qui credit quoniam Jesus est filius Dei. Credamus in vitam huius prioris et indubie vincimus concupiscenciam huius mundi. Si enim Christus ex potentibus diviciis et genere proximo fuisset secundum fastum seculi procreatus, et ipsemet in propria persona ac sui discipuli 15
fuissent in mundo nobiles secundum humanam prudenciam seculariter conversantes, non dedisset exemplum vivendi secundum religionem beatitudinem adquirendum sed *divites ac nobiles seculo pauperes despective opprimerent.* Unde Jacobi II, 5, 6 post personarum accepcionem 20
prohibitam: *Nonne,* inquit, *Deus elegit pauperes in hoc mundo divites in fide et heredes regni? Nonne divites per potenciam opprimunt vos?* ymmo ex virtutum carencia, ex seculariter conversandi inpotencia et ex satisfa | ciendi 23[d]
pro voluptate primi parentis insufficiencia non posset 25
taliter fuisse fundata religio christiana. Unde I. Cor. I, 26—28: *Videte vocacionem vestram, fratres, quia non* 1
multi sapientes secundum carnem, non multi potentes, non multi nobiles, sed que sunt stulta mundi elegit, ut confundat sapientes; et infirma mundi elegit Deus, ut 30
confundat forcia, et ignobilia mundi et contemptibilia elegit Deus et ea que non sunt, ut ea que sunt destrueret. Nam ea que sunt in reputacione seculi ut virtutes in humilitate fundate sunt maxime reputanda. Et ab ista sentencia non memini aliquem sanctum doctorem sive catholicum 35
discordare, licet quidam figuli sapientes infidelitatem fingentes recalcitrant. Unde beatus Bernhardus in sermone De Natali Domini qui sic incipit: *Duo quidem genera*

3. Cod.: *sed humanitatem.* 4. *et* 1[a] *sed utramque.* 5. *summe;* deest verbum. 18. *religionem;* adde: *ad.* 30. Cod.: *confundant.* 30, 31. Cod.: *sapientes* — *confundat* deest.

19. Cf. Jacobi II, 6. 38. St. Bernardi Opp. p. 60. In textu St. Bernardi sequitur prolixius: *Numquid credimus casu factum ...*

Digitized by Google

St. Bernard on Christ's choice of a lot in life.

rerum. Hyeme, inquit, *Christus natus est, nocte natus est; nasciturus itaque Dei filius cuius in arbitrio erat quod vellet eligere tempus elegit, quod molestius est presertim parvulo et pauperis matris filio que vix pannos*
5 *haberet ad involvendum presepe ad reclinandum. Et cum tanta esset necessitas, nullam audio pellium mencionem. Primus autem Adam pelliciis vestitur tunicis, pannis secundus involvitur; non est tale iudicium mundi; aut iste*
24ᵃ *fallitur | aut mundus errat, sed divinam falli inpossibile*
10 *est sapienciam. Merito ergo proinde et carnis prudencia, mors si quidem et ipsa, inimica est Deo, et seculi quoque prudencia stulticia nominatur. Christus utique qui non fallitur elegit quod carni molestius est. Ideo ergo melius et id utilius et id pocius eligendum. Et quisquis aliud*
15 *doceat vel suadeat ab eo tamquam a seductore cavendum est. Jam vero eciam nocte voluit nasci. Ubi sunt qui tam inprudenter gestiunt ostentare semet ipsos? Christus elegit quod salubrius iudicat: vos eligitis que reprobat iste. Quis prudencior de duobus? cuius iudicium iustius? cuius*
20 *sentencia sanior? denique tacet Christus, non se extollit, non magnificat, non predicat, et ecce anunciat eum angelus, laudat multitudo celestis exercitus. Et tu igitur Christum sequere et inventum absconde thezaurum, Ama nesciri,*
K *laudet te os alienum, sileat tuum. Adhuc in stabulo*
25 *Christus et in presepio reclinatur. Et nonne ipse est qui dicit: meus est orbis terre et plenitudo eius. Quid ergo stabulum elegit? Plane ut reprobet gloriam mundi dampnet et seculi vanitatem. Nedum loquitur lingwa et quecunque sunt de eo clamant, predicant et evangelizant. |*
24ᵇ *Ipsa quoque infantilia membra non silent; in omnibus mundi iudicium arguitur, subvertitur et confutatur. Quis enim hominum cui daretur opcio non magis eligeret robustum corpus et etatem floridam ac intelligibilem quam infantilem? O sapiencia que de ocultis traheris, o vere*
35 *incarnata et velata sapiencia. Et tamen, fratres, ipse et promissus olim per Ysaiam prophetam, parvulus sciens eligere bonum et reprobare malum. Malum ergo voluptas*

2. *nasciturus itaque;* Cod.: *sit itaque:* Correxi. 3. Cod.: *eligere cuius.* 5. Cod.: *declinandum.* 6. Cod.: *nullam avaro.* 7. Cod.: *Prius Adam.* 23. Cod.: *nesciri* deest. Addidi. 27. Cod.: *Stabulum elegit* deest. 28. Cod.: *dampni;* ib. *et seculi* twice. 34. *o vere.* Cod.: *o natura.*

26. Ps. XLIX.

Digitized by Google

corporis, bonum vero affliccio est. Siquidem et hanc elegit et illam reprobat puer sapiens, verbum infans. Verbum enim caro factum est infirma caro, infantilis caro, tenera caro, inpotens omnis laboris et omnis operis.

Christ's poverty is the standard by which all must be tried.

Ex istis colligitur quod Christus, quem oportet esse exemplar cuiuslibet vite laudabilis, qui vixit continue pro statu vie vitam pauperrimam, vitam pauperem vixit ex fide scripture, et oportet primum principium cuiuscunque generis esse simplicissimum, purissimum et virtuosissimum; ideo conversacio sua habuit hanc triplicem . . . Si enim fuisset in aliquo paupertas simplicior, fuisset et perfeccior et per consequens paupertas Christi non fuisset metrum omnium aliarum; si fuisset paupertas purior et non vicisset vitam vivencium gentiliter et secularitER sed | ex parte civilis conversacionis Christi 24ᵉ dilatasset gentilitatem ad gradum pristinum, ideo manifestum est, cum paupertas habet racionem boni et comitante virtute, que vis operabiliter Christum consequitur, quod fuit paupertas summa possibilis. Sic enim est de quibuscunque sapientibus bonum virtutis quod Christus habuit ipsam in summo gradu possibili. Nemo enim posset esse sic pauperior quam nichil omnino possidere civiliter; et ista sentencia utor tanquam theoreumate ad dicenda.

CAPITULUM QUINTUM.

Did Christ rule civilly?

Ulterius restat videre si Christus fuit dominatus civiliter, et videtur aliquibus dominum Ardmachanum sentire quod sic. Nam IVᵗᵒ De questionibus Armenorum XVᵒ capitulo ponit quinque causas quare Christus rex potuit appellari: primo propter regnum spirituale, secundo quia rexit populos regimine temporali, tercio quia regnat per gloriam in beatis, quarto quia secundum divinitatem regnat super universitatem creatam; et rex Judeorum secundum carnis originem esse debuit. *Nam*, inquit,

Opinion of Fitzralph, that he did rule.

6. Cod.: *laudabilis Christi.* 10, 11. *triplicem* deest verbum. 21. Cod.: *ipsa.*

28. Hoc opus Armacani mihi ad manum non est.

Digitized by Google

prophetatum est veteri testamento quod Messias debuit esse rex Judeorum secundum humanitatem pro causa prima, quia sic regere plus convenit prophete vel sacerdoti quam regi vel huiusmodi. Alia ergo est causa quare scriptura
24ª *sacra vocat eum tam crebro regem Israel; | de ipso enim verificatur illud Zach. IX, 9: Exulta satis filia Syon, iubila filia Jerusalem: Ecce rex tuus venit tibi iustus et salvator; et ipse pauper sedens super asinam et super pullum asine. Idem autem dicitur Math. XXI, 5: Cum*
10 *omne prophetatum de Christo humanitus; item illud Psalm. II, 6: Ego autem constitutus sum rex ab eo super Syon montem sanctum eius, verificatur de humanitate Christi ad literam, ut patet Act. IV. Item illud Ysaie IX, 6: Puer natus est nobis, cuius imperium super hu-*
15 *merum eius et multiplicabitur eius imperium verificatur de humanitate Christi ad literam. Et idem patet Danielis II, 44, ubi dicitur quod in diebus quatuor regnorum monarchicorum suscitabit Deus regnum celi quod in eternum non dissipabitur, cuius regni regem dicit esse lapidem*
20 *abscisum sine manibus. Et illum vocat VII, 13 capitulo filium hominis qui pervenit usque ad antiquum dierum, cui Deus dedit potestatem honorem et regnum. Quotlibet sunt talia dicta prophetica que scriptura et sancti doctores dicunt verificata de regalia Christi secundum humanitatem.*
25 *Ipsa enim regnacio non potest intelligi de humanitate Christi regnantis ut regis terreni in gloria corporali, mundi diviciis et honoris, ut tangitur in secundo sensu, quia dicta prophetica vita Christi et eius doctrina obviant modo regnandi.*

25ª *Quo ad tercium et quartum modum | regnandi patet quod sunt inpertinentes regnacioni Christi humanitus pro statu vie, ut scriptura innuit ipsum regnasse. Non ergo superest modus regnandi pro tempore viacionis sue humanitus specialiter super Israhel nisi quintus scilicet*
35 *quod iure patris sui David regalis dignitas ad Christum fuerit devoluta. Nec eciam obest per Mariam matrem suam, quam scriptura dicit esse de domo David. Luc. I, 27 hereridatem succedere: patet de filiabus Salphat, que decreto domini gaudebant hereditare non obstante sexus*
40 *fragilitate, ut patet Num. XXVII et ultimo capitulis. Cum ergo caput mulieris sit vir secundum Apostolum I. Cor. XI, 3 mulier possit in viro suo bellare, ungi et populum legaliter regere, cum vir et coniux sua sint una persona.*

Christ king of the Jews by inheritance.

Digitized by Google

Sic ergo opinatur doctor iste quod in regno Judaico B Christo nostro ius regum per matrem eius propter carnalem originem competebat et quod Joseph Marie marito debebatur racione uxoris regnum huius regis, et sic intelligit multas scripturas sonantes quod Christus fuit 5 rex Judeorum.

Nec obest quod Christus non fuit usus hac potestate, cum Apostolus dicatur I. Cor. VIII, 2, ipsum et Barnabam habuisse potestatem sumendi corporalia ab eis quibus spiritualia seminabant, *sed non*, inquit, *usi* | 10 *sumus hac potestate.* 25[b]

Wyclif dissents. Contra istam sentenciam sic procedam. Primo declarabo quod evidencia doctorum non necessitat ad illud credendum, secundo arguo tripliciter contra illud et tercio facio evidenciam quod inpossibile sit Christum 15 habere potestatem vel dominium ad regnandum civiliter.

Christ is spoken of in Scripture as a ruler but in a spiritual sense. Quantum ad primum, patet quod Christus est humanitus dux spiritualis exercitus et per consequens rex et imperator tocius humani generis, sed specialiter sal- 20 vandorum. Ipse enim est caput ecclesie non solum hominum sed eciam angelorum, ut patet I° huius XXIII capitulo. Ideo eciam vocatur secundum humanitatem Deus exercituum, ut innuit Apostolus Coloc. I, 18: *Ipse*, inquit, *est caput ecclesie, qui est primogenitus ex* 25 *mortuis ut sit in omnibus ipse primatum tenens.* Quandocunque ergo scriptura vocat eum humanitus ducem, regem vel imperatorem, intelligit de ducatu, de regnacione vel imperio spirituali et nunquam de dominio temporali. Et cum isto concordat tam racio quam scriptura. Racio 30 talis: in omni ordine et per consequens in omni exercitu oportet dare unum primum quod sit mensura omnium aliorum et per consequens in omni exercitu domini contra malos angelos et bestias mundialiter sapientes et regnum Christi inpugnantes oportet con- 35 stituere unum capitaneum sive regem. Sed quis foret ille nisi Christus, *qui est tanto* | *melior angelis effectus* 25[c]

2. Cod.: *ius* twice. 15. Cod.: *facit.* 25, 26. Cod.: *principium ex mortuis.* 30, 31. *Racio talis;* hic verbum deest. 32. *unum primum.* Cod.: *um p̄m;* fortasse: *unum principium.*

8. Cf. I. Cor. IX, 11, 12. 22. De Mandatis Divinis c. XXIII. 37. Hebr. I, 4.

Digitized by Google

quanto differencius pre illis nomen hereditavit? Virtute enim eius docentur et animantur tam angeli quam homines tanquam membra sua expugnare inimicos crucis Christi, et sic angeli subregulantes exercitus vocantur principes, ut *Michael* prepositus vel *princeps* C *Grecorum*, ut patet Danielis X et XI; alii autem principes aliarum gencium secundum quod rex regni celorum limitavit illis officium. Homines autem vocantur *milites Christi Jesu*, ut Apostolus nominat Timotheum II. Thim. II, 3, et generaliter scriptura novi testamenti loquitur de armatura et pugna spirituali. Nam II. Cor. X, 4 testatur Apostolus: *Arma*, inquit, *milicie nostre non sunt carnalia sed potencia a Deo.* I. Cor. IX, 29: *Sic pugno non quasi aerem verberans.* Et breviter loquens de armatura Dei Eph. VI, 11, 13; Cor. VI, 7; Joh. XIII etc. utrobique loquitur de armis interioris hominis cuiusmodi sunt virtutes.

He is called king of the Jews,

Ex istis patet quod assumptum est falsum quo dicitur Christum non vocari regem Israhel propter regnum spirituale, cum propter tale regnum sit deitas rex mundi. Nec mirum si scriptura non vocat alios prophetas et sacerdotes reges, quia omnes sunt ministri huius regis prophete et sacerdotis. Idem enim habet in se spiri-
25[4] tualiter | racionem omnis boni ministerii, ideo authonomatice vocatur tam multis nominibus dux, rex, imperator, propheta, sacerdos, pastor, pontifex atque episcopus.

because among them he did his great works,

Si autem queratur cur tam signanter vocatur rex Israel vel Judeorum, dicitur quod duplex est racio; prima quia in illa gente et illa terra fecit in diebus carnis sue crebras gloriosas victorias, ut patet ex decursu evangelii, et ipsemet innuit Math. XV, 24: *Non*, inquit, *sum missus nisi tantum ad oves que perierunt domus Israel;* quia ergo familiarius rexit illam gentem pro tempore peregrinacionis sue quam exteros, ibi creberrime eiciendo demones, informando homines et castigando rebelles, ideo quadam excellencia proprietatis dicitur ab illo officio rex Judeorum. Secunda racio mistica notanda est quod Christus quadam proprietate excellencie sit rex fidelium ipsum confitencium et in vita sequencium.

2. because they represent the faithful.

15. Cod.: *Joh. XIII et 10, 6* (sic).

6. Dan. X, 13, 20.

Digitized by Google

Judeus enim interpretatur confitens dicente Apostolo Rom. II, 28, 29: *Non enim qui in manifesto Judeus est, neque qui in manifesto, in carne, est circumcisio, sed qui in abscondito Judeus est; circumcisio cordis in spiritu non litera, cuius laus non ex hominibus sed ex Deo est.* Et 5 Rom. IX, 6—8, declarando quod verbum Dei non excidit quo promisit semini patriarcharum benediccionem; *Non,* inquit, *omnes qui sunt* | *ex Israhel, Israhelite sunt,* 26ᵃ *neque qui semen sunt Abrahe omnes sunt filii, sed in Ysaac vocabitur tibi semen, id est; non qui filii carnis,* 10 *hii filii Dei, sed qui filii sunt promissionis.* Et Gal. IV, 28: *Nos autem fratres secundum Ysaac promissionis filii sumus.*

Ex istis patet Apostolum velle talia dicta de veteri testamento in nobis spiritualiter debere intelligi, sic quod 15 omnes christiani perfecte confitentes Christum in fide formata sint vere Judei et semen Abrahe et omnium talium est Christus rex spiritualis. Et patet solucio racionis doctorum et confirmacio posicionis.

The kingdom prophesied by the angel Gabriel was evidently spiritual.

Secundo confirmatur ex sensu scripture. Nam Luc. 20 I, 32 angelus Gabriel nuncians Marie concepcionem Christi dicit quod *Deus dabit illi sedem David et regnabit in domo Jacob in eternum.* Et manifestum est quod non loquitur de regno temporali, cum subdit: *Et regni eius non erit finis.* Omnem autem coactivam dominacionem 25 oportet finire in die iudicii vel ante, ut patet I. Cor. XV. Unde secundum Bedam ad denotandum modum suum bellandi et regnandi missus est angelus Gabriel, qui Dei fortitudo dicitur, ad prenunciandum eius incarnacionem ipsum quippe nunciare veniebat qui ad de- 30 bellandum aereas potestates humiles apparere dignatus est. De quo Psalm. XXIII, 8 dicitur: *Dominus fortis et potens, dominus potens in prelio.* Sed | in Psalmo V, 6 26ᵇ notatur Christi officium et modus suus regnandi, cum dicitur: *Ego autem constitutus sum rex ab eo super Syon* 35 *montem sanctum eius predicans preceptum eius.* Ecce regnum et pugna Christi stat in predicacione scripture, per quam instruuntur humiles et debellantur homines, sicut prophetatum est de eo Ysai. VI et allegat Christus Luc. IV, 18, 19: *Spiritus Domini super me* ad anuncciandum mansuetis 40

2—3. Cod.: *qui — que* deest. 12, 13. Cod.: *filii finximus.* 21. Cod.: *nuncius.* 29, 30 Cod.: *cuius incarnacionem.* 30. Cod.: *nunciari.* 32. Cod.: *Psalm. XXI.*

Digitized by Google

misit me, ut, inquit, *mederer contritos corde et predicarem captivis indulgenciam.* Sed et Psalm. LXXI, 1 idem ostenditur: *Deus, iudicium tuum regi da et iusticiam tuam filio regis;* et subditur huius regis officium, cum subdit: 5 *Judicare populum tuum in iusticia et pauperes in iudicio.* Unde Zach. IX, 9, 10, quando prophetatum est de regalia Messie, subditur modus suus regnandi, cum dicitur: *Et ipse pauper sedens super asinam et super pullum filium asine;* et sequitur: *Et potestas eius a mari usque ad* 10 *mare et a fluminibus usque ad fines terre.* Ubi manifestum est quod propheta non loquitur de potestate civiliter coactiva, quia talis non decuit sacerdotem, prophetam et regem humilem. Cui secundum Ysai. LIII, 2 capitulo *non erat species neque decor sed tanquam le-* 15 *prosus percussus a Deo* et traditus cum sceleratis; |
26[c] ymmo de quo prophetatum est quod *occidetur a populo suo,* ut patet Daniel. IX, 26 quod *vendetur pro triginta argenteis* a Judeis, ut dicitur Zach. XI, 12; et sic de aliis prophetatis ac consumatis de rege nostro pacifico, 20 *cuius imperium super humerum eius,* ut dicitur Ysai. IX, 6.

E Sic ergo in omnibus de regno Christi humanitus prophetatis fit mencio de regno celesti et regnacione sua spirituali, nullicubi autem de regno suo temporali; 25 quod tamen scriptura completissima non taceret, si haberet regnum et regnacionem eciam in habitu temporalem; fortis ergo et potens foret evidencia sompniare vel fingere quod Christus regnaturus foret temporaliter modo David, specialiter cum tangit fundamentum fidei 30 et precipuum articulum religionis Christi, ideo indubie pertinaciter defendere hoc esse de sensu scripture sine adstricta veritate est in heresim incidere; ymmo videtur scripture III. Reg. III, 12 repugnare, ubi Deus sic alloquitur Salomonem: *Dedi tibi cor sapiens et intelligens* 35 *in tantum quod nec ante te similis tibi fuerit nec post te surrecturus sit;* ubi loquitur de regibus Israhel regnantibus temporaliter, ut patet II. Paralip. I capitulo. A quibus omnibus negat equiparanciam donorum Dei respectu Salomonis, quod tamen si Christus regnaret 26 temporaliter, | caperet de ipso manifestam instanciam,

The Bible never ascribes civil rule to Christ.

18. Cod.: *et sic* deest. 24. Cod.: *nullicubi aut.* 25. *si;* cod. *ac.*

37. II. Paral. I, 12.

Digitized by Google

cum fuit sapiencior Salomone. Unde Math. XII, 42 dicitur: *Et ecce plus quam Salomon hic.*

Testimony of the Fathers.

Tercio confirmatur idem ex sentencia sanctorum doctorum. Nam si Christus haberet regnum temporale in actu vel in habitu, cum inpossibile sit duos regnare 5 sic simul ex equo super eodem, tunc regnacio sua foret contraria dominacioni pretense Cesaris, quod est contra scripturam Joh. XVIII, 36, ubi Christus ex hoc impugnatus satisfaciendo respondit: *Regnum meum non est de hoc mundo.* Unde Ambrosius super Lucam XIV libro ca- 10 pitulo X: *Si non vis esse obnoxius Cesari, noli habere que mundi sunt; si habes divicias, obnoxius es Cesari;* ubi manifestum est quod loquitur de habicione temporali. *Si,* inquit, *nichil vis debere regi terreno, dimitte omnia tua et sequere Christum.* Ex istis patet istum sentire 15 sanctum Christum nichil habere temporaliter sive civiliter. Unde Augustinus super eodem textu Omelia CXI elicit quinque notabilia; primum quod Christus interrogavit Pylatum: *A temet ipso hoc dicis an alii tibi dixerunt de me?* non quia ignoravit unde movebatur sic querere, 20 sed ut nos plus notemus cuiusmodi fuit regnum Christi ex circumstanciis seriosis expositis. Possent enim gentiles credere quod Christus | regnaturus esset temporaliter, 27a ideo quesivit an a semet ipso hoc diceret; sed quia videri crediderunt quod regnaturus esset temporaliter 25 super eos, ideo quesivit an alii tibi dixerunt de me; sic enim denudavit errores opinancium in hac parte. In illo enim errore fuerunt filii Zebedei, qui per matrem dixerunt: *Dic ut sedeant hii duo filii mei, unus ad dexteram et alius ad sinistram in regno* Math. XX, 21; et sic dis- 30 cipuli duo intellexerunt, ut Luce ultimo: *Nos,* inquiunt, *sperabamus quia ipse esset redempturus Israel.*

Christ's words to Pilate.

Secundo vero notat Augustinus quomodo Pylatus in- F nuit Judeos et non gentiles accusasse Christum de sua regnacione, quam false asseruerunt regnacioni Cesars 35 repugnasse. Judei enim noscentes Christi originem erant

20. Cod.: *quia non.*

10. Recte: St. Ambrosii In Lucam cap. XX (Commentariorum lib. X). 11. St. Ambrosii Opp. (Ed. Parisina 1642) tom. III, 199. 17. Cf. St. Augustini In Joh. Ev. cap. XVIII, tractatus CXIV, Opp. tom. III, 2, 79, Very loosely quoted. 19. Joh. XVIII, 34. 31. Lucae XXIV, 21. 33. St. Augustini l. c.

Digitized by Google

eius emuli principales et non Pylatus gentilis iudex, ignarus prophecie et Christi originis; et hoc innuit, cum Christo subiungit: *Numquid ego Judeus sum? Gens tua et pontifices tui tradiderunt te michi.* Et quia cognovit quod illa accusacio non fuit condempnacione digna, querit posterius: *quid fecisti?* quod dicit: cum illa accusacio sit modica, quid amplius deliquisti; Christus autem tercio respondet negative satisfaciens cuicunque opinioni id est erronee in hac parte, ostendens quod regnum
27b suum non est Judeis nec Romanis | ymmo nulli domino terreno obnoxium, cum subiungit: *Regnum meum non est de hoc mundo* hoc est de temporalibus et mundi sapientibus sed de predestinatis et eorum veris diviciis cuiusmodi sunt virtutes.

Christ's rule did not clash with that of earthly kings.

Ex quo patet quod Christus non regnavit seculariter nec de iure nec de facto, quia utrobique exclusisset conregnaciones conregnancium in eodem et sic non satisfecisset Pylato per negativam, nec fuisset rex huiusmodi in nativitate sua, sed postquam Joseph fuisset mortuus; quod repugnat scripture dicenti: *Ego in hoc natus sum,* quia nativitate sua rexit pastores et angelos. Unde Augustinus: *Audite Judei et gentes, audite omnia regna terrena; non impedit dominacionem vestram in hoc mundo, nolite metuere metu vanissimo, quo Herodes nato rege Christo turbatus occidit tot infantes, quia regnum meum, inquit, non est de hoc mundo; quid vultis amplius? Venite per fidem ad regnum quod non est de hoc mundo. Psalm. II, 6 dicit Christus: Ego autem constitutus sum rex ab eo super Syon montem sanctum eius, sed Syon illa et mons ille non est de hoc mundo. Quod est enim eius regnum nisi credentes in eum, quibus dicit* Joh. XVII, 15, 16: *Non rogo de mundo eos ut tollas, cum non sint de mundo,*
27c *sicut ego non sum de mundo,* | licet velit eos esse in mundo, cum *Joh. XVII, 16 non rogo ut tollas eos de mundo. Unde signanter dicit quod regnum meum non est hinc, non negans sed innuens quod sit hic.*

It did not rest on force.

G Quarto dat differenciam inter regnacionem mundialem et suam communicabilem spiritualem in hoc quod

30. Cod.: *enim* deest. Addidi e textu St. Augustini. 37. *Quarto; tertio* deest in textu.

3. Joh. XVIII, 35. 20. Joh. XVIII, 37. 22. St. Augustini l. c. p. 791.

Digitized by Google

mundiales pugnant et decertant coactive pro iure suo, Christus autem humilitate et paciencia conquirit regnum. *Si*, inquit, *ex hoc mundo esset regnum meum, ministri mei decertarent utique, ut non traderer Judeis.*

Quinto vero, quia Pylato visum est quod tantus propheta non sic disgrederetur de sua regnacione, nisi rex foret alibi, concludit vere, licet ex negativa: *Ergo rex es tu?* quod et Christus confessus est, cum dicit: *Tu dicis quod rex sum ego;* per hoc docens nos sinere ut laudet nos os alienum, per hoc quod Christus non frustra, sed pertinenter asserit sic; et per hoc quod innuit regaliam suam esse causam, quare aliquis sic dicit, manifeste asserit esse se regem, sicut prophete legis veteris contestantur.

Christ's kingdom was spiritual.

Christus ergo fuit rex humanitus propter spirituale regnum tam temporalium quam spiritualium quo rexit universalem matrem ecclesiam, non autem secundum leges alienas vel bellum corporale sed spirituale; et sic David ac filii patriarche gesserunt typum Christi in regnando | temporaliter, pugnando corporaliter et pro- 27[a]
creando carnaliter. Sed absit ex isto credere quod Christus fecit omnino similiter, quando sufficit quod fecit excellenciori modo, proporcionabiliter sicut populus peccavit petendo regem, ut patet I. Reg. VIII, 20: *Rex*, inquit, *erit super nos, et erimus nos quoque sicut omnes gentes, et iudicabit nos rex noster, et egredietur ante nos et pugnabit bella nostra pro nobis,* proporcionabiliter occasione peccati populi sui fecit, sed longe excellencius quam David, quia fuit quantumlibet in opere magis fortis; et sic intelligitur illud Michee V, 2: *Ex Betleem exiet dux qui regat populum meum Israhel*, et illud Joh. XII, 13: *Benedictus qui venit in nomine domini rex Israhel* cum quotlibet sibi similibus, unde post missionem Spiritus Sancti intellexerunt apostoli spiritualiter has scripturas et per illas alii sancti doctores.

Unde Augustinus Omelia LI exponens hoc iam allegatum Joh. XII sic scribit: *Quid magnum fuit regi seculorum regem fieri hominum? non enim rex Israel Christus ad exigendum tributum vel ferro exercitum armandum, hostesque visibiliter debellandum, sed eo rex Israhel quod* H

3. Joh. XVIII, 36. 7. Joh. XVIII, 37. 37. St. Augustini In Joh. Ev. tract. LI, l. c. p. 635.

Digitized by Google

mentes regat, quod in eternum consulat, quod in regnum celorum credentes sperantes amantesque perducat. Et
28ᵃ Omelia XXV super Joh. VI, 15: *Pervenerunt* | *ut raperent eum regem. Rex*, inquit, *erat omnino, nec talis rex qui*
5 *ab hominibus fieret, sed qui hominibus regnum daret. Unde raptus quod fugit significat quod nondum venerit tempus suum regnandi. Est enim regnum suum ecclesia christiana, que modo colligitur, modo comparatur sanguine suo, quod regnum erit manifestum, postquam ipse ascenderit*
10 *in montem celestis Jerusalem et descenderit in finali iudicio; de quo regno loquitur Apostolus I. Cor. XV, 24: Cum tradiderit regnum Deo et patri, cum evacuerit omnem principatum et potestatem et virtutem;* de quo regno Math. XXV, 34: *Venite benedicti patris mei, percipite pa-*
15 *ratum vobis regnum. Predixerunt*, inquit Augustinus, *prophete eius regnum secundum idem quod factus est Christus, sed oportebat eum iudicari et post iudicare demumque plenum regnare.*

Ex istis dictis sanctorum postillancium scripturam
20 patet quomodo regnum attribuitur Christo humanitus nisi spiritualiter, quia aliter non diceret Augustinus *quod non erat rex qui ab hominibus fieret.* Unde et moderni ignari scripture, quando audiunt Christum humanitus esse regem, hii derident ut falsum, hii autem
25 concipiunt quod regnavit vel saltem potestatem regnandi civiliter, nescientes distinguere inter dominacionem vel regnacionem evangelicam et civilem.

Moderns err confusing through evangelical and civil rule.

28ᵇ Sed scriptura Dan. | II, 44, 45 docet istam sentenciam, ut expositum est IV huius XV capitulo. *In diebus*, inquit,
30 *regnorum illorum suscitabit Dominus celi regnum quod in eternum non dissipabitur et regnum eius alteri populo non tradetur: comminuet et confringet universa regna hec, et ipsum stabit in eternum. Secundum quod vidisti quod de monte abscisus est lapis sine manibus et comminuit*
35 *testam et ferrum et es et argentum et aurum.* Et plane patet quod loquitur de regno Christi quod destruet quinque regna secularia.

20. *attribuitur;* Rectius: *non attribuitur . . . . nisi.* 25. *potestatem;* adde: *habuit.* 31. Cod.: *comminuetur autem.*

3. Ibid. p. 485. 7. Loosely quoted. 29. De Civili Dominio II, p. 196.

Digitized by Google

Differences between the rule of Christ and that of earthly kings.

Ipsum autem regnum differt ab aliis quinque specialiter in hiis tribus; primo in hoc quod ipsum cum sit naturale est eternum continue fortificando accrescens, alia autem debilitata continue habent finem ante diem iudicii; secundo in hoc quod regnum Christi est principaliter de diviciis gracie solum in personis predestinatis in terra vivencium; regnum vero mundi est principaliter de bonis fortune in personis et prescitis solum in terra sublunari; tercio in hoc quod regnum Christi est instar bonorum communium communicabile quotlibet personis simul et ex equo; regnum autem terrenum non patitur communicacionem huiusmodi. Quod autem regnum celorum vocatur nunc ecclesia, nunc caput ecclesie, nunc autem spiritualis thesaurus ecclesie, est equivocacio secundum modum disparem predicandi. |

It was impossible for Christ to hold civil lordship.

Tercio suadebo quod inpossibile est regnacionem talem civilem Christo competere et per consequens cum hoc quod non habet potestatem ad regnandum taliter, frustra foret Deum dare homini potestatem ad aliquid quod inpossibile foret ipsum perficere. Assumptum sic arguo: Si Christus conversatus fuisset active civiliter, tunc vixisset vitam inferiorem quam modo vixerat, non perfecte redimens genus hominum sicut modo; quod cum fuisset inpossibile, sequitur quod et conversacio civilis in Christo. Constat quidem ex sepe dictis, quod secularis conversacio non est perfeccione equabilis vite contemplative sed sicut plus elongatur a statu innocencie plus dedita temporalibus, sic plus elongatur a celesti vita; que elongacio fuisset Christo impossibilis. Preterea si conversacio secularis posset Christo competere, nichil posset habere humanitus nisi quod in perfeccione morum sonuerit, sequitur quod posset perfeccio fuisse virtutis in Christo regnare civiliter; et ultra sequitur quod summa civilis regnacio posset esse summa perfeccio quoad illam maneriem; consequens falsum, tum quia illa vita non retraxisset homines a periculosa seculari conversacione sed allicuisset, quod fuit inpossibile abbati | christiane religionis conpetere, tum quia vivendo seculariter non satisfecisset pro humano genere subeundo penalitatem ut modo.

11. Cod.: *regnum aut.* 16. *Tercio;* ita cod. 19. Cod.: *frustra quid foret.* 21. Cod.: *fuit.* 25. *in Christo.* Adde: *impossibilis fuit.*

Digitized by Google

K Non enim quilibet modus operandi hominis potest contingenter esse tantum Deo acceptus ut aliquis, sed oportet pro voluptate satisfacere per penam voluntariam et pro subtraccione servicii facere secundum propor-
5 cionale servicium recompensam. Sic enim oportet hominem post lapsum ampliora carismata quam habuisset in statu innocencie solvere Deo pro statu innocencie in debitum; et hec est racio quare oportuit Christum pati et *nullum posse esse discipulum Christi nisi tollendo*
10 *crucem sequatur ipsum;* que omnia fuerint falsa, si Christus potuit tam plene satisfecisse pro humano genere, quantumcunque seculariter conversando, ymmo melius fuisset tam corpori quam anime quod ille puer captasset mundanam gloriam, quia (ut fingitur) non deest nisi
15 Christi contingens acceptacio; et cum secundum vaticinium Ysaie ad hoc *comedit butirum et mel*, id est prudenciam *ad reprobandum* delectacionem carnalem que secundum beatum Bernhardum est *malum* et sapienciam celestium *ad eligendum bonum*, quod secundum
20 eundem est *pena voluntaria*, ut patet capitulo proximo.
29ᵃ Preterea vita activa non distraxisset | Christum a contemplacione, quia sic retardasset eum a bono, ergo cum tota civilitate Christi stetisset plena contemplacio et per consequens simpliciter melius fuisset Christum sic vixisse
25 quam modo quo vixerat, et cum eternaliter fuit in potestate sua captasse sibi modum optimum quemcunque dixerat eligendum, sequitur quod fuit culpandus eligendo penalius, prolixius et eciam minus bonum. Quando enim Deus vel natura facit opus per media, facit brevius quo
30 sic potest fieri, quia aliter non excusaretur a superfluitate prorogando possibile tam bene per medium prolixius, dum . . . et isti principio innititur perspectivus, predicando quod angulus incidencie radii luminosi et angulus reflexionis essenciales, quia certissima demon-
35 stracio geometrica docet quod posita inequalitate angulorum huiusmodi forent duo radii simul longiores.

Since the fall man needs ampler grace than before it.

Civil rule would have made vain Christ's incarnation.

2. *ut aliquis;* hic quadam verba desunt. 6. Cod.: *post ampliata.* 15. *contingens;* Cod.: *contins.* 25. Cod.: *et tamen.* 31. *possibile;* Cod.: *pr.* 32. *dum.* Hic quaedam verba exciderunt. Totus hic locus corruptus esse videtur. 34. *essenciales* (sic); cod.: =]*nciales; an essent tales.*

9. Matth. X, 38. 16. Is. VII, 15. 18. St. Bernhardi, De adventu Domini Serm. II, p. 6 (Ed. Paris. 1640).

Digitized by Google

Whatever Christ did was done in the one best way.

Ex quibus videtur probabile quod sicut Christus ponit cuncta in mensura, numero et pondere, sic quod impossibile fuisset ipsum fecisse mundum maiorem, pulchriorem, tempore priorem, diuturniorem, rariorem vel motu velociorem, sic moderavit vitam propriam in omnibus summe ad regulam, quod si defecisset per instans vel in minimo a quocunque quod habuit, fuisset a Deo defectiva; et sic Christus non fuisset summe bonus homo | possibilis, sed melior homo posset fuisse 29[b] Christo humanitate superior, ymmo cum scivisset ipsum habuisse datam potenciam ad sectandum ampliora carismata deficiendo a voluntate Domini peccasset; sic enim est de aliis.

If Christ had the right to rule civilly he was wrong to refuse.

Preterea si Christus habuit ius ad regnandum civiliter I. in Judea et restitit illi regnacioni (ut patet Joh. VI, 15), sequitur quod restitit iuri proprio et cum omne ius sit constans et perpetua voluntas tribuens unicuique quod suum est (ut patet primo capitulo primi huius), sequitur quod Christus restitit voluntati divine; quod repugnat sue obediencie. Quomodo ergo foret abbas tocius christianismi, qui resisteret volentibus tribuere sibi quod suum est; racione eius iniuste detencionis peccaretur mortaliter. Non est ista condicio *agni qui tollit peccata mundi* involvere homines sibi iniuriantes in detencione iniusta suorum, ubi potest acceptando et non resistendo perfecisse iusticie complementum.

No right can exist contrary to God's will.

Ex istis patet, cum tota Trinitas eternaliter determinavit quod non regnaret civiliter, quod non habuit ius ad regnandum civiliter, cum nullum sit ius contra Dei beneplacitum. Nec movet quod allegatur de potestate Apostoli, quod data fuit sibi potestas una simplex ad capiendum de subditis vite necessaria (ut patet I. Cor. IX); | 29[c] qua potestate sepe usus est sed non in datis Corinthiis, quia avari erant, ne ex suscepcione suorum temporalium scandaliset; et illud connotat pronomen, cum dicit Apostolus: *Non usi sumus hac potestate.* Nec moveat quod nec ius nec potestas regnandi civiliter est bona creatura et per consequens infuit Christo nostro, licet non usus fuerat illo potestate, ymmo regnare civiliter plus elon-

Civil power is not a good thing;

12. Cod.: *carissimata.* 24. Cod.: *iniurantes.* 37. *creatura* (sic); Cod.: *crae.*

18. De Mandatis Divinis, cap. I. 36. I. Cor. IX, 12.

Digitized by Google

gatur a perfeccione legis Christi quam carnaliter uxorari, eo quod Judas vel alii manserunt apostoli et Christi discipuli uxorati, quos tamen iniungit abdicare proprietatem. Unde credo quod Christus cicius fuisset camerarius et omnis generis operis artifex, antequam fuisset civilis dominus, quia illum statum docet sepe expositum maiori spirituali periculo. Unde illud Math. intelligunt doctores secundum sensum distribucionis pro generibus singulorum, et sic cum non sit potestas pro statu vie vel patrie, nisi potestas super natura corporali vel natura spirituali, patet quod habendo illo duo genera potestatum que sunt omnis potestas habet omnem potestatem. Sed absit ex hinc inferre quod habet potestatem civiliter coactivam.

M Preterea non decuit Christum assumere illum statum quem inpossibile est sine peccato saltem veniali continuare; huius status est | civilis dominii, ergo ille status Christum non decuit. Argumentum patet eo quod minimum inconveniens foret Deo inpossibile, ymmo sicut cuique statui pure innocencie repugnat peccatum veniale, sic statui Christi, qui est status summe innocencie, eciam necessarius summe perfeccioni humane. Minor autem ex hoc evidet quod actus civilis dominii cum sit active regere quoad temporalia implicat sollicitudinem temporalium a contemplacione et per consequens a dileccione quam homo habuisset in statu innocencie distrahentem; sed quelibet remissio dileccionis Dei pro statu innocencie sapit peccatum veniale, ergo etc. Exhinc enim ponit Augustinus conformiter ad scripturam quod necessitati sumus peccare venialiter continue, ut declaravi X huius capitulo. Non ergo sufficit Christum secundum divinitatem summe dilexisse patrem, sed secundum humanitatem tam secundum superiorem quam inferiorem partem racionis oportuit eum in hiis que patris sui sunt esse plene sollicitum; et confirmacio istius est ex dicto Veritatis Math. XIX, 21: *Si vis perfectus esse, vade et vende omnia que habes, et da pauperibus, et veni sequere me.* Hoc quidem non oportuit, si possibile sit, mundo divitem esse perfectissimum in moribus ad celestia plene se-

29[d]

it is always tainted with sin,

since it must be careful of worldly things.

4, 5. *camerarius;* an *carpentarius?* 17. *huius;* adde: *modi.* 18. *Argumentum.* Rectius: *Assumptum.* 21 Cod.: *necessario.* 27. *innocencie.* Cod.: *rue* = *ruine.* 30. Cod.: *X huius* (sic); non est intelligendum De Simonia cf. Shirley A catalogue, p. 8.

Digitized by Google

cundum | omnes vires anime aspirantem. Constat ergo 30a
quod actus civilis dominii plurimum elongatus a statu
innocencie qui licet sit meritorius, tamen Christum non
decuit, sicut nec actus corporalis coniugii qui est statui
innocencie propinquior. Minus ergo conpetisset Christo 5
repetisse bona sua in foro contencioso secundum leges
humanas et pugnasse in armis corporalibus cum aliis
actibus consequentibus seculare dominium quam pro-
creasse carnaliter totum genus hominum citra ipsum,
sicut fantasiantes de Dei potencia absoluta dicunt Christo 10
possibile. Talem enim statum indecenter tenuit Macho-
metus et indecentissime continuabit Antichristus, et ad
eius preparacionem sunt hodie nimis pseudosatellites,
quia omnes qui nituntur supprimere evangelicam paupertatem. 15

War and litigation were unbefitting Christ.

Sed contra dicta instant sophistice tripliciter. Videtur N
oportunam vitam humanam possibilem, sic quod qui-
libet alius, cum aliter foret Deus potens hoc perficere
ex non faciencia increpandus; sed constat quod non
sequitur, cum merita hominum sunt simul in Dei gracia 20
et eorum libero arbitrio, sed sicut omnis alius homo
exercitat potestatem sic datam ad oportunum statum
secundum illam sibi possibilem vel aliter peccat desidia,
sic est de Christo, qui cum | non potuit peccare, omnia 30b
opera sua non solum bene fecit sed optime secundum 25
possibilitatem potencie. Sic igitur inpossibile fuit Christum
regnasse civiliter, sicut sequitur ex scriptura, ex dictis
beati Augustini et domini Ardmachani; impossibile
dico ex supposicione, quia repugnat Dei ordinacioni
eterne quod taliter regnasset, et taliter loquendo omne 30
falsum est inpossibile, sicut omne verum in comparacione
ad Dei volicionem necessarium. Nec oportet hic amplius
intricare scrutando si sit inpossibile absolute, satis quidem
est pro nostro proposito quod sit inpossibile de potencia
Dei ordinata; quod est inpossibile ex supposicione, quia 35
superfluum fuisset dedisse Christo ius ad dominandum,
qualiter tota trinitas eternaliter decrevit dominacionem
non sibi debere competere, ymmo cum nichil quod
Christo infuit fuit ociosum sed sonuit nobis ad doctrinam
exemplarem, oportet sompniantem ius illud absolutum 40

Christ could not rule civilly since God had ordained otherwise.

12, 13. *et ad eius;* Cod.: *iāde'* = *iam deus* 18. Cod.: *alius;* adde: *homo.* 26. *potencie;* Cod.: *pot.* 29. Cod.: *repugnant.* 32. Cod.: *Nec optet.*

Digitized by Google

fundare ipsum et dicere eius causam, ymmo si patens renuncciacio humana facit hominem a iure suo excidere, evidencius volicio Christi determinativa eterna coram tota Trinitate quod noluit sic regnari non permittit quod unquam ius habuit ut sic regnet.

Secundo obicitur quod Christus habuit civile dominium, eo quod racione deitatis | et racione innocentis humanitatis habet omnia; omne civile dominium est aliquid, ergo etc. 30[a]

Sophistical arguments of our opponents,

Sed isto modo arguunt pueri quod Christus habuit uxorem, civile dominium, carnales filios et peccatum, quod Deus pater habet patrem et modum pessimum, quia habet omnia. Unde logici sciunt quod est fallacia accidentis: *Deus habet omnia, civile dominium est aliquid, ergo Deus habet civile dominium,* cum idem sit habere civile dominium et civiliter dominari, sicut et a simili III. Phisicorum dicit Aristoteles quod *idem est habere motum et moveri, ideo* dicit *quod non potest quod aliquid habeat motum nisi moveatur.* Unde illud quod est dolor habetur a deitate et tamen deitas non habet dolorem, sicut et a simili *iste pater est tuus* (denotando tuum canem) *et tamen non est pater tuus.* Talia enim nomina connotancia relacionem quando inmediate copulantur verbis habendi vel pronominibus possessivis connotant relacionem reciprocam inter rem possessam et rem termini relati, ut *si habeo patrem, tunc sum filius eius.*

which are childish,

Tercio obicitur: Multi sunt homines qui nichil possident seculariter nisi ex titulo gracie, Christus ex titulo gracie possidet omnia, ergo multi sunt homines Christo pauperiores, ergo | Christus non est pauperrimus. Sed constat quod hoc sophisma si procederet probaret quod Christus non est pauper, inops vel egenus, eo quod est summe dives; ideo concedendum est, cum divicie et paupertas Christi sint disparium racionum in nullo contrarie, quod stant simul in summo; ita in nullo tollitur de paupertate stante carencia secularis dominii et voluntaria penalitate propter beatitudinem per hoc quod possidet omnia divinitus et quod sibi ministrant humanitus omnia temporalia quantum de ipsis exigit. Sic ergo peccator est pauper in alio genere paupertatis quam Christus qui non est sibi comparabilis in paritate vel maioritate quam magnitudo corporis et temporis comparantur. Ideo sicut tempus non est magis vel minus 30[b]

or reach too far.

Digitized by Google

par cum linea, sic paupertas scelerati quem Deus odit nec est maior nec minor nec equalis cum paupertate Christi sed una est in genere suo. Si ergo quis haberet omnem paupertatem quam Christus habuit vel tantam et cum hoc aliquam eiusdem racionis superadditam ex 5 quibus fieret una paupertas amplior, tunc foret Christo pauperior; sed antecedens est inpossibile, omnes itaque paupertates clericorum, quantum | ad carenciam civilis 31[a] proprietatis attinet, sunt equales sed quoad fervorem voluntatis et parcitatem penalem usus sunt dispares. 10

To have no right to rule was part of Christ's perfection.

Dimittendo igitur obiectus elicio quomodo ex dictis P probabiliter credi potest, quod sicut Christus fuit optimus homo possibilis faciens cuncta sua ad regulam, non declinando vel in minimo a medio iusticie vel virtutis, sic non habuit ius ad civiliter dominandum. Nec *rex* 15 *Syon et Israel* dicitur ad sensum spiritualem licet literalem, ut exponit Augustinus. Nec sequitur: Salphat habuit ius ex decreto domini veteris testamenti, ergo per idem beata virgo vel filius suus habuit vel habere potuit ius a Deo datum ad regnandum super Judeam 20 civiliter. Ipsa enim regnacio introducta est in penam peccati iuxta illud Ozee XIII, 11: *Dabo eis regem in furore meo*, ut diffuse expositum est III huius capitulo . . . . . Sicut ergo non fuit iustum Christum sic regnare, sic nec habuit ius ad sic regnandum. Nec sequitur in tercia 25 evidencia filii regum sunt liberi a solucione tributi regibus gentilium, ut innuit Christus de se ipso Math. XVII, ergo Christus successit iure hereditario in civili dominio regi David, ymmo sequitur per locum a maiori: Si filii re|gum temporalium debent secundum iura humana 31[b] esse immunes a solucione tributi huiusmodi, sic quod domus regia non solveret, sequitur evidencius quod lex humana non astringeret Christum pure innocentem nec habentem civiliter ad solvendum pro se et sua familia. Sic enim racionabiliter eximuntur fratres a 35 solucione pedagii propter carenciam civilitatis. Verumtamen ex lege propria que lex est humilitatis et obediencie debuit Christus solvere, sicut fecit exemplificans in hoc mundo suis discipulis obedire principibus secularibus

Christ's payment of tribute.

32. *solveret;* sequitur in textu: *domus eque eque minus do' eq eq'm.* Hic locus corruptus est.

23. De Civili Dominio I, cap. I, p. 8, cap. VI, p. 42.

Digitized by Google

et non scandalizare pro detencione tributi aut vectigalis (ut elicit Apostolus Rom. XIII). Potest autem doctor aliter intelligi, quod Christus habuit ius humanum ad regnandum in Israhel civiliter, si non repugnasset per-
5 feccioni sue; habuit enim Christus propinquitatem carnis ad David, que est quasi materiale civilis dominii; utrum autem proximitate pro diebus carnis sue, pie ambigo; vel potest dici secundo quod parentes sui fuerunt causa parcialis atque per accidens quare regnavit sic spiritu-
10 aliter, vel tercio quod erant ex merito eorum cum duce gracia causa quare tam singulariter benefecit Judeis,
31[c] offerens vel primicias | sue beneficencie (sicut innuit Apostolus Rom. IX): sed circa istum sensum vel alium non contendo.

15

CAPITULUM SEXTUM.

Eight points in which the early church is a model of true religion.

A Habito quod abbas nostri ordinis fuit in se et suis apostolis summe pauper, videndum est quomodo ab illo collegio fuit christiana religio in succedentes discipulos derivata, sicut Lucas narrat Act. II, 1 quomodo *dum*
20 *complerentur dies Pentecostes* et discipuli inspirati sunt habentes caritatis ac linguarum carismata Petro predicante *conversi sunt et baptisati circiter tria milia, qui perseverantes in doctrina apostolorum et communicacione fraccionis panis et oracionibus habebant cuncta communia,*
25 quod Act. IV, 4 a minimo ordine ad quinque milia docetur expressius. *Multitudinis*, inquit, *credencium erat cor unum et anima una. Nec quisquam eorum que possidebat aliquid suum esse dicebat, sed erant illis omnia communia. Et virtute magna reddebant apostoli testi-*
30 *monium resurreccionis Jesu Christi domini nostri, et gracia magna erat in omnibus illis. Neque enim quisquam egens erat inter illos; quotquot enim possessiones agrorum aut*
31[d] *domorum erant vendentes, afferebant precia | eorum que vendebant et ponebant ante pedes apostolorum; dividebatur*
35 *autem singulis prout cuique opus erat.* In isto octonario veritatum practicarum originata est religio christiana

2, 3. *doctor aliter*; an *doctoraltter*. 25. *a minimo* (sic); Cod.: *a mio*. 35. Cod.: *octaerio*.

22. Act. II, 41. 26. Act. IV, 32—35.

Digitized by Google

1. Its members were all of one mind.

et exemplati omnes privati ordines; oportet enim primo quod substancia religionum vel ordinum fuit unanimis in affectu et intellectu, scilicet in voluntate et racione, et hoc est *cor unum et anima una.* Aliter enim non sunt fidei orthodoxe que est fundamentum religionis christiane, habens in se plantaria omnium genera virtutum et per consequens excludens discordiam invidiam et omnia genera viciorum. Et ideo rogat Apostolus Rom. XV, 6 quod *discipuli sui ordinis unanimes uno ore honorificent Deum suum.*

2. They held no property singly.

Habita ergo disposicione tali intrinseca oportet secundo amovere prohibens scilicet amicabilem communicacionem quod est civilis proprietas. Idem enim secundum gramaticos est *suum* quod *proprium,* quomodo sepe scriptura loquitur, ut I. Cor. XIII, 5: *Caritas non querit que sua sunt,* et I. Cor. X, 24: *Nemo quod suum est querat sed quod alterius.* Et sequitur: *Ego per omnia omnibus placeo, non querens quod michi utile sit sed quod multis ut salvi fiant.* Et ideo Rom. XIV, 7 dicit: *Nemo nostrum sibi vivit, nemo sibi moritur.* | Et hinc dicit 32a
I. Cor. XII, 12 quod *sumus membra corporis Christi* et debemus plus et principalius intendere bonum illius corporis quam bonum proprium, quia aliter non potest quis esse Christi discipulus, *nisi sic renunciet omnibus que possidet* (ut expositum et XV capitulo IV huius).

3. They shared all with others.

Sed quia in pura negacione non stat religionis per- B
feccio, ideo tercio ponitur grata bonorum communicacio, cum infertur, *sed erant illis omnia communia;* quod notatur in illo Psalmi: *Ecce quam bonum et quam iocundum habitare fratres in unum. Sicut ungentum in capite, quod descendit in barbam Aaron,* quod Johannes ponit expressius I Joh. II, 27 hortans *unccionem quam acceperunt a Christo manere in eis,* quam unccionem intelligit unitivam virtutem caritatis descendentem in membra ecclesie per summum pontificem Christum, quia Joh. I, 16 *de plenitudine eius nos omnes accepimus.* Descendit autem hoc oleum per viriles apostolos et strenuos qui sunt barba summi sacerdotis Christi usque ad novissimum salvandum, qui est ora vestimentorum eius. Et ut di-

31. *barbam* twice. 32. Cod.: *I* deest.

17. I. Cor. X, 33. 25. De Civili Dominio II, p. 191.
29. Psalm CXXXII, 1.

Digitized by Google

stinguantur veri Christi apostoli a pseudoapostolis, speci-
32b ficat barbam Aaron, nam summus pon | tifex noster
Aaron docet Apostolos suos *non sua querere* sed cari-
tative bona communia Dei sui. Unde Joh. III explanat
5 istam communicativam caritatem expressius: *Qui*, inquit,
habuit substanciam mundi huius et viderit fratrem suum necessitatem habere et clauserit viscera sua ab eo, quomodo caritas Dei manet in eo?

Sed quia non sufficit Christi discipulos in communi-
10 cacione temporalium convenire nisi operentur opus magistri, cum II. Thess. III, 10 scribitur: *Si quis non vult operari, non manducet*, ideo subdit quarto quod *virtute magna reddebant apostoli testimonium resurreccionis domini Jesu Christi;* quam leccionem didicit Apostolus
15 predicans Christum assidue II. Cor. IV, 5: *Non enim nosmet ipsos predicamus sed dominum Jesum Christum*, sed et resurreccionem Jesu Christi instanter predicavit, ut patet I. Cor. XV, 14: *Si*, inquit, *Christus non resurrexit, vana est fides nostra.*

4. They preached the resurrection of Christ.

20 Sed quia Ps. XLIX, 16, 17 scribitur: *Peccatori autem dixit Deus: quare tu enarras iusticias meas et assumis testamentum meum per os tuum? tu vero odisti disciplinam;* ideo subdit quinto: *Et gracia magna erat in omnibus illis.* Quando enim predicator ex gracia Dei conformat
32c vitam | doctrine, tunc habet predicacio superadditam efficaciam, quia aliter est testificacio mendax et suspecta duplicitas.

5. They acted up to their teaching.

C Sexto ne videretur inter eos personarum accepcio aut unitatis cordium effectualis discordacio, subditur quod
30 erat inter eos uniformis conversacio cum dicitur: *Nec quisquam egens erat inter eos.* Non enim decuit unum membrum concordis ecclesie ingurgitari et aliud esurire, unum trabeatum incedere et aliud algere, quia tunc non forent illis *omnia sua communia;* sed periret caritas
35 fraterna (ut patet ex doctrina tercia). Et istam leccionem meminit Apostolus II. Cor. XI, 29: *Quis scandalizatur et ego non uror?* Ille ergo qui erubesceret ad scandalum fratris sui non omitteret in nota egencia sibi de suis facultatibus inpartiri.

6. All lived alike; there were no rich and poor.

23. Cod.: *quarto.* 35. *terciae;* Cod.: *ꝫae.*

4. Recte I. Joh. III, 17.

Digitized by Google

7. They sold their possessions and laid the money at the apostles' feet.

Sed quia *nemo potest Deo servire et mammone*, nec est elemosina exigenda ab avaris convertendis, nec cupiditas ponat offendiculum cursui verbi Dei, ideo subdit in hiis habentibus primicias spiritus, quod perfectus est, cum septimo subiungit: *Quotquot enim illorum* (suple qui tunc convertebantur ad disciplinatum Christi) erant proprietarii *possessores agrorum aut domorum ven-* | *debant* cuncta inmobilia sive mobilia *et* ex integro 32[d] *afferebant* discipulis. Non dicitur quod donarunt illis sed *ponebant ante pedes eorum*, ad denotandum quod calcarunt preponderantem temporalium affectum suscipientes laboriosum eorum ministerium.

Nec oportet solicitari quis habuit istorum temporale dominium, quia absit quod creditur requiri ad veram possessionem temporalium proprietatem civilem. Ideo indubie nec apostoli nec sui conversi dominabantur tunc civiliter super illis venditis et oblatis, sed si Cesar vel alius pro tunc iniuste diripuisset, cum gaudio sustinuissent. Ideo errant qui putant nullum viatorem aliquid possidere, si non civiliter, cum istud collegium iustissime possedit hoc precium, et tamen non civiliter, cum *erant illis omnia communia*. Ad civilem dominacionem consequitur tanquam possessio secularis proprietas, sed istorum nemo suum esse dicebat.

Istam autem septimam leccionem didicerunt ab apostolis ex doctrina Veritatis Math. XIX, 21: *Si vis perfectus esse, vade et vende omnia que habes et da pauperibus:* quod et illi fecerunt in dando apostolis exemplum. D

8. They divided to each as he had need.

Octavo et ultimo, ut notetur sagax et equa necessari- 30
orum distribucio, subditur octava leccio: | *Dividebatur*, 33[a]
inquit, *singulis prout cuique opus erat*. In quo verbo notant sancti tria: primo ex parte distribuentis humilem ministracionem, cum dicitur: *dividebatur* et non: donabatur. Quicunque enim prepositus in clero non debet civiliter dominari, querendo laudem secundum fastum seculi pro bonis pauperum que ministrat sed tanquam humilis minister Christi et dispensator bonorum sue ecclesie, ut docet Apostolus I. Cor. IV, 1: *Sic nos*

23. *possessio;* Cod.: *pa*[o] = *passio*.

1. Matth. VI, 24.

Digitized by Google

existimet homo ut ministros Christi et I. Petri V, 3 *neque dominantes in clero.*

Secundo post formam ministrancium notatur mensura ministratorum quoad numerum, cum *dividebatur singulis*, 5 et non uni diformiter ac superflue alio indigente, ut patet in doctrina sexta.

No one was left out.

Tercio vero notatur mensura ministracionis quoad personam singulam ministratam, cum *dividebatur prout cuique opus erat.* In quo verbo excludit tam superfluum 10 quam eciam diminutum; superfluum cum dabatur secundum *quod erat opus* sive necessitas et non quantum expeteret effrenis voluntas, et diminutum, cum ministrabatur *quantum fuit necessarium.* Ex quo Apostolus I. Thim. VI, 8 cepit pro regula sibi et suis discipulis: 15 *Habentes*, inquit, *alimenta et quibus tegamur, hiis contenti simus. Alimenta*, inquit, et non cibaria delicata, *tegu-* 33b *menta* eciam dicit, non mutatoria preciosa, nec | domicilia sumptuosa. Hec autem forma religionis christiane secundum quod elongata est a suo principio tepuit 20 debilitata continue, et specialiter quoad civile dominium et ad usum. Primo enim tam laici quam clerici renunciarunt proprietati civili; posterius ista renunciacio remansit in clericis, tercio vero remansit in religiosis viventibus vitam monasticam secundum diversos gradus 25 religionis, quos Deus ecclesie sue providens paulatim E induxit; et sicut recitatur II capitulo huius: Si claustrales sophisticant paupertatem evangelicam, oportet Deum aliunde providere ecclesie sue remedium: Omnes enim viventes monastice profitentur hanc paupertatem saltem 30 verbaliter ex sua regula, sicut patet notando tres regulas plus famosas, nam regula Augustini inter cetera mandat canonicis: *Non dicatis aliquid proprium, sed sint vobis omnia communia.* Et sequitur: *Qui aliquid habebant in seculo, quando ingressi sunt monasterium, libenter velint* 35 *illud esse commune; qui autem non habebant non ea querant in monasterio que nec foris habere potuerunt.* Vult ergo iste sanctus solum pauperes in suo ordine sub sua regula militare. Unde sequitur: *non erigant cervicem, quia sociantur eis ad quos foris accedere non*

Civil property renounced by all primitive Christians, then by clergy and lastly by monks.

10. Cod.: *dirimitum.*

32. St. Augustini, Sermo De vita et moribus clericorum Opp. V, 2, 1380 et seqq. Et regula St. Augustini.

Digitized by Google

audebant | sed sursum cor habeant et terrena vana non 33[a]
querant, ne incipiant esse monasteria divitibus utilia non pauperibus; divites illic humilientur et pauperes illic inflentur.

St. Augustine preached poverty by word and example.

Unde ne sint nimis sumptuosi in cibariis communibus 5
sic precipit: *Carnem*, inquit, *vestram domate ieiuniis et abstinencia, este quantum valitudo permittit.* Ecce in ista benedicta regula paupertas evangelica est precepta, unde sequitur: *Illos estiment diciores qui in sustinenda parcitate fuerint forciores. Virtutes enim sunt vere divicie.* Unde 10
ipsemet Augustinus episcopus se ipsum conformavit predicte regule tam verbo quam opere. Nam primo sermone De vita et moribus clericorum qui sic incipit: *Propter quod volui*, narrat Augustinus quomodo factus sit episcopus et subiungit: *Cepi boni prepositi fratres colligere* 15
compares meos nichil habentes sicut ego nichil habebam et imitantes me, ut quomodo tenuem paupertatulam meam vendidi et pauperibus erogavi, sic facerent et illi qui mecum esse voluissent ut de communi viveremus.

Et sequitur: *Ecce quomodo vivimus: Nulli licet in* F
societate nostra habere aliquid proprium, sed qui habent faciunt quod non | licet; sicut narrat de quodam pres- 33[d]
bitero Januario qui veniens ad eos reservavit sibi pecuniam quam dixit filie sue infra annos; sed in fine vite iurans, quod pecunia sua erat non filie de ipsa testa- 25
mentum fecit, dans pecuniam ipsi ecclesie: *O*, inquit Augustinus, *dolor illius societatis, o fructus natus non de arbore quam plantavit Dominus, nolo munera ista, non amo amaritudinis fructum; societatem nichil habendi professus est, hanc teneret, sed si nichil haberet, testamentum* 30
non faceret; habebat aliquid, non se nostrum socium quasi Dei pauperem fingeret. Magnus michi dolor inde est, fratres; propter hunc dolorem statui hereditatem ipsam in ecclesia non suscipere.

Ecce qualiter iste sanctus episcopus renuit proprie- 35
tatem et dilexit paupertatem. Et idem patet in sermone secundo qui sic incipit: *Sane eciam hoc noverit caritas*

11. Cod.: *confirmavit.* 17. Cod.: *paupertatem vitam.* 24. i. e., que infra annos erat. 26. Cod.: *ipse.* 28. Cod.: *numera ista.*

13. l. c. p. 1381. 15. St. Augustini Sermo CCCLV De vita et moribus clericorum Opp. V, 2, 1351. 22. Et sequentia ap. St. Augustinum l. c. narrantur. 37. l. c. p. 1383 est idem sermo ut supra.

Digitized by Google

vestra, ubi narrat *se dedisse dilacionem* sociis ad erogandum sua pauperibus. *Faciant,* inquit, *inde quod volunt, dum tamen sint pauperes mecum; qui volunt,* inquit, *aliquid habere proprium, maneant ubi volunt; nolo habere*
5 *ypocritas.*

Et idem dicit sermone tercio, qui sic incipit: *Cari-*
34ª *tati vestre* | probans hoc esse debitum ex textu iam exposito de actibus Apostolorum V: *Omnes,* inquit, *fratres et clericos meos qui mecum habitant, presbyteros, dyaconos,*
10 *subdyaconos et Patricium nepotem meum tales inveni quales desideravi pauperes. Deo propicio misericordiam Dei expectant. Unde ipsi faciant testamentum, nullas habentes facultates. Finierunt mundi cupiditates. Vivunt nobiscum in societate communi.* Et quia oportuit Augu-
15 stinum et suos recipere elemosinas pro vite necessitate, ideo subdit: *Ante vestros oculos sumus, nullius aliquid desideramus, nisi bona opera vestra et vos exhortor fratres mei, si aliquid vultis clericis dare, sciatis quia non debetis quasi vicia eorum fovere contra me. Omnibus*
G *offerte quod vultis offerre de voluntate vestra; quod commune erit, distribuetur unicuique sicut cuique opus erit. Gaxophilacium attendite et omnes habebimus; valde me delectat si ipsum fuerit presepe nostrum ut nos simus iumenta Dei, ymmo ager Dei, nemo scilicet det birrum,*
25 *lineam, tunicam nisi in commune; de communi accepi et michi ipsi cum sciam communi, me velle habere quitquid habeo. Nolo talia, offerat sanctitas vestra quibus ego solus quasi decencius utar; offerat michi verbi gracia birrum*
34ᵇ *precio* | *sum.* Et sequitur: *Qualem vestem potest habere*
30 *decenter dyaconus et subdyaconus talem volo accipere, quia in communi accipio. Si quis meliorem dederit, vendo, quod et facere soleo, ut quando non potest vestis esse communis, precium sit commune. Si quem delectat ut ego habeam vestem, det talem de qua non erubescam; fateor*
35 *enim vobis de preciosa veste erubesco.*

He refused to be more richly dressed than his subordinates.

12, 13. In textu St. Augustini legitur: *Unde ipsi faciunt non habent.* 19. *non debetis.* Cod.: *non* deest. 22. Cod.: *habuimus.* 24. Cod.: *det* deest. 25, 26. Cod.: *accepi michi ut et ipsi cum sciencia communi me velle habere.* Correxi e textu St. Augustini. 27. Cod.: *afferat.* 28. Cod.: *afferatur.* 32. Cod.: *et quando.* 33. Cod.: *delectant.*

6. Serm. CCCLVI, l. c. p. 1384. 8. l. c. p. 1385. 11. l. c. p. 1387 (cap. VIII). 16. l. c. p. 1389 (cap. XII et XIII).

Digitized by Google

Hec dicta Augustini in sermone — ut consideremus que fuit sentencia sanctorum patrum de conversacione clericorum ex lege Christi debita et ut consideremus quantum ab ista vita hodie elongati sumus.

Testimony of Comestor.

Unde Comestor in sermone qui sic incipit: *Porcio mea, Domine, dixi custodire legem tuam: patet,* inquit, *ex verbis prophete, quid religiosus elegerit: porcio mea Domine; et patet quid voverit: Dixi custodire legem tuam. Alius elegit corporis voluptates, alius thesaurisat et ignorat cui congregabit ea. Hii in curribus et hii in equis allevantur, donec fodiatur peccatori fovea. Tu autem solus es porcio mea. Dispositiva commutacio est relinquere omnia propter eum qui est super omnia. Quo habito eciam hic habentur omnia.* Et probat diffuse quod omnem | claustralem pati penam (ut docetur IV huius XV capitulo: *non potest esse Christi discipulus). Et dicit quod vita monastica claustralium ab apostolis tradita consistit in tribus maxime: in communi dileccione fraterna, in communi substancia et in communi obediencia. Pro primo dicitur: Multitudinis credencium erat cor unum et anima una; de secundo: Nullus quidquam eorum que possidebant dicebat esse proprium; de tercio: Ponebant omnia ante pedes apostolorum et obediebant eis. Hec tria caput sunt monastice religionis. Estote ergo prudentes sicut serpentes. Caput hoc diligenter custodite, in hiis nulla racione dispensandum est, nec contra hoc homini obediendum. Non servavit Judas caritatem fraternam et suspensus crepuit medius. Ananias et Zaphira peccaverunt in communem substanciam et ad pedes Petri exspiraverunt. Symon magus a suscepta recessit obediencia et factus est vagus et profugus super terram et tandem toto corpore confractus interiit. In superadditis quidem dispensare potestis, super capite nullomodo; licet enim dispensare, mutando, subtrahendo vel superaddendo; dominus hinc Benedictus huic capiti quedam supererogavit orna | menta vel ut*

34[c] H 34[d]

1. *in sermone;* quaedam verba exciderunt. 2. Cod.: *primum.* 15. *claustralem;* adde: *oportet.* 16. *Et* deest. Addidi. 21. Cod.: *nullus erat que.* In textu Act. IV *neque quisquam eorum, quae possidebat, aliquid suum esse dicebat.* 23. Cod.: *sunt* deest. 29. Cod.: *ut Symon.* 33. In textu Petri Comestoris (cap. Migne p. 1842) verba: *super capite — dispensare* desunt.

5. Sermo L, Opp. (ed. Migne), p. 1841. 16. De Civili Dominio II, 190 et seqq. 18. Lucae XIV, 22. 20. Petri Comest. l. c. p. 1842.

Digitized by Google

verius dicamus circa sterilem ficulneam fodit ut fructum ferret, de ariditate scilicet ciborum, de vilitate vestium, de humilitate lectorum, de temporibus ieiuniorum de custodia et exercicio labiorum, de distinccionibus oracionum. 5 *Caput autem predictum et superaddita ante adventum Christi in carne elegerunt Rechabite, ut patet Jerem. XXXV. Sed et Johannes Baptista formam vobis secrete conversacionis reliquit et vite asperioris exemplum.*

A religious cannot dispense with poverty.

Ex istis dictis patet primo quod tam impossibile est 10 dispensare cum religioso qui professus fuerit pauperiem evangelicam, stante eodem ordine, quam impossibile est esse hominem integrum et perfectum sine capite; patet secundo quod paupertas de qua locuntur sancti cum scriptura stat in perfecta abdicacione proprietatis et per 15 consequens in abdicacione civilis dominii. Et patet tercio quod regula Christi cum qua potest non fieri dispensacio est perfeccior quam cerimonie superaddite, quas doctor comparat stercoribus, ymmo si attendimus non sunt nisi consilia evangelica noviter promulgata (ut dixi in secundo capitulo huius). 20

Secunda regula monastica est regula beati Benedicti qui idem sentenciat. Nam XLV capitulo scribitur: *Precipue hoc vicium de monasterio amputandum est ne quis presumat* 35* *aliquid dare vel accipere | sine iussione abbatis neque* 25 *aliquid habere proprium; nullam omnino rem, neque codicem neque tabulas neque grafium sed nichil omnino, quippe quibus nec corda neque voluntates licet habere in propria voluntate, quomodo non omnia vite necessaria a patre debent accipere monasterii? Omnia enim omnibus* 30 *sunt communia, sicut scriptum est: Nec quisquam aliquid suum esse dicebat. Quod si quisquam in hoc nequissimo vicio comprehensus fuerit, ammonitus semel et iterum si non emendaverit correpcioni subiaceat.* Consequenter murmur ex parcitate est districte prohibitum; ubi nulli 35 dubium quin paupertas evangelica sit iniuncta.

Grosseteste.

1 Unde Lincolniensis in sermone de triplici ierarchia ecclesiastica qui sic incipit: *Cum in ierarchia celesti*

2. In textu Comestoris l. e.: *ferret et stercora apposuit ut plus ferret.* 3. Cod.: *humilitate locorum;* ib. Cod.: *ieiunorum.* 3, 4. Rectius: *de custodia labiorum, de exercitio laborum.* 8. Cod.: *reliquit* deest. Addidi. 34. Cod.: *prohibitu.*

22. Cf. Regula St. Benedicti capitulum XXXIII (Ratisbonae 1880), pag. 387. 36. Sermones Roberti Grosseteste mihi ad manum non sunt.

Digitized by Google

novem distinguantur ordines: Ad religiosos, inquit, *pertinet status mundo abrenunciancium qui tripliciter distinguitur. Cum ergo tria bona sunt bona mundana corporalia et spiritualia, hiis tribus bonis debet vir religiosus abrenunciare; ita scilicet quod nec retineat sibi tale* 5 *dominium nec potestatem habendi dominium. Hec est enim differencia inter secularem et religiosum quod secularis multorum bonorum exteriorum potest non habere dominium, habet tamen potestatem habendi dominium, sicut puer qui non habet equum habet tamen potesta | tem habendi equum,* 35b *sed vir religiosus ita renunciavit omnibus quod nec dominium alicuius rei sibi retinuit nec potestatem habendi vel recuperandi dominium. Unde patere potest quod infinitum plus peccat religiosus alicuius rei proprietarius quam eciam fur secularis. Quanto est enim distancia inter* 15 *non posse habere . . . tanta est distancia inter peccatum religiosi et peccatum secularis; sed constat quod infinita est distancia hinc inde. Si igitur secularis furetur equum alicuius, contrectat rem alienam invito domino, cuius scilicet non habet dominium, cum tamen potest habere, verus do-* 20 *minus potest illi vel dare vel vendere. Sed si vir religiosus habet proprietatem eciam unius alicuius, contrectat rem alienam et furtum committit, et tanto magis furtum, quanto magis est peccatum contrectare aliquid quod nec est suum nec potest esse suum. Appetere autem quod nec* 25 *est suum nec potest esse suum, est quasi elevare se in infinitum supra se; ergo cum solus Deus excedit in omnem racionalem creaturam, talem appetere eque appetere se esse Deum, hoc autem appetere est velle Deum non esse, cum deitas soli conveniat. Patet ergo quantum est peccatum* 30 *religiosorum proprietariorum, quibus non habere proprium nec posse habere con | venit.* 35c

Unde quia supra homines se extollunt, non merentur K *cum hominibus sepeliri, sicut de Lucifero appetente equalitatem Dei, Ysai. XIV, capitulo XIX, XX: Cadaver putridum* 35 *non habebit consorcium neque cum eis in sepultura. Hinc iustissime precepit Gregorius proprietarium extra consorcium fratrum in sterquilinium in profunda fovea proici, et tali dicendum est illud, proiecta peccunia super cadaver eius, pecunia tua tecum sit in perdicione. Nec erit hoc* 40

16. *habere;* adde: *et inter non habere.* 21, 22. Cod.: *religiosus omnium.* 22. *alicuius;* Cod.: *ac'.* 28. *eque;* adde: *ac.* 35. Cod.: *capitulo 9.*

Digitized by Google

obprobrium religioni sed pocius in honorem et famam, cum pervenerit ad aures secularium observancia tanti rigoris; sic et primus ordo sive primus gradus mundo renunciancium est ex toto predicta exteriora bona re-
5 *linquere; secundus autem est eciam bona corporalia totaliter pro aliena voluntate postponere; et non dico ad presens bona corporis qualia sunt sanitas, fortitudo et huiusmodi, sed bona corporis voco unumquodque membrum operativum sive organicum cum actu sibi appropriato; verbi*
10 *gracia oportet virum religiosum renunciare visui et organo, videndo eciam cum ipso actu videndi ut nec oculum nec actum videndi convertat ad aliquid in mundo secundum*
35[a] *propriam voluntatem vel contra institucionem re | gule sue et regularis observancie quam professus est vel contra*
15 *voluntatem sui superioris, similiter nec aurem nec auditum vel ipsum actum audiendi, gressum vel actum gradiendi et sic de ceteris membris comparativis cum actibus suis.*

Nec minus peccat qui aliquam sibi proprietatem retinet de bono corporis, ut dictum est, quam ille qui sibi retinet
20 *aliquid proprium de bono exteriori de cuius peccati quantitate prius dictum est.*

Tercius autem gradus ad idem est quod religiosus abrenunciat eciam bonis ipsius anime et specialiter proprie cognicioni vel affeccioni que vocat Bernhardus alio nomine
25 *propriam voluntatem. Nec mirum quod faciat servus cum fecit dominus qui non venit suam facere voluntatem sed voluntatem patris, ymmo sua relinquit pro voluntate patris ubi dixit: Verumtamen, non sicut ego volo sed sicut tu vis; proprium eciam sensum relinquere debet, ut non inni-*
30 *tatur prudencie sue nec sapiens aput semet ipsum sed magis regatur sensu alieno, ymmo eciam nec meditari vel studium apponere nec affeccionem suam alicui rei applicare debet secundum suam propriam ordinacionem. In hiis tribus gradibus consistit secunda ierarchia humana.*

I. 36[a] Hec dicta | Lincolniensis et aliorum sanctorum patenter docent quam abhominabile peccatum fuit inferioribus religionis christiane et specialiter inter monasticos proprietatis affeccio. Unde Jeronimus epistola LXXXII ad Eustochium que incipit sic: *Audi filia et vide, quidam,* St. Jerome.

8. *voco; noto* (?) 36. *inferioribus*. Rectius: *in sacerdotibus*.

39. St. Hieronymi Ep. XXI (Opp. tom. I, 169 ed. Parisina 1602), pag. 187.

Digitized by Google

inquit, *ex fratribus parcior magis quam avarior et nesciens triginta argenteis dominum venditum centum solidos quos lina texendo acquisierat moriens dereliquit. Initum est inter monachos consilium (nam in eodem loco circiter quinque milia divisis cellulis habitabant) quid facto opus esset,* 5 *alii pauperibus distribuendas esse dicebant, alii dandos ecclesie, nonnulli parentibus remittendos, Macharius vero et ceteri Sancto loquente in eis Spiritu decreverunt infodiendos esse cum eo, dicentes pecunia tua tecum sit in perdicionem. Nec hoc crudeliter quisquam putet esse factum, cum tantus* 10 *cunctos per totam Egyptum terror invasit, ut unum solidum dimisisse sit criminis.* Unde et III° Dyalogorum capitulo XIV narrat beatus Gregorius de sancto Ysaac, quod cum plurimi possessiones offerrent pro monasterio construendo, ipse omnia respuens fortem tenebat sen- 15 tenciam dicens: *Monachus qui in terra possessionem querit monachus non est; sic,* inquit Gregorius, *metuebat pau- | pertatis sue securitatem perdere, sicut avari divites solent* 36b *perituras divicias custodire.* Talis fuit opinio sanctorum monastice vivencium in primitiva ecclesia; que indubie 20 non est inpresenciarum sed ex pactis claustralium falsificata ac substancia regule ex dispensacione sophistica mitigata.

CAPITULUM SEPTIMUM.

Ulterius restat ostendere quomodo eandem sentenciam A expressissime docet tercia regula sancti Francisci que *protestatur in primis domini nostri Jesu Christi evangelium observare,* docet consequenter seculares volentes esse illius ordinis *vendere omnia sua ac pauperibus erogare, quia fratres illi debent cavere de temporalium solicitudine,* 30 *nullo modo recipiendo pecunias nisi forte pro necessitatibus infirmorum, nec quitquam sibi approprient; domum, locum vel quitquam aliud sed tanquam peregrini et advene in hoc seculo in paupertate et humilitate domino famulentur.*

2. Cod.: *quo.* 8. Cod.: *decreverunt;* Cod: *decenter.* 21. Cod.: *sed* decst. 22. Cod.: *nec substancia.*

12. St. Gregorii Opp. tom. II, 304. 26. Cf. Commentarium in Regulam St. Francisci (in „Theologia Regulari autore Joanne Caramuel Lobkowitz, Francofurti 1646"), p. 668. 29. Ibid. pag. 573.

Digitized by Google

Cuius regule rectitudinem quantum ad modum non habendi quitquam in proprio vel communi civiliter, plures doctores ut doctor solemnis illius ordinis tam scriptis quam operibus confirmarunt. Potest autem pau-
5 pertatis predicte commentacio ex tribus convinci; ex natura, ex scriptura et ex gracia, ut docet doctor Bonaventura in quodam tractatu illius materie; ex natura,
36c quia est statui innocencie et statui | beatitudinis conformior; pro cuius declaracione suppono *quid nominis*
10 *evangelice paupertatis;* ille enim est pauper evangelicus, qui ob amorem sequendi mores Christi abrenunciat potestati cuiuscunque civilis dominii, de parcis nature necessariis contentatus. Ex quo patet quod evangelica paupertas non habet nudam carenciam temporalium pro
15 fundamento, quia illam carenciam stat viciosissimum habere temporalia quantumlibet sicientem sed fundatur in fervore caritatis quo quis gratis prescindit ab ipso possibilitatem occasionis usibilium unde Dei dileccio tardaretur. Nec stat ista paupertas cum ventris ingluvie
20 vel quocunque alio vicio palliata carencia civilis dominii; ymmo stat mendicum ex esu pulmenti cum Esau a paupertate Christi excidere, sicut et quomodolibet viciatus licet habeat propositum et affectum servandi dictam carenciam, cum deest amor vel caritas sequendi Christum
25 in moribus, caret evangelica paupertate. Ex quo patet quod illam paupertatem consequitur omne genus virtutis, cum ipsa consequitur caritatem et votum abdicacionis perpetue proprietatis civilis; patet lex II° huius de connexione virtutum.

Evangelical poverty does not consist in lack of possessions, but in will to follow Christ.

30 Istis suppositis patet quod status huius paupertatis est statui innocencie conformior et per consequens status
36d viandi perfeccior, quia sta | tui perfectissimo generis sui propinquior. Nam in statu innocencie non fuisset civile dominium, non artificiale corporis tegumentum, non
35 artificiosum cibarium, nec pateretur in regimine sanctitatis superhabundancias vel defectus (ut suppono ex declaratis in II° libro de humano dominio). In cuius

Poverty nearest to state of innocence.

3. Cod.: *ut* deest. 6, 7. *doctor de Bonaventura.* 19. Cod.: *inglumie.* 35. Cod.: *nec pateretur quos* (sic) *in regimine sanctitatis superhabundanciam* (sic) *vel defectum.*

3. Doctor Solemnis, the distinguishing name of Henricus de Gandano see De Ecclesia 317. 28. Secundo huius, i. e. De Statu Innocentiae.

Digitized by Google

signum naturaliter nudi nascimur ut bestie et nudi mortui sepelimur.

Quando ergo dolentes de lapsu ab illo statu et sperantes statum beatitudinis expediti currimus stadium vite penalis propter Christum, ut tangitur in capitulo IV° huius, tunc sumus evangelice pauperes nostro capiti plus conformes et per consequens perfecciores.

Poverty in imitation of Christ is the best means to bliss.

Istam autem sentenciam inculcat Apostolus contra B cupiditatem I. Thim. VI, 7, 8: *Nichil*, inquit, *intulimus in hunc mundum, haud dubium nec aliquid inde auferre possumus, habentes ergo alimenta et quibus tegamur hiis contenti simus.* Racionabilitas autem huius regule sic potest ostendi: Quandocunque est aliquis per se finis optimus, gracia cuius est congeries mediorum, de quanto compendiosius aptantur ad hunc finem, de tanto melius; beatitudo debet esse huiusmodi per se finis cuiuslibet conversacionis humane, ergo de quanto conversacio humana compendiosius aptatur ad hunc finem, | de tanto 37ᵃ melius; sed compendiosior aptacio est nude et exonerate currere viam vallis miserie instar Christi, ergo conclusio. Quis queso fidelis dubitat quin Christus optime *exultando ut gigas cucurrit hanc viam?* Quis insuper dubitat, quin quilibet christianus currat eo compendiosius, quo sibi similius? Quis ergo dubitat quin Christus instar hominum in statu innocencie non transivit per hec temporalia, capiendo eorum usum, nisi de quanto fuit necessarium ad beatitudinem et christianorum exemplacionem, habendo parca vite necessaria et nullam eorum solicitudinem? Ideo (ut dicit beatus Bernardus sicut allegatur IV° huius) *aut Christus gratis eligens tantam paupertatem fallitur aut mundus errat,* et fucus quo dicitur sic distribuere temporalia pauperibus sit opus excellencius quam evangelizare post idem destruetur.

Notemus ergo quomodo Christus se habuit ad temporalia; secundo notemus quomodo pro statu innocencie omnis innocens habuit temporalia precise ad mensuram sine solicitudine, et sic aquireret beatitudinem compendiosissime, tercio notemus experimentum quotidianum, quomodo terrenis affectibus mitigatis facilius celestia capiamus et quomodo illis invalescentibus | continue 37ᵇ

21. Psalm XVIII, 6. 29. Vide supra pag. 71. Opp. St. Bernardi p. 61: *Aut iste fallitur aut mundus errat.*

Digitized by Google

amplius intricamur et a spiritualibus bonis distrahimur, et consenciemus racionabilitati et excellencie consilii Christi de renunciacione temporalium in puro lumine naturali.

Christ bids us dismiss care for earthly things.

5 Tercio potest confirmari eadem sentencia ex demonstracione Christi Math. VI, 26, 28 ubi ex hoc quod *Deus non potest deficere volucribus celi et liliis agri in alimentis et tegumentis*, demonstrat quod non potest deficere fidelibus suis in istis necessariis et aliis amplioribus, cum
10 Deo sit maior cura de christianis quam de volucribus, liliis et de bobus; et ideo consulit racione duce quod dimissa eorum sollicitudine *querant primo regnum Dei et iusticiam eius et hec omnia adicientur.*

C Unde Augustinus in sermone de elemosina: *Elias in*
15 *solitudine corvis ministrantibus pascitur et Danieli in lacu ad leonum predam iussu regis incluso prandium divinitus apportatur*, patet historia III. Reg. XVII et Danielis XIV. *Et tu metuis*, inquit Augustinus, *ne operanti et donum promerenti desit alimentum, cum ipse in evangelio ad*
20 *exprobracionem eorum quorum mens dubia et fides parva contestatur et dicit: Aspicite volatilia celi quoniam neque*
37[a] *seminant neque metunt* | *neque congregant in orrea et pater vester celestis pascit ea; nonne vos pluris estis illis? Volucres Dominus pascit et eis alimenta diurna prestantur*
25 *et quibus nullus divine rei sensus inest, eis nec cibus nec potus deest; tibi Christiano, tibi Dei servo, tibi operibus divinis dedito et domino tuo caro aliquid existimas defuturum? An putas quod qui Christum pascit a Christo ipse non pascitur? An eis terrena deerunt, quibus celestia*
30 *et divina tribuuntur? Unde hec incredula cogitacio? Unde ipsa eciam sacrilega meditacio? Quid in dominio Dei ferreum pectus? Quis qui omnino Christo non credit appellatur et dicitur Christianus? Pharisei magis sibi congruit nomen. Nam cum in evangelio de elemosinis dispu-*
35 *taret et ut nobis amicos de terrenis lucris provida comparacione faceremus, qui nos postmodum in eterna thaber-*

1. Cod.: *distrahuntur*. 21. Cod : *dicat*. 23. Cod.: *pluribus*. 27. Cod.: *at domino*. 31. Cod.: *in do° (domo?)*

12. Matth. VI, 33. 14. Appendicis Sermo CCCVI—CCCXII Opp. tom. V, 2, 514—525. In Sermonibus de faciendis elemosynis hunc locum non inveni nisi forte in Sermone CCCX Appendicis: *Ecce audisti, et tu, christiane, quid timeas?* 21. Matth. VI, 26.

Digitized by Google

nacula susciperent, fideliter et salubriter promovens addidit post hec scriptura dicens: Audiebant hec omnia Pharisei qui erant avari et deridebant eum; patet Luc. XVI, 14: Quales, inquit, *nunc ecclesia quosdam videmus quorum precluse aures et corda cecata nullum de spiritualibus ac salutaribus mo | nitis lucrum admittunt, de quibus mirari non oportet quod contempnant in talibus servos, quando in talibus ipsum dominum videamus esse contemptum.* 37[a]

We do not tempt God by relying on him, so long as we keep the path he appoints.

Ex istis patet quod sequendo Christi consilium de colendo Deum et proiciendo omnem solicitudinem nostram in ipsum postpositis omnibus curis mundi, non temptamus Deum sed pocius exponendo nos periculo mundi contra suum consilium, presumendo quod iuvaret servum sibi tam ingratum. Solet enim dici quod temptare Deum est proteccionem eius inprovide vendicare; quod fit, quandocunque propositis duabus viis eque possibilibus via periculosior quoad salutem anime eligitur et postposito Dei consilio cece sperando de Dei adiutorio via secura contempnitur; et illud contingit (ut estimo), quandocunque christianus peccat mortaliter; nec valet excusacio ignorancie in hiis que homo debet cognoscere. Debet homo sperare beatitudinem, et quantum sufficit aptare media de quanto sunt utilia ad illam. Quoad illa ergo que exprimuntur in consiliis evangelicis debemus per ipsa in nostris agibilibus regulari et in aliis que nescimus ex consiliis evangelicis expresse elicere, debemus inniti pro | videncie naturaliter nobis indite, semper quantum sufficimus mandatis Domini adherendo. Christianus ergo improvide vendicat Dei adiutorium qui viam securam et facilem quam Deus docet deserens viam difficilem eligit tanquam Deo ingratus et inobediens. 38[a]

Two forms of tempting God.

Et iste sensus videtur innui Math. IV, 5, 6, quando Lucifer temptavit Christum ut de pinaculo se deponeret quasi volando in presencia populi ex hoc inaniter gloriando et allegavit ex Psalmo XC, 11, quod secure posset hoc facere, *cum Deus angelis suis mandavit de Christo ut manibus suis portarent eum, ne forte offendat ad lapidem pedem suum.* Sed Christus concludendo sibi respondit per scripturam Deut. VI, 16: *Non temptabis Dominum Deum tuum.* Ad quid ergo oportuit Christum precipitanter D

5. Cod.: *preclusa.* 6. *lucrum;* supra script.: *vm* = verbum. 8. Cod.: *ipsum domum;* ib. *contentum.* 11. Cod.: *non solum.* 14. *ingratum.* Hic aliquot verba desunt. 23. *media;* cod.; *me.* 28. Cod.: *christianis.*

Digitized by Google

se submittere, ubi posset per gradus privatim descendere; quam sentenciam si nos debite attenderemus, non volaremus pro fastu seculi, appetendo primatus, dimittendo privatam viam ducentem per gradus evangelice pauper-
5 tatis. Contingit igitur in duobus extremis Dei temptacio, primo et nimis communiter quando deserendo regulas paupertatis propter appetitus illicitos involvimus nos cum mundo, secundo licet rarenter, quando deficiente spiritu
38[b] con | silii extinguimus nos ipsos inprovide, nitendo inuti-
10 liter ad nobis inpossibile, ut contingit de se precipitantibus, de se lapidibus includentibus et de nimis liberantibus vel renunciantibus; quod nunquam in consilio evangelico est preceptum sed ad observandam paupertatem, ymmo quod temptaremus Deum, obligando
15 nos ad tantam penam, notaremus quod nedum sufferimus penas in parcitate alimentorum et tegumentorum eciam usque ad corporis sanitatem, cum plures occidit gula quam gladius; pueri namque gentiles (ut Rechabithe et Bragmani) vixerunt tam arte sicut Christus iniunxit
20 apostolis. Sufferamus ergo extra religiones privatas tam de esurie, siti, nuditate et ceteris abstinenciis quantum prodest ad corporis sanitatem, sufferamus secundo castigando corpus et redigendo ipsum in servitutem anime, non solum ut prosiliat in petulanciam sed ut recolendo
25 de miseria lapsus humani generis meritorie planctu voluntario instigemur ad devocionem, recolendo quomodo abbas noster post quadraginta dierum ieiunium postea esuriit (Math. IV, 2); quo *fatigatus ex itinere pausavit super fonte* Joh. IV, 6 et quomodo nunc deficit
38[c] sibi fructus in ficu, | quando esuriit Math. XXI, 19 et nunc egens alimento et tegumento deficit qui sibi tribueret, ut patet posterius per Chrisostomum super illo Math. XXI, 17: *Relictis illis abiit foras.* Sic enim deficiente ministerio Samaritanorum noluit eis maledicere vel ex-
35 communicare sed increpavit discipulos suos vindicari volentes, patet Lucae IX, 54. Ex quo cum dicto Apostoli I. Cor. VIII de non accipiendo temporalia eciam debita ab avaris, patet quod non exemplatur a Christo tam acute excommunicare pro decimis.

1. By leaving the way of poverty.

2. by extravagant asceticism.

29. *pausavit.* Recte: *sedebat.* 32. *Chrysostomum;* Cod. 1 *per iom* (sic). Cf. Opus Imp. in Matth. p. CLXII.

19. De Bragmannis vide De Civili Dominio II, 182.

Digitized by Google

It is good to suffer hardship for Christ's sake.

Ista quidem passio est meritoria, cum ex hinc commendat Christus Baptistam, quod in deserto se puniens non instar eorum qui in domibus regum sunt mollibus est vestitus; ad imitacionem cuius confortati apostoli sustinent pacienter corporis penurias, scientes *quod non sunt condigne passiones huius temporis ad futuram gloriam.* In qua fide instructus Apostolus refert II. Cor. IV, 8, 9, de se et tribulatis consociis: *In omnibus*, inquit, *tribulacionem patimur sed non angustiamur; apporiamur sed non destituimur; persecucionem patimur sed non relinquimur, humiliamur sed non confundimur, deicimur sed non perimus.* Sufferamus ergo pacienter occisionem et penam famis in carcere | sive exilio, eciam usque ad mortem si oportet, quia substrata caritate et iusticia cause mors preciosa quia martirium, et per consequens commutacio lucrifaciens gloriosa, cum ut sic de carcere transitur ad gloriam. Nec occidit quis culpabiliter se in aliquo horum trium casuum plus quam Christus, qui voluntarie accedens ad passionem Pylati iudicio et tortorum martirio se submisit. Ille ergo temptat Deum reus homicidii qui sine causa racionabili se ipsum precipitat, cruciat vel occidit; positis ergo clericis in pace ecclesie debet uti parsimonia quantum sufficit corporis valitudo. Quod dictum Augustini et Jeronimi ego intelligo sic quod non consumant de esculentis aut tegumentis ecclesie nisi quantum necessarium est ad supportandum ministerium suo officio deputatum, quia excedendo iniuriatur toti ecclesie, bona eius a quorum dominio ut sic excidunt devastando.

Jerome enjoins abstinence on monks.

Et istam sentenciam inculcat Jeronimus Epistola XXXV ad Paulinum: *Quia*, inquit, *fraterne interrogas per quam viam incedere debeas, revelata tecum facie loquar. Si officium vis exhibere presbiteri, si episcopatus te vel opus vel honor forte delectat, vive in urbibus et castellis et aliorum salutem fac lucrum anima.* | *Sin autem cupis esse quod diceris monachus, id est solus, quid facis in urbibus?* Licet autem post dotacionem claustralium sit licitum eos habere cenobia vel monasteria sua in urbibus, non tamen

14, 15. Rectius: *quia subtrate caritatis et iusticie causa.* 34, 35. Cod.: *ad aliorum.* 35. Cod.: *salvum fac.*

5. Rom. VIII, 18. 31. Hieronymus ad Paulinum Ep. XIII, Opp. tom. I, 121.

Digitized by Google

hic dispensatur cum eis, quin observent paupertatem evangelicam fundatam in usibilium parcitate, sicut patet de tribus generibus monachorum; quod beatus Jeronimus recitat epistola LXXII ad Eustochium. Unde epistola XXXV alloquitur sic Paulinum: *Obsecro te ubicunque fueris multitudines hominum, officia salutacionis et convivia veluti quasdam cathenas fugias voluptatum; sit vilis et vespertinus cibus, olera et legumina; interdumque pisciculos pro summis ducas deliciis. Qui Christum desiderat et illo pane vescitur non querit magnopere de quantum preciosis cibariis stercus conficiat.*

F Hec est doctrina huius sancti de parsimonia evangelica quam indubie in facto docuit, ut patet in historia vite sue. Nec ex persecucione divini consilii temptavit Deum nec in desperacionem cecidit vel defecit.

No one who follows Christ can suffer from want of worldly goods.

Unde ex fide non credo esse possibile sequenti hec
39b Christi consilia deesse temporalia ad sui | detrimentum, sed si ad deterioracionem desinit, hoc est propter avariciam, propter mundi gloriam vel aliud peccatum previum racione cuius puniendi Deus iuste subtrahit nobis bonum. Sic enim videmus bellatores et facinorosos in vastitate et carcere et fame deficere; avaros, castrimargos gula et morbis ex crapula contractis extingui, iustos vero pauperes nunquam servando iusticiam, eo quod scientes omnem penam parcitatis temporalium quam Deus eis infligit esse meritoriam et graciosam in comparacione ad culpam acceptarent eam cum humilitate Dei, et si paciencia dimissa remurmurant satis modicum est, licet usque ad mortem quotlibet penuriis puniantur. Et istam sentenciam conformiter ad Augustinum ostendit beatus Jeronimus in epistola LXXII ad Eustochium: *Avaricie*, inquit, *tibi vitandum est malum, non solum quod aliena non appetas (hoc enim publice leges puniunt) sed que tua sunt, scilicet Dei, carismata aliena non servas. Si in alieno, inquit dominus, fideles non fuistis, quod vestrum est quis dabit nobis? Aliena nobis auri et argenti sunt pondera, nostra possessio spiritualis est de qua alibi*

7. *vilis;* in textu Hieronyml: *utilis.* 10. *de quantum;* Rectius: *de quam.* 33--34. Rectius: *sed quo tua, que tibi sunt aliena, non serves.*

3. Hieronymus ad Eustochium, De custodia virginitatis l. c. I, 187. 5. pag. 122. 31. l. c. p. 186.

Digitized by Google

dicitur: redempcio | anime viri, proprie divicie. Et sequitur: 39[a]
Non potestis Deo servire et mammone, id est, diviciis. Nam gentili Syrorum lingua mammone divicie nuncupantur. Cogitacio victus spine sunt fidei. At dicis: Puella sum delicata, si ad senectam venero vel egrotare cepero 5
quis michi miserebitur? Audi Jesum ad Apostolos loquentem: Ne cogitetis in corde vestro quid manducetis neque corpori vestro quid induamini. Si vestes defuerint, lilia in evangelio proponantur; si esurieris, beatos audi pauperes et esurientes, si dolor afflixerit, legito: Propter hoc com- 10
placeo mihi in infirmitatibus meis. Laetare in omnibus iudiciis Dei. Exultaverunt enim filii Jude in omnibus iudiciis tuis Domine. Illa semper in ore vox resonet: Nudus exivi de utero matris mee et nudus eciam redeam, et: Nichil intulimus in hunc mundum nec auferre quid possu- 15
mus. Et post declarat quod status paupertatis ad quem deducitur Deum preponderans est perfeccior quam status prosperitatis ad quem deducitur circa mundum solicitans. Nam in primo fugantur demones, invocantur angeli | et 39[d]
extinctis viciis cumulantur virtutes. In secundo vero non 20
sufficit de vestibus fugari tinea servatis thesauris. Christus ante fores emoritur et declinante avaro in obligaciones ad iehennam ex continuata ydolorum servitute animus in peccato sit durior.

Et consequenter excludens infidelem desperacionem G
sic loquitur: *Querite primum regnum Dei et hoc omnia apponentur. Non occidet fame animam iustam Dominus. Junior fui et senui et non vidi iustum derelictum. Helias corvis ministrantibus pascitur, vidua Sareptana ipsa cum filiis nocte moritura prophetam pascit esuriens et mirum* 30
in modum capsace completo qui alendus venerat alit. Patet historia IV. Reg. IV. *Petrus* inquit *Act. III, 6: Argentum et aurum non habeo, quod autem habeo hoc tibi do; in nomine Jesu, surge et ambula. At nunc multi licet sermone taceant, opere locuntur; fidem et miseri-* 35
cordiam non habeo, quod autem habeo argentum et aurum

1. Cod.: *anime* deest. Addidi e textu St. Hieronymi; ib. Cod.: *veri.* 2. Cod.: *non diviliis.* 5. Cod.: *erogare cepero.* 8. *alia;* Cod.: *lilia.* 9. Cod.: *proponuntur.* 11. Cod.: *mihi* deest; ib. *in in;* ib. *Letare;* Cod.: *locari.* 13. Cod.: *semper queso vox.* 17. *Deum;* Cod.: *domini.* 21. 22. Cod.: *Christus aut.* In textu Hieronymi: *nudus ante fores earum Christus emoritur.* 31. Cod.: *complete.*

26. l. c. pag. 187.

Digitized by Google

hoc non tibi dabo. Ecce securitas in communicando virtutes et periculum in avare detinendo divicias.

40ª Unde probat Jeronimus | quod de alimentis et tegumentis debemus tempore gracie contentari, eo quod Jacobus in veteri testamento sua oratione (Genes. XXVIII, 20) sic postulat: *Si fuerit dominus Deus mecum et servaverit me in via et dederit michi panem ad manducandum et vestem ad vestiendum. Ecce,* inquit Jeronimus, *tantum necessaria deprecatus est et post viginti annos dives dominus ad terram Canaan reversus est.* Quotlibet sunt talia dicta sanctorum doctorum ex scripturis elicita de paupertate evangelica, que sunt eo plus predicabilia, quo sunt ex fide patencius demonstrabilia. Ecce enim principium per se est notum quod Deus non potest piis suis servitoribus deficere. Est iterum principium per se notum quod sequentes Christi vestigia secundum regulas evangelicas optime serviunt Deo suo, cui si fidelis sperans adderet quod oportet per multas tribulaciones venire ad regnum, videret de racione naturali quod gaudenter debet pro nomine Jesu contumeliam pati et omnino tribulacionem vel penam, ut patet IV huius capitulo XV. Unde videtur quod nos christiani qui debemus sequi Christum in paupertate ultra patres veteris testamenti, 40ᵇ ex minori evidencia despe | rantes de providencia bonorum fortune sumus peiores illis qui dixerunt diffidendo: *Numquid poterit Deus parare mensam in deserto?* ut dicitur Psalm. LXXVII, 19 alludendo historie Exod. XVI.

Jacob's prayer was for necessaries.

Secunda via commendans paupertatem evangelicam est scriptura a cuius sensu ex mundialitate tantum hodie declinatur quod omne dictum evangelicum de paupertate vel negatur de virtute sermonis vel depravatur ad sensum nepharium, sic quod fere incidunt eciam vocati theologi in illam heresim, de qua Augustinus in libro suo De Heresibus heresi decima: *Ipsius,* inquit, *testamenti novi scripturas tamquam infalsatas ita legunt ut quod volunt inde accipiant, quod nolunt reiciant.* Oportet ergo catho-

Modern perversions of Scripture.

5. *sua oratione*; Cod.: *testamento carnali.* Correxi e textu St. Hieronymi p. 187. 29. Cod.: *alicuius sensui.* 35. Cod.: *tamquam inflamatas.*

10. Hieronymus l. c.: *Infinita de scripturis exempla suppetunt, quae avaritiam doceant esse fugiendam.* 21. De Civili Dominio II, 198. 34. In libro De Haeresibus haer. X hic locus non extat Cf. Aug. Opp. tom. VIII, 7. Rectius haer. LXVI, l. c. p. 16, 17.

Digitized by Google

licum innitendo logice scripture videre sensum quem sancti doctores eliciunt. Cum ergo ex dictis IV capitulo oportet omnem christianum esse Christi discipulum et per consequens ipsum sequi in moribus, quod non potest nisi cunctis possessionibus suis renunciet (ut 5 dicitur Luce XIV, 33) et per consequens fiat pauper, manifestum est quod oportet religiosum precipue profiteri pauperiem.

Motives of the scribe whom Christ repulsed.

Unde Math. VIII, 19, 20 scriba volente venire ad H Christi religionem propter questum et fastum, Christus 10 eum repulit, eo quod paupertatem illam non sapuit, dum | sic dixit: *Vulpes foveas habent*, ut exponitur IV ca- 40[a] pitulo; quam tamen exposicionem quidam abicientes dicunt quod solum intendit in hora passionis se carere reclinatorio capitis in cruce; qui sensus foret nimis dimi- 15 nutus, insufficiens ac inpertinens dicto scribe, dicente Jeronimo super eodem textu, quod scriba voluit sequi Christum ut lucra ex operum miraculis quereret: *Hoc*, inquit, *desiderabat scriba a Christo quod Symon magus a Petro;* unde sensus responsionis Christi secundum 20 Jeronimum stat in isto: *Quid me propter divicias et seculi lucra sequi desideras, cum tante sim iam paupertatis, ut nec hospicium quidem habeam?* Et idem dicit Crisostomus Omelia XXVII. Item, Lincolniensis in sermone ad papam dicit quod papa gerit vicem domini Jesu Christi pauperrimi; 25 quod probat per hoc quod *non habet ubi caput reclinaret.* Item, in sermone qui intitulatur De philocofinis et philoreis, id est amatoribus mundi et Dei, qui sermo premittitur ut prologus libris Johannis Damasceni, quem eciam cum illis transtulit Lincolniensis, sic scribit: *Christus* 30 *in tantum se ipsum extreme necessitati tradidit propter philosophicam eius ad nos dileccionem ad pedagogiam id est instruccionem huius non alta sapere, quod nec aliquod do | micilium vile habuit ad habitacionem, sicut ipsemet* 40[d] *testatur dicens: Vulpes foveas habent* etc. Et sequitur: 35

15. Cod.: *reclinatoria.* 27, 28. *Philocofinis et philoreis;* ita cod.

2. Vide supra p. 49. 15. i. e. *ubi caput reclinet.* 17. Commentariorum Hieronymi in Matthaeum cap. VIII, tom. VI, 25. 24. St. Chrysostomi in Matth. Hom. XXVII, al. XXVIII. Opp. tom. VII, 329. Serm. ad papam: letter to Innocent IV, ep. CXXVIII, p. 432 ed. Luard. Cf. De Civili Dominio I, 385. Opp. Lincolniensis infra memorata mihi ad manum non sunt. 25. Roberti Grosseteste Ep. CXXVIII, p. 434.

Digitized by Google

Neque palmus arabilis terre erat ipsi nec gramen unum vinee nec tunica superflua, sed qua induebatur solum, et quid, inquit, *erat magis ista humilitate et humilius utilitate, ut enim unus pauperum secundum omnia conversatus est et quos amicos et fratres vocat, hiis et cohabitavit, pauperes videlicet et humilia semper eligens.*

Christ's example of poverty.

Item, Crisostomus super Mathaeum Omelia XXII exponens illud Math. X, 9: *Ne possideatis aurum neque argentum neque pecuniam; sic,* inquit, *facile sermo susceptibilis operibus prius certificatus; et sequitur: Uti ergo ostendit hec non esse possidenda per opera, audi eum dicentem: filius autem hominis non habet ubi caput suum reclinet. Sed neque in hoc sufficit solo sed et in discipulis hanc tribuit apodoxim, id est demonstracionem, eos ita informans et nullo indigere permittens.* Item, Crisostomus super Mathaeum Omilia LXXX: *per unamquamque diem erat Judas simul cum Christo, qui non habebat ubi caput suum reclinaret et quotidie per opera et per verba non aurum non argentum non duas tunicas habere demonstravit,* et illud Math. VIII, 20 scriptum
41* inducens, |*filius hominis non habet ubi caput suum reclinet,* dicit: *Aspicite qualiter dominus paupertatem quam docuit opere demonstrabat; non erat ei mensa, non candelabrum, non domus neque quitquam talium;* patet ergo quod Christus noluit proprietatem obtinere, eo quod ipsemet in persona propria hoc ex integro observavit. Ideo (ut dixi superius) volenti intrare religionem suam nobis exemplariter hoc predixit. Nec moveat credere quod Christus fuit proprietarius, antequam eligendo apostolos fuit capitaneus sue familie, quia usque illuc conversatus est cum suis pauperibus, quos verisimile est nullis domibus dominatos fuisse civiliter, sed domos conducticias ut pauperes operarios possidentes; hoc enim decuit parentes principis paupertatis.

His parents were poor.

Et eundem sensum huius dicti Christi asserit dominus Ardmachanus VI De Paupertate Salvatoris capitulo III,

9, 10. Verba: *sic—susceptibilis* in textu Chrysostomi desunt. 10, 11. *Uti ergo;* Recte: *Ubinam ergo operibus demonstravit.* 15. Cod.: *indige.* 16. *omilia;* Cod.: *omorat-* (sic). 25. Cod.: *ipsummet.* 31. Cod.: *verisimillem.*

7. Opp. tom. VII, 279, 280. 10—15. Very loosely quoted. 16. Opp. tom. VII, p. 769. 36. Cf. Wyclif, De Dominio Divino (ed. Poole), p. 267.

Digitized by Google

probans per hoc quod *Christus fuit vere pauper cum caruit continue proprietate civili.* Non ergo negatur, quando Spiritus Sanctus intendebat quod Christus in passione defecit a proprio reclinatorio de communi aere contentatus sed asserere quod Deus intendit per istam scrip- 5 turam Christum fuisse tam pauperem, quod non habuit locum | civiliter in quo vel caput quiesceret non credo 41[b] esse catholicum. Et illud noto eo diligencius, quod in responsione septem dominorum Anglie audivi respondisse ad peticionem pape qua petit de Anglia a tempore 10 regis Johannis septingentas marcas annuatim de hoc quod regnum sibi tantum per cartam solemnem promiserat. *Cum,* inquit dictus dominus, *papa sit Christi vicarius, qui non potest esse proprietarius, patet quod ex incapacitate pape non ligat vinculum.* 15

Replies of the Lords to the Pope's demand for tribute.

False expositions of Scripture.

Sed redeundo ad propositum patet quomodo ex istis testimoniis sanctorum doctorum tam latinorum quam grecorum patenter docetur, quod illud Math. VIII, 20 et Luc. IX, 58 *filius hominis non habet ubi caput suum reclinet,* negat Christum esse proprietarium civilem sim- 20 pliciter. Unde periculosum est sensum tam strictum et tenacem fingere; quod solum intelligitur per illud: Christum non habere reclinatorium in cruce, cum nec series evangelii nec sancti doctores illud sentenciant. Exponere autem pertinaciter scripturam sacram ad sen- 25 sum alium quam Spiritus Sanctus flagitat est heresis manifesta. Quod autem Christus in persona propria fuit pauper, docetur IV huius racione sanctorum testimoniis et scripturis.

Christ taught poverty by example as well as precept.

Pauca autem sanctorum | dicta prodest hic addere 41[c] preter iam addita. Nam ex quo Christus qui cepit facere et docere docuit tam signanter evangelicam paupertatem, magna fuisset duplicitas et insufficiencia doctrine in eo, si eam in persona propria non observasset. Nam ex declaratis paupertas evangelica perfeccionis maxime est 35 expediens viatori; quomodo ergo non foret in Christo *est et non* contra Apostolum II. Cor. I, 19, si illam

20. *esse;* Cod.: *est.* 35, 36. Cod.: *et expediens.* 37. Cod.: *illum.*

8. Cf. Determinationem Johannis Wyclif de dominio contra unum monachum ed. by Lewis, p. 363. 13. The second lord l. c. p. 366. See Loserth, Studien zur Kirchenpolitik Englands, Sitzungsberichte der Wiener Akademie CXXXVI, 33.

Digitized by Google

adeo commendasset et non in persona sua servasset; factum efficacius docet quam dictum in hoc increpans clericos *quod dicunt et non faciunt*, Math. XXIII, 3: *Super*
K *cathedram Moysi sederunt scribe.* Item, super illo Jeremie
5 XXII, 30 dicto de Jeconia: *Non erit vir de semine eius qui sedeat super solium David* dicit Ambrosius super Lucam libro primo, *Jeconia regnante Babilonii Judeam vastaverant neque postea quisquam de semine eius regnum Judee potuit obtinere. Postea enim populus de*
10 *captivitate dimissus sub sacerdotibus fuit et tetrarchis usque ad Christi generacionem*, et post solvendo scripturam dicit quod *Christus descendit de Jeconia et alio genere regali non regnaturus secundum honorem seculi, cum tamen ipse solus potest sedere super sedem David in*
15 *eternum.* Et ita de ceteris de regno Christi prophetatis.
41[4] Vult | ergo iste sanctus quod Christus regnaret solum spiritualiter manens *pauper*, ut patet Zach. IX, 9 et declaratum V. huius.

Instances of his poverty.

Item, Math. XXI, 17 legitur quod *Christus relictis illis*
20 *abiit foras extra civitatem in Bethaniam, ibique mansit;* quod factum est, postquam reprobavit avariciam sacerdotum negancium sibi cibum. Unde super illo sic scribit Jeronimus: *Intelligendum est*, inquit, *quod Christus fuit tante paupertatis et ita nulli associatus, ut in urbe maxima*
25 *nullum hospitem, nullam invenerit mansionem, sed in agro parvulo apud Lazarum sororesque eius habitabat.* Unde Math. XVII, 23 defuit sibi unde solveret didragma; super quo Jeronimus: *Hoc quidem simpliciter intellectum edificat auditorem, dum auditur dominum tante fuisse*
30 *paupertatis, ut unde tributa pro se et Petro solveret non haberet.*

Item, super illo Joh. XIV, 30 *Venit princeps mundi huius* dicit glossa: *Noluit Deus habere quod perderet nec haberet dyabolus quod auferret.*

35 Item, Beda III° Commentarii sui per Marcum capitulo VIII exponens illud Joh. XII, 26: *Si quis michi mini-*

1. Cod.: *servasset* deest. 7. Cod.: *Babilon.* 24. In textu Hieronymi: *et ira* (sic) *nulli adulatus est.* 25. Cod.: *inveniret.* 26. Cod.: *Lazari.* 28. Cod.: *i ce* = *in celum.* 29. Cod.: *auditore.*

6. Recte: Ambrosius super Lucam lib. III, cap. III. Opp. tom. III, p. 53. 23. Comment. Hieronymi in Matth. XXI, lib. III. Opp. tom. VI, 98. 28. l. c. p. 80. 33. Quae sit ista glossa non apparet. 36. Beda in Marci ev. lib. III, cap. VIII, p. 151.

Digitized by Google

strat me sequatur, dicit quod Christus Jesus cum sit *dominus angelorum nasci tamen per divites noluit in hoc mundo sed pauperes parentes elegit.* |

Unde et Augustinus: *Qui pro illo offerretur defuit,* 42ᵃ
prosperari in hoc mundo noluit, obpropria irrisionesque 5
tolleravit, sputa, flagella, alapas, coronam spineam et crucem sustinuit. Et quia rerum temporalium delectacione a gaudio eterno cecidimus, cum quanta amaritudine illic redeatur ostendit. Anselmus eciam in libro suo De Sacramentis hanc Christi paupertatem describens, gra- 10
datim dicit quod *pro paupertate fuit, ut veniens in mundum non in sua sed aliena nasceretur domo, et natus propter inopiam loci in presepio poneretur brutorum animalium et veniens in mundum haberet non ubi caput suum reclinaret, nec moriens unde suam nuditatem tegeret* 15
nec mortuus unde involveretur nec sepulcrum aut locum ubi corpus mortuum locaretur. Et beatus Bernhardus vel, ut alii dicunt, fuit abbas Alredus Bernhardi discipulus super illud Luc. II, 42 *Cum factus esset Jesus annorum duodecim*, dicit: *Ut te Domine per omnia paupertati nostre* 20
conformares, quasi unus in turba pauperum stipem per hostia mendicabas: Quis enim det me buccellarium illarum mendicatarum participem fieri et illius Domini edulii reliquiis saginari.

The truly poor are lords of the world by grace.

Ex istis veritatibus paupertatis edocti apostoli reli- L
querunt omnia, | quando vocati sunt ad apostolatum, ut 42ᵇ
patet Math. IV de Petro et Andrea, de Jacobo et Johanne, qui vocati statim relictis omnibus secuti sunt eum. Et idem patet de Matheo thelonario Math. IX, 9 et generaliter de duodecim, quos evangelium enumerat Math. XX. 30
Unde Math. XIX, 27 dicit Petrus in persona tocius collegii: *Ecce nos reliquimus omnia et secuti sumus te, quid ergo erit nobis?* Christus autem non solum promittit eis quod sint *iudices sui in die iudicii assessores*, sed *omnes qui aliquid reliquerunt* perfecte octo bonorum 35

9. Cod.: *reddeatur.* 11. Recte: *Pauper vero ita fuit.* 13. Cod.: *brutorum et.* 14. Recte: *vivens in mundo.* 32. Cod.: *relinquimus.* 35. Cod.: *relinquerunt.*

4. Cf. Augustini, Sermonem XIX, Opp. V, 103 et saepe al. 9. Anselmi Cant. archiep. De Sacramentorum Diversitate cap. II. Opp. I. (ed. Migne), p. 554. 20. Locum supra laudatum invenire non potui. Cf. et St. Bernardi De Passione Domini Serm., p. 147.

Digitized by Google

de quibus Math. XIX, 29 promittit *centuplum accipere* in hoc mundo et beatitudinem in futuro. Nam talis reliccio facit christianum pauperrimum dominum mundi ex toto secundum titulum gracie, ut alias exposui.

5 Et ne sophista haberet instanciam, quod non relinquerunt omnia, dicit beatus Gregorius in Omelia communi quod *tot a sequentibus dimissa sunt, quot a non sequentibus concupisci potuerunt.* Et sequitur: *Unde et sancti predicatores studuerunt in hoc seculo nichil diligere, nichil* 10 *unquam appetere, omnia eciam sine appetitu possidere.*

Item, Crisostomus in Commentario suo super Math. XII Omelia XXXIX: *Tu autem admirare discipulos quod ita* 42ᵉ *erant suppressi quod nullam temporalium haberent* | *curam; sed in contemptu ponebant carnis mensam et fame ex-* 15 *purgabantur continua neque ita desistebant; nisi enim vehementer esuries cogeret nequaquam spicas per sata colligentes et manu fricantes pre media comedissent.* Et si obicitur per illud Luc. XXII, 35 *quando misi vos sine pera vel baculo, nichil nobis defuit;* et Act. IV patet quod 20 loquitur de egencia et defectu sonante in deterioracionem. Ista autem fames cessit eis ad commodum, ut Apostolus exponit II. Cor. IV, 8: *Apporiamur id est paupereamur sed non destituimur* (ut dixi superius).

Triple renunciation by the Apostles.

Item, Crisostomus In Imperfecto VIII Omelia notat 25 quomodo *apostoli reliquerunt triplicia, scilicet recia, ut patet de Petro et Andrea, navem et patrem, ut patet de Jacobo et Johanne.* Correspondenter dicit quod *triplicia sunt que generaliter debet relinquere omnis qui venit ad Christum; scilicet actus carnales, substanciam mundialem,* 30 *parentes carnales; per recia enim piscatorum actus carnales relinquendi signantur; per navem autem substancia, per patrem vero omnes parentes.* Et notat hunc ordinem quia prior reliccio est plus necessaria; quod notat Crisostomus Opere Perfecto Omelia LXVI.

M Item, Beda in Commentario super illo Marci II, 14: 42ᵈ *Et surgens secutus est eum* dicit: *intelligens* | *quid sit*

15. In textu Chrysostomi: *Nisi enim fames illos ad modum invasisset, non id utique facturi erant.* 29, 30. Cod.: *substantiam — carnales* deest.

7. St. Gregorii In Evang. Hom. V. Opp. tom. I, 1452. 12. Chrysostomi In Matthaeum Hom. XXXIX, Opp. tom. VII, 432. 24. Recte Homilia septima Opp. tom. VI, LIII. 34. Chrysostomi In Matth. LXV al. LXVI, p. 647. 35. Baeda in Marci Evang. lib. I, cap. II (ed. Col. 1612), p. 105.

Digitized by Google

dominum veraciter sequi relictis omnibus sequitur: Sequi enim imitari est. Ideoque ut pauperem Christum non tam gressu quam effectu consectari posset, reliquit propria qui rapere solebat aliena, perfectamque abrenunciacionis seculi formam tribuens, non solum lucra reliquit vecti- 5 *galium sed et periculum contempsit;* et sequitur: *Tanta cupiditate sequendi Dominum ductus est quod in nullo prorsus vite huius respectum vel cogitacionem sibi reservaret.* Item, Beda libro II° super Lucam VII° capitulo dicit: *Planum est quod non tam plene Matheus sic fecisset,* 10 *si ipsum sic vivere exemplariter non vidisset.* Item, beatus Maximus super illo evangelii: *Quis putas est maior in regno celorum?* dicit hoc modo: *Ideo nudi in seculo nascimur, nudi accedimus ad lavacrum, nudi quoque et expediti ad celi ianuam properemus. Propterea adolescenti* 15 *qui iustus et sanctus videbatur, utpote quia omnia mandata legis implesset a Salvatore dictum est: Si vis perfectus esse, vade et vende* etc. Math. XIX, 21, et *quid,* inquit, *est hoc ad perfectum?* Et respondet: *dicetis usque adeo: nuda virtus aperta est celo ut quamvis sanctus aut iustus* 20 *aurum vel divicias possidens non possit esse perfectus. Aliter enim voluit Dominus adolescentem illum vo | lare* 43ᵃ *ad paradisum, qualis Adam fuerat de paradisi sublimitate deiectus. Nudus enim Adam fuit incola paradysi.* Certum itaque videtur quod illa reliccio stat in abdicacione 25 civilitatis. Unde Leo papa super illo Math. V, 3: *Beati pauperes spiritu; beata,* inquit, *illa paupertas que rerum temporalium amore non capitur nec mundi operibus ditari appetit, sed celestibus bonis ditescere concupiscit. Huius,* inquit, *nobis ymaginem paupertatis exemplum primi post* 30 *Deum apostoli prebuerunt, qui omnia sua sine differencia relinquentes ad vocem celestis magistri a captura piscium in piscatores hominum alacri conversacione mutati sunt.* Item Jeronimus epistola XLVI ad Exuperacium: *Nemo,* inquit, *apostolis pauperior fuit, nemo tantum pro Christo* 35 *dereliquit;* quod verificatur de reliccione perfecta triplicis

1, 2. Cod.: *Sequi—ut* deest. Addidi. 2—4. Cod.: *non tam—aliena* deest. Addidi. 4. Cod.: *perfectam que* deest; ib. Cod.: *abrenuncciacionis.* 9. Cod.: *Lucam.* 12. Cod.: *Maximianus.* 30. Cod.: *nobis* deest. Addidi.

10. l. c. p. 294 seqq. 12. St. Maximi episc. Taur. Sermo CXIV, Migne 57, 756 seqq. Loosely quoted. 12. Math. XVIII, 1. 26. St. Leonis Magni Sermones, Serm. XCV, Migne 54, 462. 34. Epistola XXXV ad Exuperantium Opp. tom. I, 274.

Digitized by Google

boni (ut supra exposuit Lincolniensis); *talis enim perfecta dimissio perfectam signat conversacionem ac per hoc perfectum eorum discipulatum*, ut docet Rabanus super illo Math. IV, 20. *Ac illi relictis retibus*. Quis, queso, christianus tam perfecte dereliquit proprietatem bonorum fortune, bonorum nature cum suis actibus et bonorum anime (que beatus Bernhardus vocat sensum | 43b proprium) sicut apostoli? ipsi enim, dimissa curiositate vaga in scienciis theologie subalternis, scientes quod sancti iudicarunt *se nichil scire, nisi dominum Jesum Christum, in nullo gloriari nisi in cruce domini nostri* N *Jesu Christi* (ut patet I. Cor. II, 2 et Gal. VI, 14.) Tota ergo series utriusque testamenti sicut doctorum testimonia quos Spiritus Sanctus illustraverat in hac parte intelligunt Christum simul fuisse regem spiritualem humanitus et cum hoc pauperem, et sic omnes perfectos eius discipulos esse genus electum regale sacerdocium ad hoc oportere vere esse pauperes quoad mundum.

All the Scriptures and the Fathers speak of Christ as but a spiritual king.

Primum patet per Jeronimum super illud Osee III, 4 quia *dies multos sedebunt filii Israel sine rege*. Exponit autem hoc libro I° de Christo simul rege et pontifice. Et idem sentenciat Beda super Marcum libro IV° et super Lucam libro I° capitulo III° et libro VI° capitulo VIII°; utrobique vult cum Augustino regnum Christi spiritualiter debere intelligi cum determinacione temporalia relinquendi.

Istam autem regulam relinquendi servaverunt religiosi in primitiva ecclesia et post eos omnes privati religiosi concorditer sicut adhuc servant saltem verbaliter. Unde 43c Jeronimus ad Julianum epistola | CX dicit: *Nichil tibi ex omnibus metu inopie reservaveris, ne cum Anania et Saphira dampneris. Scio autem quod hoc apostolice dignitatis est et eius qui vult esse perfectus*. Item, Epistola XCIV ad Elbidiam De duodecim questionibus questione I in principio: *Interrogas quomodo quis perfectus esse possit:*

Testimony of St. Jerome.

2. Cod.: *conversacionem*. 3. Cod.: *disciplinatum;* ib. Cod.: *ut do*. 8. Cod.: *sic apostoli enim ipsi*. 9. *subalterius;* ita cod. 13. Cod.: *testamenti sint doctorum*. 30, 31. Cod.: *tibi ob victum inopie*. Correxi e textu Hieronymi.

3. Rabani Comm. in Matth .Lib. II, Cap. IV, Migne 107, 791. 20. Comm. Hieronymi in Osee lib. I, cap. IV, Opp. tom. V, 102. 22. Baeda ubi supra. Aug. Opp. I, 27, et saepe alias. 30. Hieronymi ad Julianum consolatio Ep. XXXIV, Opp. I, 269. 33. Opp. tom. III, pag. 222.

Digitized by Google

Ego tibi domini nostri voce respondebo. Si vis perfecta esse, vade et vende; non dicit: da filiis, da fratribus, da propinquis, quos et si haberes, Christus tamen illis iure preferri debet, sed da pauperibus; Christus pascitur, qui cum dives esset pro nobis factus est egenus et pauper de se dicens Psalm. XXXIX, 18: Ego autem mendicus sum et pauper. Et idem dicit Epistola CXIX ad Principiam, et idem patet Epistola XLIV ad Exuperantium: *Si fieri potest imitare Yoseph et Egipcie domine, pallium relinque ut nudus sequaris Deum salvatorem dicentem: nisi quis tulerit crucem suam et secutus fuerit me, non potest meus esse discipulus; proice sarcinas seculi, nudus ad celum evola. Si enim qui habent possessiones et divicias iubentur omnia vendere et dare pauperibus et sic sequi salvatorem, dignacio tua aut dives est et debet facere quod preceptum est | aut tenuis et non debet querere quod erogatura est.* 43[a] *Nemo autem apostolis pauperior fuit et nemo tantum dereliquit.* Item Epistola VI ad Rusticum monachum: *Sectare vestigia apostolorum quos sacerdocium et humiliores facit et pauperiores. Si vis perfectus esse, exi de patria cum Abraham et de cognacione tua et perge quo nescis: si habes substanciam, vende et da pauperibus, si non habes, gravi onere liberatus es, nudum Christum nudus sequere; durum grande difficile sed magna sunt premia.* Talia sunt quotlibet dicta et facta sanctorum patrum idem testancia.

Grace was given to the disciples, 1. in cutting off those who broke the law of poverty;

Ulterius nedum ex natura et scriptura huius paupertatis commentacio declaratur sed tercio ex gracia quam Christi discipuli sequentes hanc doctrinam habuerunt. Nam persone laice palliantes se profiteri hanc religionem extincti sunt, ut patet de Anania et Zaphira Act. V, quod dictum est in primitivis huius legis. Ad eius confirmacionem ut factum est de lapidacione colligentis ligna in sabbato, sicut exposui III huius, capitulo . . . Nec fingatur per hoc non fuit ecclesie magna gracia, cum fuit miraculosa renunciacionis civilis et evangelice paupertatis testificacio. Et revera ecclesiam | sic castigari 44[a] per extinccionem membri putridi est signum amoris precipui, cum Apoc. III, 19 dicitur: *Ego quos amo arguo et castigo.* Unde quod hodie abicientes legem Christi

36. *fingatur;* adde: *quod.*

7. l. c. I, pag. 143. 8. l. c. pag. 173. 18. l. c. I, pag. 49.

Digitized by Google

inpunes permittuntur, est signum quod tamquam desperati extra Dei proteccionem vagari permittuntur.

O Secunda testificacio gracie commendantis hanc regulam est, quod ille qui *apperuit discipulis suis sensum ut intelligerent scripturas* Luc. XXIV, 45 misit eis Spiritum Sanctum docentem eos omnia, ut publicarent hanc regulam quam ex factis et verbis Christi didicerant. Quod si queratur ex qua scriptura istam communionem fundaverant, dicitur ex reliccione vel renunciacione omnium, quam Christus preceperat, ut superius allegavi. Tantum enim ponderant verba scripture de virtute sermonis, qui precipit suis omnia relinquere, non solum genera singulorum sed singula generum, quod oportet intelligi, quantum ad proprietatem civilem omnia talia reliquerunt apostoli, ergo docentes scriptura et opere hunc esse sensum dictorum Christi manifeste docent quod illa est sentencia ortodoxa. Et ecclesia contestatur in Clementinis de verborum significacionibus per Clementem V *Exivi de paradiso,* confirmando regulam
44b fratrum Minorum, | quod et prius per Nicholaum III in VI De Verborum Significacionibus *Exiit.* Et idem senserunt multi probati Romani pontifices. Et patet, periculosum est palliare sensum extraneum tam directivo articulo fidei, cum Augustinus libro De Heresibus LXVIII affirmat quod *opinio nudis pedibus ambulancium idcirco solum est heretica, quod testimonia divina erronee intellexit.*

2. in the gift of the Spirit enlightening them;

Tercium vero signum gracie confirmans istam sentenciam est fructus. Nam virtute eius religionis conversa est maior pars mundi per manifestissima miracula a vita voluptuosa ad vitam pauperem odiosissimam per paucos homines mundo abiectos, quod Augustinus credit esse unum de maioribus miraculis que Christus fecerat; cum ergo conversacio clericorum iam declinans seculariter ad huius paupertatis oppositum dominum christianismum, evidentissime sequitur legis paupertatis

3. in the fruit of their labours.

15. Cod.: *scripturam.* 16. Cod.: *doctorum.* 35. *dominum* (sic); Cod.: *dom*; an loquendum: *ad dolandum?*

19. Clementinarum lib. V, tit. XI, De verborum significatione cap. I. 21. Sexti Decret. lib. V, tit. XII, cap. III. 24. St. Augustini Opp. tom. VIII, 21: *ideo est haeresis, quia non propter corporis afflictionem sic ambulant sed quia testimonia divina taliter intelligunt.*

Digitized by Google

approbacio et legis civilitatis deterioracio. Unde et ecclesie dotacio quesita est per theologos ex observancia legis Christi, ut patet de beato Silvestro. Et si non fallor est ex eorum desidia deperdenda, nam vinculum colligans iuste quoad clericos et permissive quo | ad 44[a]
dominos fundatores est professionis servacio, quod vinculum in vocatis clericis ex theologorum desidia plurimum est disruptum.

Poverty the most important point in all rules of orders.

Ex istis colligitur quod omnes regulares profitentes aliquam harum trium regularum et per consequens 10
omnes religiones debent profiteri atque defendere tanquam caput sue regule hanc evangelicam paupertatem. Quod si palliant propter divicias seculi vel honores, manifeste ostendunt quod plus affecti bonis fortune quam ordini, plus capillis quam capiti, deficiunt ut sic a suo 15
ordine et per consequens contra professionem suam, plus amantes minus amabile apostatando perdunt dominium illius quod causa prepostere prosequitur.

CAPITULUM OCTAVUM.

Cum dominus Armachanus videatur multum adversari A
isti sentencie VI° libro De Pauperie Salvatoris, et Deus noster non est Deus dissensionis sed concordie, ac plurima dicta doctorum, visa discordia stant in equivocacione terminorum, notandum est quod multi laborant

What poverty is.

in equivocacionibus paupertatum. Quandoque enim 25
pauper dicitur parum potens et sic recipit ultra hoc quod inops gradus quotlibet comparandi, | patet quod 44[a]
quot modis contingit creaturam racionalem habere bona, tot modis contingit esse creaturam racionalem pauperem, de qua materia dixi III huius XII capitulo et sepe alias; 30

Poverty towards God and towards the world.

possunt autem dives et pauper subdividi in divitem et pauperem in Deum, divitem et pauperem quoad mundum. Sicut ergo ille est dives in Deum qui habendo Christum habet omnia, ut dicit Apostolus Rom. VIII, 32, sic ille est pauper in Deum qui deficiendo a prima iusticia 35

9. Cod.: *omnis*. 10. *regularum* twice. 11. Cod.: *debet*. 18. *quod causa;* ita cod. 26. *recipit;* ita cod. 32. Cod.: *aut pauperem* after *divitem*.

21. See Wyclif's De Dominio divino Appendix p. 266—270.
30. De Civili Dominio I, 80—88.

Digitized by Google

deficit a quocunque titulo iusto simpliciter aliquid possidendi; primo modo alloquitur Apostolus christianos I. Cor. I, 5: *In omnibus*, inquit, *divites facti estis*. Et tercio modo dicitur Apoc. III, 17 episcopo Laodicie ecclesie; *Dicis*, inquit, *quia locuples sum, et nullius egeo et nescis quia tu es miser et miserabilis et pauper* (ut alias exposui.)

Poor and rich are relative terms and so not mutually exclusive.

Patet secundo quod non obest quod idem sit simul in unum dives et pauper, sicut magnum et parvum opponuntur quodammodo relative; sic enim Tob. IV, 23 dicit senior minori: *Pauperem vitam gerimus;* et tamen certum est quod habuit aliqua quoad mundum. Et primo loquitur scriptura Apoc. II, 9 episcopo Smirne ecclesie: *Scio*, inquit Christus, *tribulacionem tuam et paupertatem*
45b *tuam, sed dives es; et* | *blasfemaris ab hiis qui se dicunt Judeos et non sunt.* Et nunc de nobis confitentibus paupertatem evangelicam nullus blasfemat alium in ea propter affeccionem proprietatis civilis. Possunt autem utrumque istorum membrorum subdividi in sua generalitate analoga, ut sonat in bonum vel malum. Unde Lincolniensis dicto XCIV habitus possessionum et amor minimus adiunctus, quasi materia quedam et forma concurrentes, culpabiliter divitem componunt. Et sic loquitur dominus Math. XIX, 24: *Facilius est camelum intrare per foramen acus quam divitem in regnum celorum* et Jac. ultimo: *Agite nunc divites, plorate ullulantes.* Talem autem voco nuncupative divitem quoad mundum, alium autem voco divitem simpliciter quoad mundum. Secundo habent quidem secularitер possessiones, sed moderata affeccione cor eis apponentes. Talis autem fuit Joseph ab Arimathia, de quo Math. XXVII, 57; de quo dicit glossa interlinearis quod ille quo dicior eo laudabilior, et sic divites erant patres veteris testamenti.

Riches of less importance than the temper in which they are regarded.

B Ex isto elicit Lincolniensis istam conclusionem quod quanto mundo dives minus temporalibus amore adheret, tanto melius illis uti potest, quia, ut dicit Augustinus: *Nemo potest rebus bene uti quibus carere non potest;*
45b correspondenter paupertas ut sonat in bonum | est abdicacio temporalium, ut pauper complecius et liberius feratur in Deum; sed ut sonat in malum dicit tempo-

32. Cod.: *interliniaris.*

26. Jacobi V, 1. 37. Cf. Opp. St. Augustini III, 1, 53.

Digitized by Google

ralium carencia ad deficientis incommodum, vel quia deficiens inordinate ea cupit vel quia contra deficienciam remurmurat, vel quia habentibus invidet, aut racione defectus incommodi alio vicio maculatur.

God only is truly rich.

Ex istis elicit Lincolniensis primo quod cum vere divicie sint naturam racionalem sine indigencia habere sibi bona; patet quod solus Deus est per se dives, sicut dicitur epistola II et III. Sola quidem natura divina ex se et per se habet omnia, sic quod inpossibile est quidquam sibi deficere; ideo non potest esse pauper formaliter; quamvis enim sit pauper, quia Christus pauperrimus, non tamen potest pauperari.

The creature is rich according to its part in God, i. e. in true wisdom.

Tercia conclusio Lincolniensis est quod creature racionales de tanto sunt vere divites, de quanto ipso qui est per se dives participant. Ex quo sequitur quod cum sola participacio vere sapiencie vere divites facit quod paupertas culpabilis non est nisi sapiencie carencia, quia nemo vere eget aliquo, nisi sapiencia, cuius carenciam non facit nisi stulticiam et peccatum. Nam viator sapiens omnia adversa tolerat pacienter, ideo non faciunt illum miserum, sed reddunt pocius clariorem.

Distinctions made by Grosseteste.

Tercio vero modo dicuntur pauper et dives mixtim | quoad spiritum vel carenciam bonorum extrinsecorum 45r vel eorum habicionem, ut inordinate volentes habere civiliter temporalia et non habentes dicit Lincolniensis non materialiter sed formaliter divites, ut dives sonat in malum, et inordinate affectos diviciis quas occupant vocat materialiter et formaliter sic divites. Eos autem qui iuste occupant temporalia vocat divites moraliter sed non formaliter, ut dives formaliter dicit inordinatam animi affeccionem, et sic tripliciter dicitur pauper, scilicet materialiter et formaliter, ut carens temporalibus et volens carere ipsis civiliter; materialiter et non formaliter, ut involuntarie habens eorum carenciam vel tercio formaliter et non materialiter, ut habens divicias sine eorum affeccione in ordinata.

Fitz-Ralph takes poverty in the vulgar sense.

Dominus autem Ardmachanus dimittens has proprias terminorum significaciones capit secundum usum vulgarem paupertatem pro carencia temporalium in natura ditabili, que potest esse vel voluntarie vel involuntarie

2. Cod.: *contrata (talem?)*

7. Cf. De Dominio Divino, p. 218 et alias.

Digitized by Google

in actu vel habitu ex titulo civiliter vel titulo innocencie; et tunc probat capitulo III sexti libri De pauperie; quod accipiendo paupertatem pro huiusmodi carencia que implicet possessionem aliquam, ut interpretacio
45[d] nominis sonat, non est dare | gradum maximum paupertatis, cum possessum sit divisibile in infinitum; quod sequitur nisi ponatur temporale in indivisibile possideri et compositum contingi ex non quantis.

C Probat secundo accipiendo paupertatem pro strictitudine usus; nemo potest observare artissimam paupertatem, quia nemo est tam parcus in usu quin possit vivere parcius. Ymmo cum secundum variacionem persone, loci et temporis oportet parcitatem racionalem variari, stulticia foret communitatem obligare pro suo perpetuo ad gradum huiusmodi singularem, ymmo probat IV capitulo quod Christus non observavit istum gradum, cum nunc fuit sic dicior et nunc pauperior, ut patet de pecuniis quas nunc habebat Joh. XII et nunc ei defuerunt Matth. XVII in solvendo didragma. Unde quoad gradum vescendi saciavit multa milia hominum de hiis que superfuerant fragmentorum; patet Marc. VI et VIII de duobus Christi conviviis. Sed quia parum sunt ad difficultatem paupertatis evangelice que est virtus et non privacio, ideo infra capitulo ultimo inculcat quinque gradus paupertatis habitualis laudabilis: primus cum quis servata humilitate servat sibi dominium civile, nullum ius abiciens, ut domini seculares; secundus cum quis omnem proprietatem personalem abdicans retinet |
46[a] civilitatem pro suo collegio ut communitates claustralium possessionatorum; tercius quando persona omni civili dominio abiecto solo iure utendi civili proprio contentatur, ut vendicans dominium vel quodvis usibile ex conduccione, prestacione vel actu consimili solum ad tempus; quartus quando communitas abiecto omni civili dominio solo iure civili utendi communiter contentatur, ut collegium vendicans solum usum rei ex donacione domini servantis sibi dominium; quintus gradus artissimus cum quis abdicato omni iure civilis dominii vel utendi solo originali dominio cum iure sibi conformi, quo iustis sunt communia cuncta, contentatur. Et istam pauperiem altissimam et statui innocencie conformissimam

Or again he takes poverty to mean sparingness in use.

Five degress of poverty.

8. *compositum; compō* in cod. 24, 25. Cod.: *quintum gradum.* 34. Cod.: *quartus quin quin.* 39. Cod.: *conformi contentus.*

Digitized by Google

servarunt (ut asserunt) Christus et sui apostoli. Unde quasi iuventute aquile renovatus exultat, quod si nisi corpore saltem spiritu gloriose sue primeve originis legibus Jesu dulcissimi ducis christianorum adductus se valeat conformare. Unde capitulo XVIII querendo si Christus habuit civile dominium, asserit quod foret superfluum, quod Christus habuisset civile dominium, cum ad usum rerum necessariarum suffecisset originale | dominium. Et hoc (asserit) in Christo in nullo casu 46b potuit esse necessitas, indigencia sive utilitas civilis dominii, sive alterius iuris utendi, et capitulo XXXII asserit, quod apostoli non erant alternatim diciores, eo quod noluerunt nisi sine peccato velle potuerunt, habere titulum quo potuerint sic ditari. Et respondit ad argumentum factum IV De Questionibus Armenorum quod non intendebat ibi dicere, quod Christus dominatus fuit civiliter, sed quod propinquitatem sanguinis ad David, quod est quasi materiale in civili domino, cuius formalis Christus non fuit capax (ut exposui superius V capitulo).

Duns Scotus. Et Doctor Subtilis in questionibus De Perfeccionibus statuum dicit: *Inpossibile est ut iste qui habet usum cum possessione eque perfecte utatur rebus temporalibus sicut ille qui tantum vult habere usum;* quod oportet cointelligere cum originali dominio in quo usus fundetur. Et doctor Bonaventura idem sentenciat faciens ad hoc hanc evidenciam: *Christus nichil accepit de natura humana, quod racione peccati inest nisi penalitatem, cum ergo dominacio civilis racione peccati inest nature humane et non sapit penalitatem, sed gloriam mundanam quam Christus non quesivit, talis dominacio non sibi infuit. Et cum antecedens sit necessarium, sequitur quod et consequens.* Et gaudebam, | quando in scriptis horum pugilum habui testi- 46c monium evangelice paupertatis, quam in quinto huius expresseram. Addit autem Lincolniensis dicto XCIV: *Sapiens,* inquit, *non eget mundana proprietate, quia divicie habite non tollerent eius miseriam cum nulla est, nec facerent eum beaciorem, quia pocius adversitates sunt sapienti divicie, quia in hiis gloriatur in quantum iuste sunt bone evidentes et purgative.* Temporalia itaque sunt

8. Cod.: *necessarium.* 17. *sed quod;* adde: *habuit.*

21. Doctor Subtilis i. e. Duns Scotus.

Digitized by Google

false divicie, ut ostendit Boecius in De Consolacione Philosophie, quia nec veram indigenciam auferre possunt nec partem beatitudinis auferre, sed pocius distrahendo a celestibus alliciunt ad terrena.

Those who are truly poor possess all things, as if they were in a state of innocence.

5 Ex istis secundo elicit dominus Ardmachanus questionem quam dicit esse mundanis mirabilem, scilicet quod utentes precise eisdem ditandi positis principiis formalibus servant pro statu presentis miserie altissimam et artissimam paupertatem, quibus innocenter viventes in
10 statu ingenuo sue primeve originis ditissimi extitissent. Cuius sensus dependet super isto, quod in statu innocencie pure fuisset naturale civile dominium, et tamen, cum omnium innocencium fuissent omnia, habuissent super totum mundum eque plene naturale dominium;
15 nunc autem sequentes artissimam evangelicam pauper-
46d tatem; | ex eisdem principiis sunt igitur pauperes, quia ex nudo usu moderato et titulo gracioso originalis iusticie contentati et indubie secundum Apostolum *in omnibus divites facti, cum sint omnia possidentes.* Ego
20 autem reor quod oportet addere post lapsum sic pauperibus ac divitibus voluntariam pacienciam et penalem, ac racione illius copiosius dominium quam habuissent in statu innocencie, ut patet ex primo tercii huius. Ex quo patet ulterius, quod paupertas evangelica infert
25 maius dominium quam aliquid ad quod quis secundum civilitatem potest attingere. Ideo Christus qui non potuit sanare nisi totum hominem non potuit ditare tam parco
E dominio. Quod autem Christus fuit pauper, probat doctor capitulo secundo testimonio triplici scripturarum, primo
30 per illud Zach. IX, 9: *Ecce rex tuus venit tibi iustus et salvator, et ipse pauper.* Secundo ex dicto Apostoli II. Cor. VIII, 9, ubi dicit quod *Christus factus est pro nobis egenus et inops;* tercio vero per illud Math. VIII, 20: *Filius hominis non habet ubi caput suum reclinet.*

Christ was poor in the highest degree.

35 Ex istis videtur michi tercio plane sequi quod Christus (ut dixi in fine IVi huius) nedum fuit pauper sed eciam summe pauper; probatur primo ex sentencia domini
47a Ardmachani qua dicit quod vixit secundum | altissimam et artissimam paupertatem in qua, sicut nec in diviciis
40 innocencie sibi correspondentibus, non fuisset gradus

13. Cod.: *innocentum.*

23. De Civili Dominio p. 1 seqq.

Digitized by Google

excessus possibilis. Nemo enim est pauperior in illo genere quam creaturam racionalem omnino nichil habere civiliter; et istud credo Spiritum Sanctum notasse nobis per inopiam Christi. Inops enim dicit ultra paupertatem simplicem opum carenciam, sine gradibus comparandi. 5 Secundo concordat cum isto dictum Jeronimi et Lincolniensis in proximo capitulo, quorum primus sepe dicit quod *pauperior apostolis nemo fuit*, et secundus sepe dicit quod *Christus fuit pauperrimus;* quod secundum Lincolniensem potest verificari tripliciter, primo quoad 10 paupertatem spiritus quo Christus infringibili abdicacione determinavit se ex maxima caritate nichil unquam habere civiliter quam virtutem quantum ad fervorem, quantum ad temporalium carenciam civilem et quantum ad parcitatem usus, ut patet in XLIV° sub hiis verbis: *penalitates,* 15 inquit, *huius vite quia consistunt in defeccione et privacione bonorum que congruunt homini secundum statum glorie in quantum huiusmodi paupertates dicuntur et secundum hunc modum tanto quis est pauperior, quanto hiis penalitatibus plenior.* Unde Christus secundum hunc 20 modum fuit pauperrimus, quia non fuit dolor penalitatum similis sicut dolor eius; et hoc | modo dicitur de Christo 47b Tren. III, 1: *Ego vir videns paupertatem meam.* Tercia est paupertas ad sensum tropologicum, qua esurienti et sicienti complementum iusticie in facientibus voluntatem 25 Dei deficit; qui sic esurientem quoad suam capacitatem saciet; et sic Christus licet fuit continue quoad se ipsum plene refectus, tamen deficit sibi pastus in membris. Unde quando ter flevit, ploravit principaliter istam esuriem et per consequens isto modo quo scriptura 30 sepe loquitur de Christi cibo, Christus fuit pauperrimus.

It is heretical to doubt Christ's poverty.

Ex istis patet scrutanti profundius quod nedum est catholicum quod Christus fuit pauperrimus, sed pertinaciter defendere oppositum est manifeste hereticum.

Secunda pars patet ex descripcione heresis, quarto 35 huius VII° capitulo declarata. Nam sic defendere *est dogma falsum, scripture sacre contrarium, pertinaciter defensatum.* Sed ad illud facit dominus Ardmachanus

9. Cod.: *pauperius.* 13. Cod.: *virtute.* 15. *XLIV sc. dicto.*

36. De Civili Dominio II, 58—69. 36. Haec est definitio haeresis, quam saepe invenies in opp. Johannis Wyclif et Lincolniensis. Cf. De Civili Dominio I, 393, II, 58 et al.

Digitized by Google

specialiter triplicem racionem; primo ex triplici testimonio scripture qua concipit ipsam asserere quod Christus non fuit civilis proprietarius; secundo ex epistola beati Clementis qui conversus cum apostolis et asserens quod
5 *didicit ab eis illam sentenciam* elicit ut ista sentencia
47ᵃ inter catholicos seminetur, et iste sanctus martir | et papa et tantus theologus est testis necessarius in hac
F parte; tercio ex determinacione ecclesie in decretali in Sexto De Verborum Significacionibus *Exiit*, in qua
10 Nicolaus tercius sic loquitur: *Cum vera ipsa regula dicat, quod fratres sibi nichil approprient, nec domum nec locum nec aliquam rem, sitque declaratum per predecessorem nostrum Gregorium nonum et nonnullos alios hoc servari debere tam in speciali quam in communi; quam sic artam*
15 *abdicacionem venenosis obtrectacionibus aliquorum insensata depravat astucia: ne fratrum eorum perfeccionis claritas in talium inperitis sermonibus laceretur, dicimus quod abdicacio proprietatis huiusmodi omnium rerum tam in speciali quam in communi propter Deum est meritoria*
20 *et sancta; quam eciam revera Christus viam perfeccionis ostendens verbo docuit et exemplo firmavit, quamque primi fundatores militantis ecclesie prout ab ipso fonte hauserant volentes perfecte vivere per doctrine ac vite exempla in eos derivarunt.* Et sequitur: *Cum in rebus temporalibus*
25 *sit considerare doni proprietatem, possessionem, usum fructum, ius utendi et simplicem usum facti, et ultimo tamquam necessario, licet primis carere possit vita mortalium, nulla prorsus potest esse professio que a se usum*
47ᵇ *necessarie sustentacionis ex | cludat. Verum condecens est*
30 *professioni, que sponte dicit Christum pauperem in tanta paupertate sectari, omnium a se abdicare dominium simplici usu necessariorum contenta.* Et exponit consequenter regulam seriose, a qua exposicione determinat esse illicitum declinare. Unde prius loquens de fratribus
35 Minoribus ita scribit. *Hii sunt*, inquit, *illius sancte regule professores, que evangelico fundatur eloquio, vite Christi*

St. Clement's testimony to Christ's poverty.

Decretal says friars may have only use, and that only of necessaries.

5. Cod.: *allicit.* 12. Cod.: *rem sic declaratum que.* Correxi e textu Decretalis. 15. Cod.: *abstraccionibus.* 16. *depravat.* Decret.: *damnaverit.* 17. Cod.: *dicimus que.* 21. Cod.: *quamquam.* 23. Cod.: *inolentes.* 23, 24. Cod.: *ac vite ipsorum alutos* (sic). Correxi. 24. Cod.: *in* deest. Addidi. 26—28. Cod.: *facti cum ultimo non potest carere vita mortalium.* Correxi e textu decret. 29. Cod.: *Verum condentes.* 30. Decret.: *sponte devovit.*

5. Cf. Serm. I, 64; III, 110: IV, 474. 9. Vidé supra p. 107. 35. l. c. in exordio decretalis.

Digitized by Google

roboratur exemplo fundatoris militantis ecclesie, apostolorum eius sermonibus actibusque firmatur. Et iterum: *Hec est aput Deum et patrem munda et inmaculata religio, que descendens a patre luminum per eius filium exemplariter et verbaliter apostolis tradita et demum per Spiritum Sanctum beato Francisco et eum sequentibus inspirata tocius in se quasi continet testimonium Trinitatis. Hec est, cui, attestante Paulo, nemo de cetero debet esse molestus, quam Christus passione sua et stigmatibus consignavit.* Cum ergo ecclesia in decretali ista determinat quod artissima paupertas quam fratres observant fuit a Christo fontaliter et ab apostolis rivaliter derivata, manifestum est quod intendit Christum ipsam servasse in summo et per consequens oportet vel *pertinaciter defendentes* | *ipsam vel pertinaciter defendentes* eius oppositum, si sciunt tales *esse hereticos.* Sed secundum est probabilius, cum illa decretali sic scribitur: *Cum ergo ex predictis et aliis per nos cum multa maturitate discussis regula ipsa licita, sancta, perfecta et observabilis, nec ulli patens discrimini evidenter appareat: illa et omnia suprascripta per nos statuta et ordinata, concessa et disposita, decreta, declarata et suppleta de apostolice plenitudine potestatis approbamus, confirmamus et volumus existere perpetue firmitatis.* Et item: *Ne secundum predicta contra detractores huiusmodi contingat ulterius laborare, universis cuiuscunque preeminencie condicionis ac status districte precipimus ne contra predictam regulam et statum predictorum fratrum seu contra premissa per nos statuta, concessa, disposita, decreta, declarata, suppleta, approbata et eciam confirmata dogmatisent, scribant, predicent seu prave loquantur publice vel occulte.*

Armachanus. Propter ista et excommunicacionis sentenciam quam ipsam ex certa sciencia infert in adversantes isti sentencie tenet dominus Ardmachanus capitulo duodecimo, sexto libro suo De Pauperie ipsam questionaliter sub hiis verbis: *Istam,* inquit, *speciem paupertatis al* | *tissime tenuit Salvator noster, eandem sui apostoli tenuerunt, quam*

1. Cod.: *fundatorum.* 21. Cod.: *subscripta.* 24, 25. Cod.: *Ne sedem apostolicam contra.* Correxi e texti decret. 27. Cod.: *regulam* deest. 35. Cod.: *libro sui.*

17. In fine decretalis. 35. Cf. Wyclif De Dominio Divino p. 267. Textus libri sexti mihi ad manum non est.

Digitized by Google

eciam fratres Minores (exemplatum modum vivendi in evangelico traditum imitantes et modum vivendi apostolorum in libro Actuum ipsorum expressum et quam beatus Clemens in auctoritate de ipso allegata descripsit) se asserunt secundum suam regulam observare debere. Et II, 24 dicit: *Et sui apostoli conformando vitam suam legibus abdicacionis temporalium paupertatem artissimam tenuerunt.*

To exercise civil judgment is to rule.

Et ex istis videtur michi sequi, cum Christus nedum non iudicavit civiliter sed inpossibile fuit ipsum civiliter iudicare, quod asserere et pertinaciter defendere quod iudicavit civiliter est error periculosus, religionis Christi seculariter tardativus. Quod autem sit inpossibile Christum iudicare civiliter, sic ostendo: Nemo potest iudicare civiliter nisi qui potest dominari civiliter, patente minori ex declaratis hic et VI capitulo. Maior sic ostenditur: Si homo iudicat civiliter, et omne sic iudicare est regere, sequitur quod ille homo regit civiliter; non enim est aliud regere pertinens ac civiliter iudicare. Et patet consideranti quiditatem regiminis, quod inter omnes actus civilis regnacionis sive regiminis iudicare civiliter
48* est actus precipuus; per hoc enim regitur | respublica in civili iusticia et persona rebellis humanis legibus cohercetur; quod pertinet ad regem et dominum secularem. Patet ergo ex logica: Si homo iudicat seculariter sive civiliter et non iudicat nisi qualiter vivit et tunc vivit civiliter.

To execute existing law would not have befitted Christ, who taught a better law.

H Item, superfluum fuisset in Christo ius civiliter dominandi, quod cum inconveniens fuisset Christo ponere ipsum in effectum, sic per idem potestas civiliter iudicandi, cum tantum inconveniens fuisset Christum posuisse id iudicium in effectum; cum enim Christus habuit legem propriam meliorem non indigentem autenticacione in ipso ponente legis sue iudicium in effectum, increpandus multum foret si dimitteret legem meliorem innitendo legi minus ydonee quam minus approbat, specialiter cum venit ad retrahendum homines a proprietate gentili circa quam specialiter lex civilis est solicita, ut ostendi

1. *exemplatum.* Cod.: *ex*^{m}. 3. Cod.: *est expressum et quam.* 6. Cod.: *confirmando.* 9. Cod.: *nodum.* 19. Cod.: *ad civiliter.* 30, 32, 34. *an effectu?*

6. In cap. supra memorato hic locus non extat.

Digitized by Google

diffuse capitulo XVI quarti huius. Et istam sentenciam inculcat dominus Ardmachanus VI De Pauperie II capitulo sub hiis verbis: *Si Christus civile dominium habuisset in regno, tunc veraciter fuisset iudex constitutus ad faciendum iusticiam legis civilis super civili dominio, cuius contrarium ipse ostendit | cum sibi dicente: Magister dic* 48[a] *fratri meo ut mecum dividat hereditatem, respondit: O homo, quis me constituit iudicem ac divisorem super vos? Luc. XII, 14.* Ideo (ut dixi superius) Christus in causa non civili sed spirituali, speciali de muliere deprehensa in adulterio Joh. VIII, 11 noluit iudicare secundum legem veterem iudicialem, qua limitatum est huiusmodi lapidare sed secundum legem propriam que est velle misericordiam.

Alternative difficulties as to Christ's acting.

Item, si Christus iudicasset humanitus secundum iura civilia vel ut auctor eorum vel tanquam commissarius aut ballivus; si maior eorum, tunc fuisset principalis iuris civilis conditor et sic ius civile non fuisset ius civile sed evangelicum, ut patet cuicunque distinguenti inter hec iura. Si autem tanquam commissarius cesaris aut alterius domini secularis, tunc fuisset domino temporali civiliter subiectus; quod repugnat statui innocencie, nec tunc fuisset conveniens legifer legis solennissime, que est *novum et eternum testamentum*, ymmo Math. VII, 29 docetur, quod *erat docens eos tanquam potestatem habens et non sicut scribe eorum et Pharisei*, et per consequens multo magis non ut iusticiarius temporalis domini vel ballivus. Unde Crisostomus Omelia XXII Operis | Inper- 49[a] fecti: *Omnis*, inquit, *alius doctor servus est legis, quod neque super legem potest addere aliquis de suo sensu, neque subtrahere aliquid secundum proprium intellectum sed hoc tantummodo predicat quod habetur in lege.* Non enim potest mens humana directivare quod sapiencia divina dictat. Sic enim ait Salomon: *Ne addas ad verbum Domini neque detrahas inde*, quia qui hec ausus est facere se sapienciorem putat esse quam Deum et incipit falsus esse testis, quia illud dicit quod *nec auris audivit nec oculus vidit*, dominus autem legis et subtrahere potest de lege quod propter necessitatem temporis iussit, ut

33. *directivare;* ita cod.

1. De Civili Dominio II, pag. 209. 28. Rectius XXI, Opp. tom. VI, CI. 34. Prov. XXX, 6. 37. I. Cor. II, 9.

Digitized by Google

puta propter duriciam cordis iussum fuerat dare libellum repudii: Dominus quasi potestatem habens istud subduxit, dicens, *homo non separet.*

I Item, et additur quod propter infirmitatem hominum fuerat iussum, ut puta antiquis dictum est: *Non occides, ego autem dico vobis non irasci;* mirabantur ergo, quia non quasi servus legis sub potestate constitutus id docebat quod fuerat iussum, sed quasi dominus legis et habens potestatem sua auctoritate addebat supra quod fuerat dictum, dicens: *Antiquis dictum est hoc; ego autem dico hoc.*

Ex istis patet, cum non decuit Christum esse servum
49b legis veteris iudi|cando, multo magis non decuit ipsum esse servum legis extranee, iudicando secundum ipsam commissarie, licet tam legi veteri quam cesaris pacificando voluit obedire. Quod autem iste error sit a religione evangelica distractivus, ex hoc evidet, quod christiani ad conversacionem secularem nimis proni declinant irreligiose ad seculum, faciendo quod nec est a Christo nec a suis apostolis exemplatum; multo magis palliarent hoc clerici intendentes humanis legibus dimissa lege Christi, si hoc crederent fuisse a Christo personaliter exemplatum.

Grosseteste teaches that the king may not make clerks serve him as judges.

Unde Lincolniensis epistola LXXIII docet ex scriptura quod rex Anglie non habet potestatem ad coercendum abbates vel clericos officium, iusticiam vel seculare iudicium exercere, adducens ad hoc textum Apostoli precipientis I. Cor. VI, 4: *Secularia iudicia si habueritis, contemptibiles qui sunt in ecclesia, illos constituite ad iudicandum;* contemptibiles, id est, inferiores ut laycos et non clericos; elicit de exposicionibus Gregorii et Bernhardi ut diffuse prosecutus sum in quarto huius, XIV capitulo.

Evangelical poverty has nothing to do with possession.

Sexto colligitur quod paupertas evangelica est in-
pertinens possessioni temporalium, sed modo habendi
49c respiciens cum augmento diviciarum | nunc augeri nunc minui potest, sicut econtra cum privacione earum potest minui nunc augeri; pro quo notandum est, quod sicut necesse est in omni homine virtuoso habitu inclinante

5. Cod.: *minus iussum.* 25. Cod: *ad cognoscendum.* 37. Cod.: *potest nunc* after *minui* deest.

3. Matth. XIX, 6. 5. Matth. V, 21. 33. De Civili Dominio II, 175.

Digitized by Google

quem philosophi virtutem appellant, sic in omni viatore evangelice paupere necesse est ponere virtutem moderantem appetitum sic pauperis circa divicias, et per consequens cum sit qualitas et sic accidens absolutum non dependens ab affluencia vel carencia temporalium, sequitur quod non proposicionaliter ad illa diminuitur vel augetur. Unde et istum habitum sensit Apostolus Phil. IV, 12 in se dicens: *Scio humiliari et scio habundare.* Licet autem in latitudine huius habitus sint gradus nobis infiniti, tamen quatuor describit Lincolniensis in Sermone qui sic incipit: *Pauper et inops laudabunt nomen tuum. Solemus,* inquit, *vocare pauperes et inopes qui parum aut nichil habent proprium, ad quorum similitudinem dicuntur pauperes, qui veraciter cognoscunt quod nichil sunt vel habent ex se ipsis, dicentes cum apostolo sibi ipsis: Quid habes quod non accepisti? Et istos, inquam, reor esse pauperes Spiritu, de quibus Matth. V, 3: Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum celorum.*

Poverty is true humility.

Ipsa enim paupertas est | vera humilitas excludens 49[d] K superbiam et per consequens omnem culpam, nec est perfecta simpliciter antequam veniatur ad patriam; tunc enim vere intuebimur, quod solus Deus est ex se dives, in nullo pauper, cum sit omnipotens et per consequens non parum privative potens, tamen eo ipso quo vult aliquid fieri ipsum facit, a cuius potencia pauperes in patria noscunt se clare distare quoddammodo infinite. Hec autem habet paupertas; sed Lincolniensis primo plenam noticiam habet quod nichil habet nisi ex gracia Salvatoris. Secundo habet dileccionem stabilem donatorum, et tercio mensuram inculpabilem in appetendo et utendo muneribus creatorum et solus talis perfecte laudabit Deum.

Degrees of poverty: 1. When a man will break God's law for the sake of riches.

Ex ista paupertate contrahitur et modificatur paupertas vie secundum gradum quadruplicem, *quorum primus* et infimus increpandus et sic terminans paupertatem laudabilem ex clerico, *tunc est in mundo divite, cum animus tanto amore afficitur ad hec transitoria, quod pro ipsis adquirendis vel retinendis vult transgredi mandatum Domini.* Ista autem paupertas divitum in via consumabitur in inferno; nam omnis talis cum diligit tempo-

7. Cod.: *vel* deest. 32. Cod.: *laudaret tib.* (sic).

11. Psalm. LXXIII, 21. 16. I. Cor. IV, 7.

Digitized by Google

ralia plus quam dominum, nisi peniteat, est dampnandus;
50ª et utinam nos clerici non simus | in ista dampnacione;
cuius dampnacionis signum demonstrabile est, si modo
materia de ablacione nostrorum temporalium magis
5 offendimur, quam propter ablacionem virtutum in nobis
vel proximis.

2. When a man will not sin for wealth but cannot lose it without sorrow.

Secundus gradus paupertatis, inquit Lincolniensis, *est quando animus sic afficitur ad transitoria, quod sine dolore stante affeccione amitti non possunt;* proposita tamen
10 eleccione de mandato non transgrediendo vel temporalia
amittendo eligit temporalia eciam in infinitum multiplicata amittere, antequam transgrediatur minimum mandatum Domini. Si enim propter aliquod temporale possibile vellet amorem Dei relinquere prevaricando,
15 tunc Deus non est sibi in fundamento amoris, quia
profundius foret aliud pro quo vellet transgredi, sed quia Christum habet in intimo cordis, licet transitoria non potest nunc amittere sine tristicia, salvus erit merito fundamenti sed per ignem; hii sunt qui secundum
20 Apostolum I. Cor. III, 12 *super fundamentum superedificant lignum, fenum et stipulam,* que secundum Augustinum accipi possunt pro fundamento rerum secularium, licet licite concessarum, tales cupiditates ut amitti sine dolore non possunt. Et iste est gradus paupertatis se-
25 cularium dominorum quem oportet in purgatorio consumari. Unde qui vult eximere civile dominium a peccato
50ᵇ veniali, tollat primo a civili dominio hunc amorem | et
indubie, cum tunc foret perfecta renunciacio evangelica, tolleretur ab eo civile dominium.

3. When a man loses without grief and gains without elation.

L *Tercius gradus paupertatis est, cum animus sic afficitur ad transitoria quod omnia illa potest sine dolore amittere et sine leticia possidere, sic quod possidendo quantumlibet copiose transitoria eum non angustat per tristiciam alicuius amissio, quod potest invitus amittere, nec diffun-*
35 *ditur per leticiam huiusmodi rei adepcione.* Est enim
questio huius doctoris, quod nichil adventicium habet homo preter virtutes aut vicia, quod non potest subito invitus amittere. *Iste,* inquit, *gradus non habet quod ignis purgatorii exurat, quia neque levem concupiscenciam*

18. Cod.: *salus*. Correxi e textu Augustini. 22. *pro fundamento* deest in cod. 36. *questio (aut conclusio?)*

21. Aug. In Psalmum CIII. Opp. IV, 1154.

Digitized by Google

fundamento superedificat. Unde statim collocatur in celo, quia non habet quod ignis excoquat in purgatorio; et sic credo sanctos confessores, martires ut Augustinum, Benedictum et similes vitam presentis miserie finivisse. 5

4. When a man prefers and rejoices in poverty.

Quartus gradus est, cum animus sic respicit transitoria, quod ea contempnat preter parca vite necessaria, dolens si eis oneretur, gaudens de eorum carencia. Sed iste gradus habet subdistincciones, cum quidam contempnunt superhabundanciam temporalium ultra vite ne | cessitatem; 50[c] contempnunt, sed servant sibi potestatem civiliter possidendi, alii autem nedum contempnunt actum sed potestatem civiliter possidendi; et hii secundum doctorem subdividuntur, ut hii prescindunt sibi potestatem retinendi quidquam preter fundantem usum necessarii in proprio, 15 qui tamen superhabundanter possident in communi, et hii artissime contentantur de arto usu fundati tam in proprio quam communi, et hii magis assimilantur paupertati discipulorum Christi; *cum illa,* inquit, *paupertate stant summe divicie, cum non tanquam contraria sunt simul in* 20 *unum dives et pauper; ymmo cum pauper dicitur tam actu quam habitu, patet quod habitus firme paupertatis evangelice non consequitur ad affluenciam vel diffluenciam bonorum fortune. Ideo stat* (ut dicit conclusio) *quod diviciis defluentibus ex corpore dileccionis vel affeccione* 25 *indebita commodi temporalis paupertas una evangelica remittatur eciam stat econtra diviciis affluentibus et affeccione proficiendi ecclesie intendatur.* Et istam sentenciam declarat sanctus Ardmachanus XXXII capitulo sexti libri De Pauperie. 30

The fourth kind guards against all sorts of excess.

Nota quod quarta species paupertatis precavet, ne M habeat in se vel sua communitate aliquid in excessu, quod si habuerit, cum viator non sufficit cuncta facere ad regulam, statim | inferiores ad hoc deputati prudenter 50[d] distribuunt; Christum autem secundum istam tantam 35 mensuram habuit in suo collegio usibilia quod nunquam ex sua auctoritate vel superfluit vel defuit unum iota; aliquando autem habuit plus et aliquando minus; secundum quod oportuit collegium universitatem fidelium exemplariter auctorisans. Nemo enim vixit districcius, 40 ut patet de sua quadragesima; nec aliquis vixit mode-

3. Cod.: *martirum; ut* deest. 17. Cod.: *tam* deest. 23. Cod.: *effluenciam.* 26. *una; vera?* 40. Cod.: *ad districtius.*

Digitized by Google

racius exemplificando omnem aliam vitam laudabilem. Unde quia quandoque vixit vitam communem dicit Math. XI, 19 *venit filius hominis manducans et bibens, et dicunt ecce homo vorax et potator vini, publicanorum et peccatorum amicus;* sic quod non est possibile esse vitam christiani laudabilem quin, si penalis fuerit, habeat vitam Christi exemplar in penali strictitudine excedentem. Si autem communis vel leta fuit, habeat exemplariter vitam Christi in modestia mensurantem et sic (quod michi videtur summe mirabile) regula doctrine Christi tanto libratur moderamine, quod pro omni christiano quamcunque varie vivente potest pro summa regula adaptari; nunc enim vixit sic et nunc sic, nunc hoc precepit vel consulit et nunc illud.

Christ sets an example of it to all sorts of men,

Notandum tamen diligenter quod in exemplari oportet exemplandum esse subtilius quam in proprio genere vel effectu, ut omnes creature, que sunt ad extra quantumlibet variate, sunt in suis | racionibus eternis eadem simplex essencia. Raciones eciam seminales que sunt idem substancie diversificant essencias distinccionibus realibus specificis in effectu. Sic eciam res intente vel concepte ab anima habent ad extra maiorem discrepanciam quam in suis signis vel intencione artificis. Correspondenter vita Christi que est exemplar et regula cunctis aliis non oportet nec potest esse quod sit ita grosse distincta secundum partes sicut vite christianorum quas regulariter exemplat, quia tunc oporteret Christum vivere vitam coniugalem, vitam civilem, et ita de omni genere vite christiane laudabilis. Quod cum sit inpossibile, patet quod eadem vita Christi secundum subtilem variacionem et racionem disparem exemplat quotlibet vitas christianorum distinctas specifice, ut patet inferius.

but not in all the details of life.

51ᵃ

N Ex istis liquet responsio ad blasfemas argucias quas ignari obiciunt contra paupertatem Christi. Quidam fingunt infideliter: Si Christus fuit dominus mundi et per consequens summe dives, tunc non fuit pauper sed (ut patet quinto capitulo) idem est sic arguere ac si quis inferret: si Christus fuit Deus, tunc non fuit homo, ymmo sicut dicit Lincolniensis: *omnis homo in gracia est simul in unum dives et pauper.*

Foolish argument that the Lord of the world could not be poor.

8. *leta;* ita cod.

37. Vide supra p. 75.

Digitized by Google

Christ was not less poor because he could have whatever he willed.

Secundo obiciunt quod Christus habuit tot divicias quot voluit, sic quod si plures habere voluisset, de facto habuisset; non ergo fuit pauper sed iuxta id sequitur quod nullus | voluntarie foret pauper, ymmo quod Christus 51
fuit peccator turpissimus, quia talis fuisset si ipse vo- 5
luisset, nec quod passus est penam aliquam, cum habuit quantum voluit de gaudio quam de quiete; ideo modo mirabili pauper evangelicus volendo illam paupertatem quiete habet tanquam vere dives summas divicias, ubi dives seculo plus appetens in quiete est miserabiliter 10
summe pauper. Ideo inpossibile est quod viator deficiens a paupertate evangelica sit tunc eque dives, cum sit pauper, vel habeat quitquid vellet, ideo avaros fingentes quod satis illis foret si habeant quitquid vellent, oportet regulare appetitum ut pauper evangelicus, quod sub- 15
mittentes se plene voluntati divine sint de quocunque quod eis acciderit contenti, quod (si non fallor) repugnat civili dominio.

Falsity of argument drawn from Christ's words about the ointment.

Tercio obiciunt per illud Math. XXV, 11, 26: *Pauperes semper habetis vobiscum, me autem semper non habebitis.* 20
Ex quo videtur Christum distinguere se ipsum a numero pauperum; sed constat quod conclusio est vera. Non enim fuit de numero pauperum quos collegium apostolicum elemosinarie relevasset, sed fuit pater talium pauperum ipsis pauperior quod fuit devocius sic inungere 25
quam ministrare equivalens illis pauperibus, | et hoc 51*
propter misterium sepulturis. Cum enim omnia tempus habent, patet quod id factum in capite quod oportet tantum semel fieri est pro loco et tempore preferendum illis, ad quos est quotidiana opportunitas adimplendi. 30
Cuius operis preeminencia ex hoc evidet quod opus meretricis in loco privato coram tam pauco collegio est ubique terrarum signatissime promulgatum, signans mistice devocionem nature humane qua ungit corpus Christi misticum devotis suffragiis usque quo in sabbato 35
etatis septime sit sepultum; ungentum autem illud devocionis oportet primo effundere super caput ecclesie Jesum Christum, quia in nomine et in gloriam eius oportet omnia opera nostra inchoando proficere; et publicacio huius doctrine est nobis utilior, quam foret 40
distribucio privata tante pecunie, quia secunda potest esse exemplata quotidie et alia tantum semel.

27. *misterium sevulturis;* ita cod. 32. Cod.: *causa pauco.*

Digitized by Google

CAPITULUM NONUM.

Christ and his apostles did not bind themselves to any rule of life.

A Ex istis patet quomodo raciones domini Ardmachani viis suis procedunt, non offendentes in evangelicam paupertatem propter multa; primo quod nec Christus nec eius discipuli obligarunt se continue ad singularem gradum carencie vel usus temporalium, quam si foret possibile aliquem suscitare, eo quod aliquando habu-
51[a] erunt | plus, aliquando minus, secundum exigenciam loci, temporis vel persone; sed quis dubitat de illa conclusione, cum stultum foret communitatem vel personam se taliter obligare et per consequens contra legem evangelicam que precipit *quemlibet diligere proximum ut se ipsum?* Ille enim non tunc diligit se ipsum caritative qui temptando Deum contra legem evangelicam obligat se ad inpossibile. Constat quidem quod foret temptacio Dei vovere quod nunquam nisi tantum comederem vel potarem, nunquam nisi tantum de vestimentis aut tegumentis haberem, et sic de aliis consiliis sinistre conceptis; et multo magis foret stulticia obligare communitatem ad gradum huiusmodi singularem, cum secundum diversitatem temporum infirmitatis et sanitatis, iuventutis et senectutis, caloris et frigoris oportet in eadem persona talia variari, et multo magis in communitate diversa sunt media personis disparibus adaptanda, cum secundum Aristotelem II Ethic. non idem medium aput omnes; nam medium cibarii proporcionatum Miloni qui voluit bovem comedere in die non esset medium proporcionale cuilibet iuveni vel decrepito, sano vel infirmo. Nec ordo aliquis vovet, nec scriptura edocet tale votum sed contrarium, cum Act. IV, 35 docetur ut in principio huius exponitur |
52[a] quod *dividebatur singulis prout cuique opus erat.* Unde illud debet quilibet christianus et specialiter clericus cum Deo pangere quod non consumat vel occupet bona ecclesie, nisi de quanto opus est ad ministerium

4. Cod.: *propter enim.*

25. Ethic. Nicomach. lib. II, cap. VI: *Τοῦτο δ' οὐχ ἕν, οὐδὲ τοὐτὸν πᾶσι.* Et hic exemplum Milonis: *Μίλωνι μὲν γὰρ ὀλίγον* . . . . . Sed *medium* hoc loco accipiendum esse videtur pro *medicina.* Cf. Aristoteles Moral. Eudemiorum lib. VII: *Τὰ μὲν γὰρ τῷ ὑγιαίνοντί φαμεν σώματι συμφέροντα ἁπλῶς εἶναι σώματι ἀγαθά, τὰ δὲ τῷ κάμνοντι οὔ οἷον φαρμακείας καὶ τομάς.*

Digitized by Google

sui officii peragendum et utilitatem ac edificacionem ecclesie adimplendam, et omnis debet renunciare omni gradu dominii vel ditacionis civilis pro suo perpetuo. Unde nulla lex vel religio est honestior, facilior vel racionabilior quam lex Christi, ideo Christus honestissime mendicavit; possunt ergo membra ecclesie vovere licite post limitacionem sui officii, quod non utantur bonis ecclesie, nisi de quanto necessaria sunt ad illud.

The clergy should limit themselves to what is necessary; not to any precise rule.

Unde quia evangelizantes et generaliter clerici non B indigent ad suum officium tanta affluencia temporalium ut laici viventes seculariter et sumptuose quoad mundum, ideo sancte limitant se ad gradum communem temporalium stricciorem, non descendentes tam singulariter et fatue ad gradum individuum quod in nullo casu accipient plus quam illud. Christus autem nunquam habuit nisi summe ad regulam precise quantum necessarium fuit ad implecionem sui officii, quia (ut dixi superius) nunc habuit necessarium ad vescendum, nunc caruit cibatu cum aliis, nunc habundarunt post prandium suum reliquie fragmentorum et nunc nichil superfluit, | ut patet de septem sportis et duodecim cophinis 52b remanentibus post eius duplex convivium et de pastu discipulorum ex confrigacione granorum, nunc pecuniam in loculis habuit, nunc defuit, nunc missi sunt sine pera vel baculo, nunc habuerunt tam peram quam baculum, ymmo tunicam venalem, ut patet Luc. XXII, 35; et tota ista variacio fuit Christo necessaria ad exemplandum religionem suam omnibus christianis in suis gradibus observandum. Et hinc dicit Apostolus ad Phil. IV, 12: *Scio humiliari, scio et habundare (ubique et in omnibus institutus sum) et saciari et esurire et habundare et penuriam pati.* Et sic Apostolus nunc habuit pecunias quas portavit Jerusalem, ut patet Act. XI et XX, et nunc deficiente pecunia vixit de laboricio, ut patet Act. XVIII. Sed absit ex hoc credere quod exhinc fuit pauperior vel dicior, stante habitu paupertatis; nam apostolici erant pauperiores, quando acceperunt precia possessionum sanctorum conversorum (de quibus Act. IV) quam erant quando transeuntes per sata vellebant spicas ad comedendum propter penuriam (ut patet ex conclusione supra

2. Cod.: *omnes ducit.* 3. Cod.: *gradui.* 12. *sancte*: ita cod. 19. Cod.: *cibatus.* 20. Cod.: *reliquie vel.* 24. Cod.: *habuit* deest.

Digitized by Google

VIII capitulo); habuerunt enim apostoli maiorem fervorem ad relinquendum seculum post missionem Spiritus Sancti, quam habuerunt pro tempore convivacionis Christi,
52ᵃ quando erant carnales, | ideo erant evangelice pauperi-
5 ores. Ex quo patet quod non erant ex affluencia istorum temporalium diciores, quia tunc per eorum consumpcionem sine recompensa forent pauperiores. Nam nec carencia talis possessionis vel usus est paupertas evangelica, licet talis carencia quandoque per accidens causat illa. Nec
10 est verum quod apostoli perante non habuerunt dicta precia, cum *iustorum sint omnia*, habuerunt a novo modo habendi que perante habuerunt subtilius non stante habitu, et amplitudine possessionum non est variata paupertas propter disparitatem usus.

C Ex quo secundo sequitur quod Christus et mater sua erant in temporalibus ditissimi, quia erant pauperrimi, licet enim multi christiani habuerunt omnia que ipsi habuerant, tamen ipsi pleniori tytulo gracie quam alii, quia erant humiliores et per consequens gracie capa-
20 ciores quorum capacitas est impleta; patet totum hoc ex sentencia secunde conclusionis capituli proximi.

Christ and his mother were most rich because most poor.

Ex istis tercio sequitur quod tam Christus quam mater sua habuit usum fertiliorem et ampliorem temporalium quam alius dominus vel domina temporalis;
25 nulla ergo imperatrix mundana habuit tantum dominium sicut virgo Maria, quia ipsa fuit domina celi et terre,
52ᵇ habens continue usum utilissimum cuiuslibet | partis mundi cum totus mundus ministravit sibi continue ad maximum eius meritum, et iste fertilissimus usus fructus.
30 Alius autem usus sensibilis, quem mundiales tantum preponderant, non valet sed obest ad istum.

Et patet quod maioritas paupertatis viantis infert proporcionaliter maioritatem in diviciis eciam temporalibus; ideo vocatur artissima propter penalitatem vie,
35 et altissima, quia ducit direccius ad beatitudinem patrie et facit pauperem eciam in via dominari toti celo usque ad ultimum sue circumferencie.

Three sorts of possession:

Unde quando dixi capitulo proximo quod paupertas evangelica est inpertinens possessioni temporalium, in-
40 tellexi de possessione media. Est enim triplex possessio,

1. Cod.: *octavi capituli.* 15. *primo,* vide supra sub A. 29. *et iste;* adde: *est.*

Digitized by Google

1. civil, 2. in life by grace, 3. by the blessed in heaven.

scilicet possessio civilis, possessio viantis, unde quando ex gracia et possessio celestis beati in patria. Prima est satis nota, de qua dicitur Math. XIX, 21 de iuvene abeunte tristi quod Christus precepit sibi *vendere omnia que habuit et dare pauperibus. Erat*, inquit scriptura, 5 *multas habens possessiones.* De secunda dicitur Cor. VI, 10:

Possession by grace may be common to any number;

Tanquam nichil habentes et omnia possidentes. Habent enim pauperes Christi usum quietum temporalium communicabilem quotlibet pauperibus simul ex equo, cum satis est illis quod bona mundi que Deus sapienter 10 distribuit sint sine discrimine ad eorum | meritorium 53ᵃ appetitum; et ista est maxime quieta viantis habicio, de qua Math. V, 4: *Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram;* et Ptolomeus in principio Almagesti: *Ille est felicior inter homines qui non curat in cuius manu sit* 15 *mundus.* Nam propter istam possessionem nunquam contenditur, sed preter illam possessionem oportet quod

yet man must have some use and occupation of sensible things.

viantes quandoque habeant usum et occupacionem sensibilem ex adiacencia temporalium ad necessitatem corporalem supplendam; et illam dixi esse inpertinentem 20 evangelice paupertati, sicut Apostolus loquitur Phil. IV, 12 *scio humiliari et scio habundare.* Ista autem possessio sicut et iste usus est inperfeccior priore quia est incommunicabilis, tantum necessaria pro statu presentis miserie; alia est communicabilis, necessaria eciam pro 25 statu patrie. Tercia autem possessio completa exprimitur Marc. X, 30 et Luce XVIII, 30 ubi dicitur quod relinquens universitatem temporalium propter Christum accipiet cencies tantum vel in tempore hoc est (ut dicitur in Math.) vitam eternam possidebit quam pos- 30 sessionem finaliter sequentem Marcus vocat persecucionem.

Proof from Scripture.

Et si queratur ex scriptura fundacio talis possessionis D et usus quem mundus deridet, ut puta quod mendicus in Anglia habet usumfructum omnium bonorum mundi- 35 alium, dicitur quod ex illo I. Thim. VI, 17 *Deus pre | stat* 53ᵇ *nobis habunde omnia ad fruendum* et ex illo Rom. VIII, 28

11. Cod.: *distribuit crimine ut eorum (sint sine dis* deest), 27. Cod. *Matth. XX.* 31. Cod.: *sequente.*

14. Almagestum Cf. Ptolomei Venet. 1515, fol. 1ᵃ: Inter homines altior existit mundo, qui non curat, in cuius manu sit mundus. 30. Matth. XIX, 29.

Digitized by Google

Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum cum aliis dictis de condicionibus caritatis et racionibus ostendentibus quod *iustorum sunt omnia.* Non enim video quomodo temporalis utitur iocali ex sola delectacione et cibariis suis ex virtuosa communicacione quin per idem iustus habens rem quamlibet remotam ex titulo originalis iusticie et delectans in ea magis meritorie habet in suo efficacius usum fructum.

All parts of the universe, however distant, serve us, since they preserve the harmony of creation.

Nec obest rem distantem multum proficere, sicut patet de sole et astris ac qualibet parte celi, que tantum proficit quod illa deficiente secundum Commentatorem intelligencia moveret cum fatigacione et pena, ymmo ut ego credo dissolveretur proporcio armonica; ex quo destrueretur tota sublunaris substancia, nisi Deus aliunde apponeret recompensam. Sic ergo quelibet pars sphere terre iuvat me, cum integrat spheram terre per quam sustentor et recipio alias utilitates multiplices; et ita intelligendum de universitate mixtorum et aliis elementis. Ille enim, qui ex fide credit quod virtute communionis sanctorum singulus christianus iuvat singulum quantumcunque distantem localiter propter caritatem membra
53c in corpore Christi | mistice colligantem, faciliter debet credere quod tota universitas inferiorum corporum in natura ministrat in omnibus membris ecclesie. Et istum triplicem usum possessionum atque dominiorum oportet theologum notare. Sic enim dicit Psalm. VIII, 8 de Christo quod fuit dominus secundum humanitatem mundi, cum dicitur: *Omnia subiecisti sub pedibus eius.* Et sic fuit dominus asine super quam ascendit in Jerusalem, ymmo cuiuscunque usibilis. Sed absit ex hoc credere quod dominabatur civiliter. Nam ista fallacia consequentis non decipit nisi mundo sopitos qui non credunt aliud esse dominium quam civile, nec aliud ius vel legem nisi humanam, non considerantes quomodo iusti naturaliter dominantur ex titulo originalis iusticie; de quo dominio licet parum loquantur leges humane, tamen scriptura sacra ipsum meminit satis sepe.

Redeundo ergo ad propositum patet (ut dictum est in conclusione supra proximo capitulo) quod, sicut Christus et sui apostoli non erant proporcionaliter di-

12. Cod.: *fastigacione.* 13. Cod.: *armoniaca.* 15. Cod.: *apponeret recompenset.* 26. Cod.: *Psalm. LXXXVIII.* 32. *sophitos*; in marg. alia ut videtur manu: *deditos.*

Digitized by Google

ciores aut pauperiores ut usus sensibilis temporalium eis adiacuit vel defuit, sic et moderni clerici qui relinquentes proprietatem civilem observant evangelicam paupertatem.

Armachanus teaches that poverty consists in voluntary abdication of civil possession.

Et istud declarat dominus Ardmachanus capitulo . . . E
libri VI De Pauperie: | *Apostoli*, inquit, *aliquando velle-* 53[a]
bant spicas ad comedendum pre fame et alias cum suo magistro interfuerunt convivio. Nec quisquam eorum ex ista varietate dicior erat servata regula racionis; unde nullus eorum in se variando solvebat regulam artissime 10
vel altissime paupertatis. Et post obiciendo quod habens preciosum cibum vel aliud sibi donatum vendere potest et de parte necessitati succurrere de residuo ditari, sic respondet quia *utens non vult nec sine peccato velle potest habere in re illa titulum quo potest ditari, ex ea* 15
nequaquam dives ob hoc poterit affirmari aut non habere artissimam paupertatem. Racio huius doctoris est quia artissima paupertas stat in caritativa abdicacione civilitatis propter Christum et eciam in voluntaria communicacione temporalium, si affuerit membris Christi, modo 20
quo loquitur Apostolus II. Cor. VIII, 2 de Macedonibus: *Altissima*, inquit, *paupertas eorum habundavit in diviciis simplicitatis eorum;* quod probat posterius ex voluntaria caritativa communicacione temporalium facta sanctis. Qui autem voluerit istam sentenciam scripture attendere, 25
oportet quod notet distinccionem habendi divicias. Correspondenter ad illam sentenciam exponit dominus Ardmachanus V capitulo omnia dicta Christi de abdicacione temporalium sub uno involucro; | quod cum intendunt 54[a]
ipsum et suos apostolos nec non et clericos debere nichil 30
habere retardans a suo officio, et per consequens nichil habere civiliter, sicut nec Christus; quod probat VII capitulo ex illo Math. VIII, 20: *Filius hominis non habet ubi caput suum reclinet*, non quod Christus voluit suos apostolos non habere pannos vel vite necessaria sed 35
nudos circuire ut gympnosophiste, omnes autem christianos et laycos relinquere temporalia quoad eorum sollicitudinem a lege evangelica distrahentem; qui sensus docetur ex hoc quod Christus Luc. II dicit quod relinquens omnia propter ipsum recipiet cencies tantum in 40

2. Cod.: *sicut.* 16. *affirmari;* ita cod. 37. Cod.: *sed relinquere.* 39. *Luc. II;* ita cod.

Digitized by Google

hoc seculo: domos, fratres et sorores, matres, et filios, quod oportet intelligere de speciali affinitate ac cognacione ac de modo habendi ex titulo caritatis utrobique de virtute sermonis (ut exposui III huius capitulo VII), 5 et oportet sane intelligere alia Christi consilia ut non contendere pro temporalibus sed *prebere maxillam percussori* (ut exponitur III huius capitulo).

F Sed ex sentencia huius doctoris et aliorum errant plurimi in particulari iudicio; nam certum est quod 10 satis est Christo in quocunque consilio vel precepto ut christianus vivat ut est sibi utilius, delectabilius atque honestius; sed non est securum hominem esse iudicem proprium, que vita sit sibi utilior, ymmo oportet ipsum 54b attendere ad verba specialia | et conversacionem Christi 15 et suorum apostolorum, quia illi erunt iudices sui in die iudicii, quibus ex errore intellectus et affectus strictissime responderet. Unde periculosissimum est specialiter doctori laxare sensum consiliorum Christi, ut detur occasio christianis declinare a religione sua ad seculum.

We must not wrest Christ's words to suit our desires.

20 Unde ex dictis domini Ardmachani super illo Luc. V, 3: *Ascendit Jesus in unam navim que erat Symonis*, credi posset erronee quod Petrus post eleccionem ad apostolatum erat civilis proprietarius et ita sufficienter apostolos vixisse quantumcunque seculariter, dum tamen 25 secundum suum iudicium profuit ecclesie; talis autem est error periculosus ex ignorancia graduum dominandi procedens; non enim sequitur: Ista navis erat Petri titulo civilitatis, ergo Petrus tunc illam sic possedit; nec sequitur: Erat Petri ex titulo caritatis quo *iusti sunt* 30 *omnia*, et titulo peculiaritatis qua uxor Petri et filii quibus bona sua reliquerat perferrent Petrum in usu, ergo tunc fuit illius navis civilis dominus. Sic enim videtur domino Ardmachano capitulo V libri De Pauperie, quod aliter Petrus inpertinenter dixisset Christo: 35 *Exi a me, quia homo peccator sum Domine*, nisi vel bona que Petrus liquerat forent sibi et suis preferenda 54c quoad usum, cum innuebat | quod indignus erat ut in presencia tam sancti domini resideat in navi sua; videtur autem michi quod utrobique implicatur Petrum tunc

The mention of Simon's boat does not prove that Peter still had civil possession of it.

17. Cod.: *respondere.* 21. Cod.: *navem.* 37. Cod.: *in* deest. 39. Cod.: *quod ne.*

4. De Civili Dominio I, 52. 6. Matth. V, 39. 35. Lucae V, 8.

Digitized by Google

fuisse civilem proprietarium navis sue, quia (ut supra dicitur) non sequitur: Ista navis erat sic proprietarie Symonis, ergo tunc fuit sic proprietarie Symonis. Et quoad secundam replicacionem non video quin Petrus ex devocione humili, quia reputavit se indigniorem ceteris, 5 dixit: *Exi a me Domine, quia homo peccator sum*, reputans se specialiter esse indignum, ut si tam propinquo in loco tam sancto domino . . .; dicunt tamen communiter doctores quod triplex fuit apostolorum vocacio, scilicet ad familiariatum, ad discipulatum et ad aposto- 10 latum. Ista autem verba Petri erant inter discipulatum in quo erant quasi novicii et apostolatum in quo erant quasi professi, et in hoc medio tempore non perfecte relinquerunt omnia, sicut postea, quando facti sunt sacerdotes, apostoli et per consequens clerici; verum- 15 tamen certum est quod in secunda piscacione qua Petrus Joh. XXI, 3 dixit: *Vado piscari*, habuit specialitatem in navi, que ut dicitur prius erat sua, supra ceteros apostolos.

Many different relations to property.

Ideo sicut distinguit dominium civile et dominium G gracie et in priori | sunt multiplices gradus secundum 54[a] propinquius et distinccius, sic in dominio gracie sunt gradus peculiaris communicacionis, in qua magis domestici sunt aliis preferendi, sicut fratres sine civili dominio occupantes temporalia nudo usu non indifferenter 25 admittunt quoscunque ad usum sensibilem specialiter citra tempus necessitatis. Non ergo sequitur: Debeo dominari istius, ergo debeo dominari sic civiliter, nec sequitur: Licuit apostolis dominari et possidere quotlibet bona ex titulo caritatis, sicut licet laicis dominari 30 civiliter, ergo per idem licet michi sacerdoti dominari civiliter. Nam fallacia consequentis et locus insufficientis similitudinis cum errore sinistre reputacionis confundit religionem Christi, ut si prelati ecclesie errando iudicant quod expedit ecclesie, ut ipsi quantumcunque seculariter 35 dominentur; et iuxta palliant sibi generales glosas ad consilia evangelica et precepta, quis dubitat ex dictis capitulo proximo et dicendis capitulo XII quin deviant manifeste, ut Johannes XXII in libello suo *Quoniam vir*

8. Hic aliquot verba deaunt. 21. Cod.: *gradus* deest. 36. *iuxta;* deest verbum. 39. Cod.: *ut Joh. IV et in.*

39. Cf. Rich. Ardmacani De Paup. Salv. I, 1, ed. by R. L. Poole pag 277.

Digitized by Google

reprobus capitulo XVI dicit quod reliccio temporalium iniuncta apostolis potest sane sanctis intelligi quoad curam, quoad affeccionem, quoad abdicacionem dominii vel quarto quoad reliccionem omnium preter necessaria
55a ad suum officium. Que verba generalia, licet sa | ne possent intelligi, tamen ex nuditate sue explanacionis dant aliis, eciam vocatis clericis, occasionem paulative involvendi se cum seculo, declinantes in obligaciones peccati a lege Christi devincta, a qua usque ad animam que forcius infiguntur.

Doubtful conclusion of John XXII in the decretals.

Unde idem patet per Johannem papam in decretali sua *Quia quorum*, ubi asserit pro conclusione, neque Christum expropriacione omnis iuris et cuiuscunque rei proprietatem cum solo eius usu in se servasse vel eam inposuisse apostolis; nec evangelica nec apostolica docet historia sed contrarium evidencius manifestat, quod dictum licet forte non ad sensum suum sane potest intelligi quod Christus preter usum habet dominium originale quoad humanitatem et sic proprietatem in illo genere capitaliter dominandi sine civilitate possibili. Sed si intelligit licere apostolis vel suis vicariis dominari civiliter (ut patet inferius) est error in ianuis. Ideo expediens fuisset dictum dominum Johannem notasse distinccionem de dominio, de paupertate et iure, quia dominus Armachanus libro VII De Pauperie Christi vix scit palliare repugnanciam inter tres constituciones Johannis XXII et decretalem: *Exiit qui seminat*, de quo (si Deus voluerit) alibi erit sermo.

Command to the apostles to take nothing on their journey.

H Certum itaque tenendum est ex fide quod Christus Math. X, 10, Marc. VI, 8 et Luc. IX, 3 precepit apo-
55b stolis | nichil ferre in via, quod precepit expropriacionem omnium perpetuam et insuper prohibuit omnem instrumenti onustatem que promptitudinem evangelicam retardaret; quod Crisostomus ex hoc elicit quod dedit

6. Cod.: *cum ex.* 9. *divincta;* cod.: *deucta;* et sequentia verba corrupta sunt. 11. Cod.: *per* deest; ib. *papam* deest; addidi. 12. Cod.: *ubi* deest; ib. Cod.: *conclusione quod.* 27. Cod.: *et decretalem nichil mihi* (sic) *exiit qui seminat.*

12. Cf. Extrav. Johannis XXII, tit. XIV, cap. V. *Quia quorundam.* In decretali ita legimus: *Praeterea dicant nobis ubi legunt assertiones huiusmodi, quod ad fidem vel mores pertinet, Christum et apostolos non habuisse in his que habuerunt nisi simplicem usum facti* .... 27. *Tres constitutiones.* Vide supra et De Dominio Divino, Appendix p. 277.

Digitized by Google

eis potestatem super omnia demonia et faciendi miracula; que potestas fuit sufficiens ad omnia vite necessaria. Si ergo non licuit eis in itinere habere usum superfluum, quomodo liceret eis in aliquo casu stante apostolatu habere civile dominium, cum ipsum tanquam super- 5 fluum apostolatum inficeret, cuius prohibicionis ponit Crisostomus super Math. Omelia XXXII causam triplicem: *prima ne populus convertendus a seculo haberet eos suspectos seculo innitentes, secunda ut ab omni seculi solicitudine sequestrati liberius vacent evangelio et mini-* 10 *sterio spirituali; tercia ut confidant in virtute Christi qui non sinit sperantibus in eum quidquam in maximum deficere*, quia sic scribit Crisostomus: *tu autem perpende, qualiter omnibus eos denudans omnia eis dedit.* Quam questionem licet moderni derideant, tamen ex fide sequitur 15 ostensive, et sic utrobique videtur michi modernos nimis laxare sensum mandatorum de contemptu mundi et avaricia precavenda. Nam Salvator sciens sponsam suam illo peccato precipue vexari | posterius, diligentissime 55ᵃ per se et suos discipulos illud prohibuit. Ex hinc enim 20 prohibuit *sollicitari* circa temporalia quoad usum maxime necessarium, ut victum et vestitum, sicut patet Math. VI, 25; et Luc. XXI, 34 prohibet *corda suorum gravari curis mundi* (de quibus multa dixi III huius capitulis 12, 19 et 20). Sic eciam Apostolus qui Ephes. V, 5 dicit 25 *quod omnis avarus non habet hereditatem in regno Christi et Dei* sciensque ecclesiam isto peccato infici tradit regulam sepe dictam I. Thim. VI, 8: *Habentes alimenta et quibus tegamur hiis contenti sumus;* et sic de infinitis sanctorum dictis et factis que idem edocent, ut vene- 30 rabilis Beda epistola in fine sic loquitur, declarans octo exemplis, quomodo avaricia inficit ordinem creaturarum racionalium: *Licet*, inquit, *Balaam prophetie spiritu plenissimum a sorte sanctorum fecit exsortem*, patet historia Num. XXIV, 4; *Achor communione anathematis* 35

3. Cod.: *habere vel.* 13. Cod.: *intende michi.* 20. Cod.: *Et hinc.* 21. Cod.: *sollicius.* 22. Cod.: *Matth. VII.* 27. *ecclesiam; suprascriptum; necessarium.* 31. *epistola;* hic verbum deesse videtur.

7. Opp. tom. VII, 370. Loosely quoted. 13. l. c. p. 372: *Tu vero perpende, quomodo omnibus nudatis omnia largitur.* 24, 25. De Civili Dominio I, cap. XII, XIX et XX. 33. Hunc locum in scriptis Baedae invenire non potui. Locum St. Bernardi In Sermone De XI oneribus p. 1368 habes.

Digitized by Google

perdidit ac polluit, patet Josue VII; Saul regni infulis nudavit, patet I. Reg. XV; Gezi prophetie meritis privavit ac perpetua lepra fedavit, patet IV. Reg. IV; Judam Iscarioth de apostolatus gloria deposuit, patet Math. XXVI;
5 *Ananiam et Zaphiram de monachorum collegio indignos eciam corporis morte multavit Act.* (Volunt enim tam
55[d] Bernhardus quam iste | doctor, quod omnes conversi appropriate ad regulam apostolicam tempore apostolorum tam clerici quam laici erant monachi, ut
10 patet IV huius III capitulo). *Et* (ut ad superiora veniamus) *hic,* inquit Beda, *angelos a celo eiecit et prothoplastos a paradyso perpetue voluptatis expulit.* Et hinc credo, dicit Apostolus I ad Thim. VI, 10, quod *radix omnium malorum est cupiditas.*

Priests, and indeed all christians, must give up the world.

1 Non ergo licet doctori catholico laxare vel palliare dicta scripture de mundi reliccione, cum sancti apostoli, martires, confessores, monachi, canonici nec non et fratres ex approbacione ecclesie vivunt hodie exproprietarie, et experiencia docet quod religio christiana ex hinc declinat,
20 sicut Christus prophetavit Math. XXV, 12: *Refrigescet caritas multorum;* et Apostolus II. Thym. III, 1: *Instabunt tempora periculosa, erunt homines se ipsos amantes;* quod indubie fit per decrementum caritatis que non querit esse proprietariam (ut dicit Apostolus I. Cor. XIII). Ponit
25 autem dominus Ardmachanus VI libro De Pauperie XIX quod clerici non obligantur tali paupertati sub precepto sed sub consilio. Consilia autem, ut exponit XXV capitulo, non obligant quod observentur in factis, sed ut sic teneantur in anima ut observentur in facto, cum vide-
30 bitur expedire; licet autem hoc dictum catholice potest
56[a] intelligi, tamen | expediens foret omnes clericos ymmo omnes homines habere omnia in communi, cum ex isto posset clericus stulte discernere quod expediens foret sibi et reipublice civiliter dominari.

The subterfuge of 'counsels' as distinct from commands.

35 Unde suppositis istis dictis in IV huius et XVII capitulis de consiliis evangelicis alia superaddam. Videtur enim in primis quod glosse nude predicte licenciant, ne aliquod mandatum vel factum Christi credatur ad litteram; nam sicut dicitur, quod consilia non sunt
40 servanda nisi cum videbitur expedire, ita indubie nec precepta, et sic ubi evangelium consulit apostolis et

10. De Civili Dominio II, 16 seqq.

Digitized by Google

suis successoribus nichil possidere proprietarie, posset philargus fingere quod hoc verum est nisi pro loco et tempore, quo videbitur expedire. Ita indubie huiusmodi circumstancie modo instant, licet apostoli sive confessores, ordinum fundatores cum suis membris ut Jeronimus, 5 Gregorius et Bernhardus nescierunt istum sensum elicere, sed possessionem proprietariam fugerant ut venenum.

Such glosses would destroy the faith.

Preterea quare non eadem evidencia dici posset, quod quando evangelium dicit Marc. primo et Luc. IV quod Christus fuit in deserto cum bestiis et non manducavit 10 neque bibit, quod hoc intelligitur, licet quottidie manducavit et bibit, tamen nunquam nisi in mensura, qua ipsum oportuit. Et sic subverti poterit tota fides. Sicut enim christiani credunt istas negativas ad literam, ita crediderunt sancti predicti de | renuncciacione proprie- 56b tatis docentes facto et dicto cum determinacione ecclesie, quod ille fuit sensus sancti in hoc mandato sive consilio.

They would allow priests to exercise all secular callings.

Preterea cum nullum consilium Christi sit datum K clericis nisi sub illo sensu quod huius consilii implecio 20 sit eis utilior atque honestior, quare non posset clericus pari colore fingere quod licet sibi nubere, mercari, venari, pugnare et omnia opera civilia facere ut laycus, quia non sunt prohibita, nisi quando non adest honestas sive utilitas sic agendi? Sed illa tempora (ut fingitur 25 modo) instant; ergo sine interpretacione sanctorum standum esset in talibus petulancium arbitrio, que foret differencia inter clericum et laycum, quomodo obligaret Christi consilium vel preceptum, quin pocius non universalis glossa sed male audiens inducet in errorem? 30 Sic enim Aristoteles primo posteriorum dicit quod non universalis demonstracio sed male audiens decipit auditorem; certum est quod tam periculosum est pro scandalo in tali glossa sine exposicione particulariori quiescere; oportet ergo talia stricte ad literam obser- 35 vare.

We ask nothing impossible.

Sed forte obicitur primo per hoc quod non potest intelligi ad literam, ut Christi sacerdotes nichil possi-

2. *nisi*; Recte: *non nisi*. 27. Cod.: *petulantum*. 30. Cod.: *inducent*. 32. *donacio* in cod. 35. Cod.: *stricta*.

32. De universali demonstratione disserit Aristoteles in Anal. Post. lib. I, cap. V et seqq.

Digitized by Google

deant, cum Joh. IV et XII ac Luc. XII loquitur quod in Christi presencia apostoli habuerunt pecunias, peras vel sacculos; aliter enim forent continue nudi. Sed | 56[c] sepe dictum est iuxta sentenciam scripture et testimonia 5 sanctorum, quod prohibito cadunt super possessione proprietaria civili seu ab apostolico officio retardante et non super usu simplici necessariorum ex nudo titulo; quem sensum Apostolus explicat II. Cor. VI, 10 quando dicit *tanquam nichil habentes et omnia possidentes* (ut 10 expositum est supra et patet inferius XII huius ex sentencia Augustini). Quod si secundo fingitur successores apostolorum nichil habere proprietarie sive civiliter sed omnia evangelice in communi, dicitur quod tunc bene, cum modus utendi rebus sit maxime attendendus; occu- 15 pacio enim est neutra quoad mores nisi secundum quod modificata fuerit, cuius modificacio iudicari debet per opera et virtutes. Si enim successor apostoli sit magis sollicitus circa mundum quam suum officium, laucius pascitur et ornatur in se et suis quam domini seculares, 20 et maculatus fuerit in se et suis desidia et omni genere viciorum, tunc vita et opera contradicunt ypocritice ficcioni; de illo inferius.

Scripture must be taken literally; in doubt learn the true meaning from the great doctors.

Sed tercio obicitur per hoc quod Christus Math. X, Marc. VI et Luce IX precepit suis apostolis non habere 25 duas tunicas quod nec in ipsis nec in eorum successoribus potest observare ad literam. Sicut ergo in isto oportet specificari sensum sanum preter literam, sic et in aliis 56[d] pre | ceptis dicitur primo, quod omnia Christi consilia oportet observare ad literam, sed precipuorum theolo- 30 gorum est capere sensus catholicos: ideo (ut dixi alias) oportet theologum ad intelligendum scripturam addiscere novam gramaticam et novam loycam et methaphysicam ac semper studere sanctorum doctorum exposiciones cum concordanciis scripturarum. Et tunc inveniet scripturam 35 sacram utrobique infringibilem de virtute sermonis. Nam litera erronee concepta occidit sed Spiritus Sanctus operiens spirituali iudicanti omnia ut intelligat scripturas vivificat.

I. Unde pro intellectu dicti consilii est secundo notandum, 40 quod mos est scripture vocare quotlibet supposita conveniencia in forma unum suppositum aggregative, cum

5. *prohibito* (sic cod.). Aliquot verba desunt. 41. Cod.: *gencia*.

Digitized by Google

secundum philosophos unitas est a forma. Sic enim Christus dicit Math. XIX, 5 quod *coniuges sunt una caro*, et quod *multitudinis credencium erat cor unum et anima una*, Act. IV, 32; sanctus apostolus orat *quod sui discipuli sint unanimes, uno ore honorificent Deum*, Rom. XV, 6; et sic de quotlibet locucionibus veris de veritate sermonis in scriptura sacra repertis, ut exposui III huius XLIII capitulo de unitate ecclesie.

The prohibition of two coats forbids only superfluous raiment.

Istis notatis dico tercio quod Christus non vult in illo consilio prohibere nisi superfluitatem vestimentorum; sicut exponunt Jeronimus super Mathaeum et Beda in glossa, et Augustinus II De Concordia III, | Rabanus 57a eciam super Mathaeum libro III in fine dicit eandem sentenciam, allegans ad hoc multos doctores; et idem dicunt alii sancti concorditer.

Patet illa sentencia eciam ex scriptura: Nam Joh. XIX, 23 dicit quod *Christus habuit vestimenta divisa in 4^or^ partes preter tunicam inconsutilem;* sed et vestimenta sua eciam quoad tunicas erant sepe mutata, ideo habuit duas tunicas simul.

Secundo confirmatur ex hoc quod Christus Luc. XXII, 36 precepit apostolis *vendere tunicam;* quod dictum licet preceptum fuit ad sensum misticum, tamen non excludit sed includit dualitatem vestimentorum.

Tercio confirmatur ex veris cronicis licet apocrifis, quibus legitur apostolos et eorum successores sanctissimos usos fuisse vestibus quoad numerum et precium honestatis. Nec licet dubitare quin satis licitis atque utilibus quoad finem; ex quorum factis patet quod non est intencionis evangelium prohibere dualitatem vestimentorum, sed duplicitatem, quia tunc foret consilium Christi irracionale. Habeat ergo Christi discipulus quotlibet et quelibet vestimenta, sic tamen quod omnia illa sint unum vestimentum a forma que est necessitas caritative ministrandi in suo officio, et satis est Christo; sed cum istud stat in iudicio scripture, non in errore iudicii secularis, oportet diligenter attendere quod duabus causis in genere occupant homines vestimenta scilicet

2, 3. *et quod.* Cod.: *una caro Luc. dicit quod.* 25. *apocriphis;* i. e. *non canonicis.*

7. De Civili Dominio I, 359. 12. Rectius ut videtur De consensu Ev. II, 3. 12. Rabani Mauri Comm. in Matth. III, p. 905 seqq.

Digitized by Google

57b licite et illicite; | licite propter tria, scilicet propter necessitatem, propter honestatem et propter conpuncionem; propter necessitatem ut tegant nunc discrasiatos et exules ab amenitate paradisi in valle miserie a 5 caumate, ymbre et frigore; propter honestatem ad tegendum membra pudenda et alia occasione peccati vilescencia. Sic enim primi parentes post peccatum cognoscentes se esse nudos virtute ex rebellione membrorum genitalium, cuius racione erubuerunt *feceruntque* 10 *sibi perisomata* (ut dicitur Gen. III, 7).

M Et ex istis patet quod debemus de vestibus dolendo conteri de peccato; recte subicimur tot miseriis et necessitamur ultra statum innocencie habere totidem supplementa, ideo debemus aptare tegumenta nostra, 15 secundum quod magis utilia sunt ad hec tria. Ad que valet vestimentorum paucitas quo ad primum tollerando penalitates aeris distemperantes, non habendo numerosa mutatoria in manticis parcitatis vel pressuris, secundo vestimentorum vilitas quoad secundum, non 20 utendo vestibus nimium sumptuosis, et tercio valet sculpture difformitas quo ad tercium; et super istis fundatur ritus religiosorum in vestibus.

Alia autem forma occupancium vestimenta in abusum 57c ad serviendum peccato | consistit in tribus oppositis 25 condicionibus supradictis, scilicet in superflua vanitate, in excessiva sumptuositate et in curiosa sculpcione.

Quoad primum multi consuunt vestes splendidas, ut videantur incliti, divites aut virtuosi; et certum est ex fallacia fame et honoris mundani quod hec est 30 vanitas.

In dress we must avoid superfluity, costliness and strangeness of cut.

Quoad secundum patet quod sumptuositas vestimentorum et specialiter in clericis est signum inhonestatis, quia evidencia manifesta superbie et omnis generis viciorum; in hoc enim radicatur quelibet inhonestas. 35 Mensuret igitur finis propter quem vestimenta sunt concessa a Deo homini lapso preciositatem eorum sic quod non excedat eorum sumptuositas medium utile ad hunc finem.

Quoad tercium patet quod curiositas qua sculpuntur 40 consistit in tribus, scilicet in brevitate, eciam ut appareat

5. Cod.: *taumate, ymbre et frigoris*; *καύματε* = ardore. 9. Cod.: *cuius* deest. 16, 20. Cod.: *valent*. 16, 19 et 21: *quoad primum, quoad secundum, quoad tercium* notae marginales esse videntur, quae in textum inciderunt.

Digitized by Google

exuberacio pudendorum; in strictitudine ut robur corporis appareat in pectoris grossicie et pulle in ventris et parcium inpertinencium fortitudine, gracilitate et tercio in sculpture varietate, nunc lacerando, nunc hispidando et nunc pannos varii coloris et celaturas textiles secundum varias mixturas contiguando; et omnia ista indicant superbiam, curiositatem et vanam | gloriam, 57[d] sicut scripture et sancti doctores concorditer attestantur. Qui ergo inmiscet in tegumentis suis has duas formas, scilicet servitutem Dei et servitutem peccati, habet duas tunicas prohibitas, nam ista duplicitas est binarius infamis, faciens intendentem istis duabus viis ex duplicitate animi inconstantem.

Primam ergo formam vestimentorum potest quis habere sine secunda, sed abusum non potest habere sine necessitate ad usum; videat ergo sic arguens si ex factis aut dictis Christi vel cuiuscunque sancti apostoli possit convincere, quod unquam approbarunt civilitatem in clericis, sicut approbant multitudinem vestimentorum, dum tamen sint unum vestimentum et tunc manet obiectus per locum a simili.

Christ simple rule that the apostles should be content with what helped their work.

Tenendum est ergo ex fide quod quantum ad esculenta N et tegumenta Christus posuit omnibus suis discipulis latitudinem, in cuius gradibus unus sic et alius sic poterit meritorie ministrare, subintelligendum tamen semper istam condicionem quod non detur offendiculum predicandi evangelium vel eciam observandi, quod fit, quandocunque preter necessitatem officii expetuntur temporalia vel effectualiter possidentur. Unde Augustinus de concordancia tercio ostendit cur Dominus hec precepit nec possidere nec ferre in via, cum subiungit causaliter | in Math. X, 10: *Dignus est operarius cibo suo*, non quod 58[a] hec necessaria non sunt, sed quia noluit ostendere ea debere ab auditoribus eciam usque ad minima sine sollicitudine ministrari; et ideo in Math. subditur: *neque virgam*, quod dicit, secundum Augustinum, non tardetis ex sollicitudine evangelizare, cum usque ad virgam debent nobis necessaria provideri. Et ad elaborandum

2. Cod.: *pectore*. 5. *celatura* = caelatura, quae auro, argento, aere, ferro opera efficit. Cf. Suet. Ner. 47. 10, 11. Cod.: *duas tunicas apparet* (a3) *prohibitas*. 31. *via*; adde: *vite necessaria*.

29. Recte St. Augustini De Consensu Evang. lib. II, c. XXX, Opp. III, 2, 64.

Digitized by Google

hos sensus reliquit Christus sanctis quandam apparentem discordiam inter evangelistas, cum Mathaeus dicit *neque virgam* et Marcus dicit *nisi virgam*, per quam secundum Augustinum intelligitur potestas necessaria sed non superflua expetendi. Ideo oportet volentem intelligere scripturas, cognoscere equivocacionem virge ex concordancia scripturarum. Et isto modo intelligit Jeronimus quod non forent onustati superfluis sotularibus preter sandalia vel soleas quibus Marcus refert eos calciandos; *per hoc*, inquit Augustinus, *mistice signatur quod pes neque nudus sit ad terram neque tectus superius, neque propter defectum temporalium in affectu evangelium occultetur nec affectus dimissa consideracione celestium terrenis comodis innitatur et quod non portari, haberi vel indui duas tunicas prohibentur, quid eos monet nisi non dupliciter sed simpliciter ambulare? Et ita Dominum hec omnia dixisse partim proprie et partim figurative nullo modo dubitandum est. Quisquis*, inquit, *putat non in* 58c *uno sermone quedam proprie* [1] *et quedam figurative ponere eloquia, eius cetera respiciat et videbit quam inerudite et temere arbitretur.* Vult enim iste sanctus quod omnia verba precepta Christi sic aptata sunt sermonibus, quod propter sensum literalem sufficientem informare totam ecclesiam, latet in proprietatibus rerum figurancium sensum misticum moraliter instructum.

O Et conformis licet diffusior est sentencia Crisostomi super Mathaeum Omelia XXXII.

Different uses allowable if they serve the one end.

Ex isto videtur quod isto simplici verbo *neque duas tunicas habeatis*, docetur tota ecclesia quomodo debet ad tegumenta corporis se habere quilibet, utendo parce quantum sufficit corporis valitudo ad perficiendum suum officium, ut unus observat Christi regulam incedendo nudis pedibus, sicut fecit Origenes ut fertur viginti annis. Alius autem benefacit utendo sandaliis ut fratres Minores; tercius autem benefacit incedendo calciatus ut sancti doctores et alii fratres. Et hinc cum illa sint signa probabilia habitus anime et fructus operum que sunt illis preciosissima, ipsa cadunt sub dispensacione eciam in ea profitentibus supposita racionabili causa.

14. Cod.: *quod portare, habere.* Correxi. 21. Cod.: *arbitrantur.*

10. St. Augustini l. c. p. 64. 27. l. c. Vide supra.

Digitized by Google

Et in ficcione causarum huiusmodi ex defectu fidei, spei et caritatis declinatur a strictitudine vite apostolice, ideo certum estimo quod de quanto christianus vivit striccius in esculentis et tegumentis cum | correspondencia 58[a]
habitus mentis, de tanto vivit religiosius, quia vite Christi 5
conformius. Et per tegumenta intelligo omne genus vestimentorum, sotularium, lectisterniorum et domiciliorum; et pro correspondencia habitus mentis intelligo quod sicut striccius vel penalius apparenter vivit quoad corpus, sic humilius atque fervencius sentitur in mente hoc 10
fieri propter Deum; secularitas autem et sollicitudo seculi sunt signa opposita.

What sollicitude as to money is lawful.

Sed quantum ad solicitudinem circa temporalia palliata dominus Armachanus libro VI De Pauperie capitulis XIII, XIV et XV ostendit eam dicere clericis triplici 15
argumento, primo ex hoc quod Apostolus fuit sollicitus ad colligendum pecunias pro sanctis Jerusalem, ut patet de collectis ad quas movet Rom. XV, I. Cor. XVI, II. Cor. VIII ac Act. XI atque XX. Unde Gal. II, 10 narrat quomodo ipse et Barnabas ordinati sint evan- 20
gelisare in gentibus: *Tantum*, inquit, *ut pauperum memores essemus quod eciam sollicitus fuit hoc ipsum facere.* Unde Act. XI, 28 legitur quod *Agabo prophetante famem futuram sub Claudio discipuli dispersi in gentibus miserunt ministerium fratribus in Judea per manus Barnabe et* 25
Sauli. Unde Act. XX, 19 narrat quomodo in Grecia *facte sunt eis a Judeis insidie,* quod Marcus dicit factum propter pecunias quas portabat versus Jerusalem, quia | (ut alias dixi): 58[d]

Cantabit vacuus coram latrone viator. 30

Ex istis historiis scripture videtur quod nedum licet portare loculos et habundare nunc plus pecunia et nunc minus, ymmo facere diuturnam providenciam contra pericula precavenda. Ex quo videtur quod illud Math. VI, 34: *Nolite soliciti esse in crastinum, sufficit enim diei* 35
malicia sua non debet intelligi ad literam. Hic patet quod licet homini pro tempore quo expedit ipsum active conversari solicitari circa temporalia, cum ex dictis

4. Cod.: *et* deest. 8. *intelligo;* cod.: *integro;* correxit in marg. 15. Cod.: *XIV, XIII et XV;* ib. *dicere;* ita cod. 21. Cod.: *tantum, inquit, ut tantum.* 30. Cod.: *coram latorem.*

30. Juvenal 10, 23.

Digitized by Google

capitulo XIII quarti huius sola solicitudo superflua est vetita.

Sed oportet notare quod solicitudo circa proprietatem foret in clerico nedum superflua sed (ut patet inferius) monstruosa; ideo notaremus quod Apostolus qui posuit se in sollicitudinem omnium ecclesiarum non providit de temporalibus proprietarie pro se ipso, sed pro sanctis in Jerusalem, ut patet utrobique in apostolatu. Unde quando ipse in persona propria indigebat, labore propriarum manuum sibi necessaria conquirebat, ut patet Act. XVIII et meminit Act. XX, 34: *Ad ea*, inquit, *que opus michi erant et hiis qui mecum sunt ministraverunt manus iste*, et Rom. XV, 1—3 antequam hortaretur ad collectas faciendas sanctis monachis in Jerusalem pre-
59a mittit: *debemus autem nos firmiores inbecillitates infirmorum | sustinere et non nobis placere; unusquisque vestrum proximo suo placeat in bonum ad edificacionem et enim non sibi Christus placuit.*

St. Paul collected money but not for himself.

Unde ad intelligendum scripturam sacram et tollendum verbales repugnancias oportet theologum diligenter notare quomodo ista pronomina *meum*, *tuum*, *suum* connotant proprietatem civilem quam scriptura persepe prohibet. Sic enim prohibentur apostoli et clerici *sibi placere* vel quod *suum est querere;* hoc est querere esse proprietarie, ut decretales et fratres Minores intelligunt quod ipsi sicut et Christus et apostoli non habuerunt aliquid in proprio vel communi, subintellige, proprietarie sive civiliter.

The use of the pronoms 'meum tuum' need not imply possession.

Unde propter equivocacionem inter modum habendi civiliter ac modum habendi ex nudo titulo gracie non est repugnancia, quando scriptura dicit, quod clerici *nichil habent et tamen possident vel habent omnia.* In equivocis enim non est contradiccio. Unde et vulgus reputat quod Anglicus in caritate non habet omnia bona in die nec mendicus totum thesaurum regis nec reputat ipsum habere divicias, nisi habeat possessionem civilem vel usum sensibilem.

Et istum sensum pronominum notaret theologus propter intellectum scripture et eius sentenciam obser-

16, 17. Cod.: *unusquisque nostrorum.* 34. *Anglicus;* adde: *rex.*

1. De Civili Dominio II, 145 seqq.

Digitized by Google

vandam; sic enim exponit Augustinus illud dictum Christi Luc. XIV, 26: *Qui non odit patrem suum* etc. *adhuc* | *autem et animam suam, non potest meus esse* 59[b] *discipulus;* et Joh. XII, 25: *Qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam eternam custodit eam.* Oportet enim 5 Christi discipulum odire animam suam etc. hoc est, odire racionem proprietatis eorum (ut exponitur XV capitulo quarti huius).

Even souls belong to those who are in grace.

Unde Augustinus epistola XX ad Letum ad tantum Q ponderat subtile compendium scripture intellectum in 10 hoc pronomine *suum*, quod vere dicit quod cuiuscunque anima sit Dei et cuiuscunque existentis in gracia; *hoc*, inquit, *quisque de anima sua cogitet ut etiam in ipsa privatum affectum oderit, qui procul dubio temporalis est; diligat autem in ea communionem societatemque illam,* 15 *de qua dictum est: Erat illis in Deum anima una. Sicut enim anima tua non est propria sed omnium fratrum, quorum eciam tue anime sunt vel pocius quorum anime cum tua non anime sed anima una est Christi, de qua cantat Psalmus XXI, 21: Erue de manu canis unicam* 20 *meam. Inde,* inquit, *odiendo proprietatem vel privatum comodum ad contemptum mortis facillime pervenitur.* Et qui ignoraverit hanc logicam huius boni hominis, denuncio sibi quod ignorabit magnam partem sensus scripture. Ideo (ut sepe dixi) non est opus unius diei 25 cognoscere gramaticam et loycam scripture; vix enim sufficiet | theologus ad corticem eius attingere pro tota 59[c] sua periodo, post hanc vero vitam fruetur nucleo, si hic caritative ipsam enucliet, quia Ecclesiastici XXIV, 31 dicit eadem scriptura: *Qui elucidant me, vitam eternam* 30 *habebunt.* Servata ergo fide quod illicitum est clericis circa proprietatem vel privatum commodum esse solicitos, oportet nos diligenter cavere palliacionem sophisticam, ne pretextu utilitatis communis solicitemur plus quam est necessarium ad nostrum officium, sicut faciunt omnes 35 clerici propter fastum seculi, propter voluptatem carnis propter cupiditatem temporalium circa ipsa solliciti; quod evidentissime cognoscitur ex desidia sui ministerii

13. Cod.: *etiam in* deest. 16. Cod.: *communionem sociantem quia ut* . . .

7. De Civili Dominio II, p. 189 seqq. 13. St. Augustini Opp. tom. II, 819.

Digitized by Google

et occupacione ministerii alieni. Consideremus ergo sollicitudinem Apostoli quomodo fuit sollicitus circa bonum commune ex prophetica monicione et tantum pro necessariorum non superfluorum provisione sollicitus, 5 et faciamus secure similiter, non laxando habenas per ficcionem sophisticam indigencie vel locum ab insufficienti similitudine. Ideo dicit dominus Armachanus, cum sollicitudo dicitur a *solum* et *cio* vel *cieo* quod est congregare vel propriare, sollicitudo quandoque accipitur 59[a] pro curiositate que est semper illicita et | quandoque pro anxietate que est semper licita, quando est cura vite necessaria a cultu divino non distrahens, quod est valde catholicum. Sed utinam non desit nobis ex mundialitate cecante spiritus consilii, quando, quante et 15 qualiter necesse est talem sollicitudinem adhibere, quia certum est quod inspiratus ad habendum talem sollicitudinem, licet exinde a contemplacione distractus fuerit, debet ipsam prosequi, cum aliter peccaret, et per consequens contemplacio non foret cum illis paribus pro 20 tunc sibi melior; ideo non eligit minus bonum, licet propter necessitatem vie dimiserit magis bonum (ut dixi R III huius XXV capitulo). Nam dimittendo cum illis paribus sollicitudinem consultam extingueret donum Spiritus Sancti faciendo contra conscienciam et peccaret, 25 dicente Apostolo Rom. XIV, 23: *Qui autem discernit*, suple scandalum fraternum, *si manducaverit, dampnatus est, quia non ex fide est;* manet ergo in sic intendente praxi habitus amoris Dei, licet actus deficiat, sicut remanet paupertas evangelica in temporalium affluencia. 30 Aliter enim mendicus evangelicus comederet ut ex consumpcione sui cibarii fiat pauperior. Quantum ad illud Math. VI, patet solucio ex XIII quarti huius.

We may take care to provide the necessaries of life.

Secundo argumentatur quod oportet omnem viatorem esse sollicitum circa temporalia, quia circa esculenta, | 60[a] cum oportet omnem christianum esse solicitum ad orandum oracionem dominicam ex doctrina Christi, Math. VI; et patet ex doctrina Apostoli Ephes. IV, 3: *Soliciti servare unitatem Spiritus in vinculo pacis.* Obser-

Second sophism: We may be solicitous about food, since we are taught to pray for it.

5, 6. Cod.: *habenas perfeccionem.* 25. *autem.* Cod.: *enim.* 30. Cod.: *comedere.*

22. De Civili Dominio I, 177—185. 32. De Civili Dominio II, 145.

Digitized by Google

vacio autem illius unitatis fit precipue per sollicitam et instantem deprecacionem oracionis dominice (ut patet I° huius capitulo XIX). Oportet ergo omnem christianum esse sollicitum circa victum quia circa *panem quotidianum.*

Third sophism: Conclusion drawn from the examples of Adam and others.

Tercio coloratur sollicitudo ex hoc quod Gen. III, 19 dicitur prothoplasto: *In sudore vultus tui vesceris pane tuo.* Per idem ergo sollicitudo circa temporalia nobis Ade filiis iure hereditario derivata. Cuius confirmacio est illud Prov. VI, 6—8: *Vade ad formicam, o piger, et considera vias eius et disce sapienciam, que cum non habeat preceptorem neque ducem, neque principem, parat in estate cibum sibi et congregat in messe quod comedat.* Consequitur in vita patriarcharum, qui omnes circa temporalia erant solliciti. Sic Joseph previdit Egypto contra septem annos sterilitatis Gen. XLI, sic Moyses erat sollicitus ad procurandum murmuranti populo alimentum Exod. XVI, ymmo Apostolus Rom. XII, 11 docet eum qui preest in sollicitudine non esse pigrum. *Sollicitudine,* inquit, *non pigri.*

Triplex est sollicitudo, scilicet laudabilis, tollerabilis et culpabilis, et quelibet istarum est bimembris, | nam 60b quedam est sollicitudo laudabilis qua contemplativus sollicitatur circa spiritualia, quedam autem qua clericus prudenter sollicitatur circa temporalia propter utilitatem communem ecclesie, sicut patet de triplici sollicitudine Apostoli. Sollicitudo autem tollerabilis vel est sollicitudo circa nudum usum civilem in proprio vel communi, vel est circa civile dominium temporalium quod credo solum licere laicis. Sollicitudo vero culpabilis vel est quorumlibet christianorum postposito cultu Dei (de qua I. Cor. VII, 32: *Volo vos sine sollicitudine esse*) vel est clericorum, ut civiliter dominentur; et illa sollicitudo est pessima (de qua verificatur illud Math. XIII, 22: *Sollicitudo seculi huius et fallacia diviciarum suffocant verbum*).

Answer: Solicitude for the common good is allowable, but not for personal.

Ad primum dicitur quod non procedit, quia tunc S Christus foret sollicitus circa temporalia; quod non credo. Pro quo notandum quod aliqui actus anime dicunt distincte totum suum signatum et alii indifferenter in- distincte et confuse. Exemplum primi sunt intuicio,

14. Cod.: *patriarcharum Ve te qui* (sic.) 18. Cod.: *Rom. XIV.*

Digitized by Google

comprehensio et solicitudo; exemplum secundi sunt velle, scire et diligere. Sollicitudo ergo dicit distinctam et anxiam attencionem circa solicitans obiective et actus extrinsecus, cum solum sit circa particularia, de quanto
60ᵃ sic | sollicitus fertur in obiectum, quod sollicitatus distincte appetit, ut sollicitando me circa equum habendum, non sollicito me circa caudam et pilos; correspondenter sollicitando me circa cultum Dei, non exinde sollicito me circa temporalia que Deus correspondenter
10 michi adicit, et sic de rebus communibus super quas cadit sollicitudo, licet non super suas partes subiectivas vel integrales; circa communia temporalia licet omnem christianum esse sollicitum, sed circa temporalia quoad proprietatem civilem querendam vix licet layco et nullo-
15 modo clerico pro tempore quo est huiusmodi.

The Lord's prayer is in behalf of the whole church.

Et utinam nos attenderemus ad oracionem dominicam, quomodo quelibet eius particula sonat in peticionem boni communis toti ecclesie et nulla eius peticio sonat in proprietatem civilem. Unde non peto solicite *panem*
20 *meum* sed *panem vite communem* toti ecclesie et consequenter *panem corporeum communem* toti ecclesie circa quem non oportet me esse sollicitum.

Ex quo patet quod non licet solicitari circa temporalia, nisi illa solicitudo principaliter feratur in Deum,
25 quia omnis talis solicitudo debet esse medium ad priorem, iuxta illud I. Petri V, 7: *Omnem solicitudinem vestram proicientes in eum.* Et patet differencia inter curam et solicitudinem nostram.

Ad tercium patet quod licet activum laicum esse |
60ᵇ circa opus suum moderate solicitum secundum mensuram finis, qui disponit ad beatitudinem et utilitatem ecclesie, non autem ad mundi gloriam vel curiositatem superfluam. Unde illud Genes. III allegatum de Adam condempnat sollicitudinem iam presentem. Si enim Adam
35 patriarcha nobilissimus veteris testamenti et Paulus doctor precipuus novi testamenti vixerunt pauperem vitam ex laboricio manuali, qua fronte nos clerici de sorte Christi pauperrimi solicitamur circa adquisicionem secularis dominii? Non ergo licet nobis pigritare sed
40 sicut laici se solicitant circa temporalia, ut pascant et sustentent ecclesiam corporaliter, sic oportet clericos esse sollicitos ad edificandum spiritualiter et preservare se a solicitudine corporali, nisi sint in casu Apostoli, quod desint illis vite necessaria vel darent scandalum

Digitized by Google

laycis a quibus temporalia reciperent. Tunc enim foret meritorium et debitum valentibus instar Apostoli laborare, sicut patet de monachis et fratribus usque hodie istum ritum religionis servantibus.

Fitz Ralph says the pope should not have civil dominion.

Consideremus ergo sollicitudinem laudabilem patrum T
novi vel veteris testamenti et libratis plene circumstanciis, arguendo per locum a sufficienti similitudine, faciamus secure similiter. Et illa est sentencia | domini 61a
Ardmachani dicentis capitulo XV quod superior in ecclesia in casu quo sit dispositus ad contemplandum, 10
predicandum vel alium actum perfecciorem de genere faciendum, dum sint alii inferiores qui actibus inperfectis intenderent, non debet illis intendere, ut patet Act. IV, 2 in casu quo apostoli decreverunt: *Non est*, inquiunt, *equum nos derelinquere verbum Dei et ministrare mensis.* 15
Unde post diffusam declaracionem, quod Christus non fuit dominatus civiliter dicit conclusionaliter, licet colore sophistico: *Nisi*, inquit, *interveniente causa legittima dominus papa habendo civile rerum dominium* (*ut michi videtur*), *peccaret saltem venialiter, non servando sed* 20
solvendo consilia Salvatoris. Dico autem colorem istum esse sophisticum, quia non determinat, si iuxta scripturam licet pape dominari civiliter, sed cum iuxta ipsum differt multum habere usum civilem et civile dominium (ut ostendit capitulo XXVII sexti libri De Pauperie), *differt* 25
eciam (ut patet inferius) *habere civile dominium et civiliter dominari; pertinens foret si licet pape qui est proximus Christi vicarius in terris civiliter dominari, cum Christus caput ecclesie illud non potuit, nec hoc licet fratribus qui non tantum obligantur paupertati evangelice* 30
sicut papa (de illo diffuse inferius). Ista itaque vera verba | generalia huius doctoris ordinavit Deus tanquam 61b
substratam materiam, ut querat per membra sua quibus sibi placet tribuere sentenciam arciorem.

CAPITULUM DECIMUM. 35

Riches may be necessary but only in measure.

Ex istis liquescit quomodo solvende sunt argucie A
que fiunt contra evangelicam paupertatem. Arguunt enim philosophi ex sentencia Aristotelis I. Ethic. *quod divicie necessarie sunt ad felicitatem, cum sine illis foret*

17. Cod.: *licet conclusionaliter.* 36. Cod.: *sollicitande sunt.*
38. Moralia Eud. lib. I, cap. VII.

Digitized by Google

homo insufficiens sibi et suis et involutus magna miseria. Hic concludo quod temporalia sunt necessaria active felicitati pro statu vie, sed sicut occupacio temporalium moderata est medium proporcionale huic beatitudini, 5 sic occupacio excessiva qualem habent mundo divites qui non sunt evangelice pauperes est obstaculum tardativum. Unde absit mundanum credere isti argucie gulosorum; occupacio foret utilior, nam in isto discursu errant omnia genera peccatorum; nemo autem habet 10 maiorem sufficienciam temporalium quam pauper evangelicus qui habet quantum vult vel expedit, nec errat, cum habens omnia bona matris ecclesie expedite consequitur virum suum. Ipsa autem est *mulier fortis* habundans omni genere bonorum de qua Prov. XXXI, 10, 61* ut seriose | exponit Augustinus in quodam sermone de eo quod loquitur Salomon, dum sic dicit: *Mulierem fortem quis inveniet etc. Quando enim vir eius nobilis in portis sedens in die iudicii cum senatoribus terre, tunc aufferet a domesticis principis huius mundi, que non* 20 *habent licet videantur habere, et dabit domesticis suis ut dicitur Math. XXV.* Quam sentenciam exponit Rabanus super Math. libro VII conformiter ad illud quod dixi III huius capitulo . . . *Quisquis,* inquit, *caritatem non habet et alia bona que percepisse videbatur amittit.* 25 *Unde necesse est per omne quod agimus, erga caritatis studia vigilemus, quam quisquis non habet omne bonum amittit quod habet, et talento quod acceperat privatur.* Istam autem legem caritatis qua inseparabiliter concomitatur evangelicam paupertatem, notarent Christi philosophi, 30 considerantes cum Aristotele in Topicis quod melius est philosophari quam ditari. Unde Crisostomus super Math. Omelia XXXII: *Nichil,* inquit, *tantum designat philosophiam, sicut non superfluis uti et secundum quod possibile est nullo indigere. Hoc et pseudoapostoli noverant,* 35 *propter quod Paulus dicebat: ut in eo in quo gloriantur*

Even the heathen though philosophy better than riches.

2. Cod.: *concludendo.* 15, 16. Cod.: *de eo quod* deest. 25. *erga.* Cod.: *circa.* 35. Cod.: *dicebat* deest.

15. St. Augustini Sermo XXXVII De Proverb. cap. XXXI, Opp. tom. V, 2, 189. Loosely quoted. 23. Rabani Comm. in Matth. Opp. tom. I (Migne CVII) pag. 1094. 30. Hunc locum in Topicis non inveni nisi cap. II primi libri, ubi in eundem sensum disseritur de utilitate dialectices. 32. Chrysostomi In Matth. Opp. tom. VII, 372.

Digitized by Google

inveniantur sicut et nos; si autem patria in aliena existentes et ad ignotos abeuntes nichil amplius | oportet petere 61[4]
quotidiano cibo; multo magis domi manentes. Vult enim iste sanctus cum beato Jeronimo quod christiani philosophi super reliccionem omnium quam fecit Socrates 5 debent sequi Christum in moribus. Si enim propter virtutes inperfectas speculativas ethnici reliquerunt civiles divicias, multo magis propter virtutes morales philosophi relinquerent tales divicias. Ille enim sunt infinitum aliis virtutibus meliores; quibus habitis alie consecuntur. 10 Considerent ergo fideles philosophi, quod est dare felicitatem triplicem: activorum correspondentem patribus veteris testamenti (et de illa infima tractat Aristoteles II. Ethicorum), felicitatem contemplativorum (de qua materia tractat philosophus I. Ethicorum); et illa cor- 15 respondet patribus novi testamenti, quorum dux est pauperrimus; tercia autem est consumata felicitas simpliciter beatorum, incomposibilis istis diviciis (de qua specialiter tractat theologus.)

Three degrees of happiness.

Secundo considerent secundum evangelium quod, de B
quanto via est isti propinquior, de tanto est melior, et consencient in principio lumine naturali quod debent imitari Christum in evangelica paupertate; nam quanto cum minori sarcina quis sufficit beatitudinem attingere, de tanto viat perfeccius, ut si quis sufficeret per mare 25 transire ad portum sine navigio, per | feccius viaret quam 62[a]
requirens onerosum sumptuosum et periculosum apparatum navigii, et de quanto cum minori apparatu viat securius, de tanto expedicius.

It is argued: Poverty is not a mean but an extreme, therefore not a virtue.

Secundo arguitur per hoc quod omnis virtus ex 30 II. Ethic. consistit in medio, non autem evangelica paupertas, ergo non est virtus. Sed consideret sic arguens quomodo theologus sane dicit virtutes theologicas non sic consistere in medio inter habundanciam et defectum, sicut virtutes consuetudinales Aristotelis que sunt circa 35 bona fortune quibus contingit abuti. Ideo caritas, castitas, paupertas et eis similia de quanto principiant actus intensiores, de tanto sunt virtutes perfecciores; non sic

1—3. Recte: *Quod si cum in peregrina regione sumus et ad ignotos proficiscimur, nihil plus querendum est quam quotidianus cibus, multo magis sic agendum, cum domi manemus.* 8. *philosophi;* adde: *christiani sive fideles.* 26. Cod.: *navigo.* 38. Cod.: *perfecciones.*

31. Cf. Aristotelis Eth. Nic. lib B. 7 ed. Bekker II, 1107.

Digitized by Google

autem liberalitas, magnanimitas cum sibi similibus. Notandum tamen quod paupertas evangelica non est nuda privacio que est temporalium carencia, sed habitus animi, quo humilis abdicat a se temporalium civilitatem ut expedicius excolat Deum suum, et sic quodam modo consistit in medio. Cum enim secundum Augustinum *amor sit genus cuiuscunque virtutis*, est dare aliquos qui nimis afficiuntur hiis temporalibus quos latinus vocat *Amatores mundi* iuxta illud I. Joh. II, 15 *Nolite diligere mundum, neque ea que in mundo sunt;* grecus autem | vocat huiusmodi *filocosmos*.

Answer: The theological virtues do not consist in a mean, yet poverty may be a mean.

62b Est autem dare in alio extremo licet raro alios qui parvipendentes istas creaturas Dei non accipiunt eorum usum, de quanto foret necessarius ad finem ultimum adquirendum, et de facto ista extrema coincidunt, cum omnis avarus adquirendo abutitur bonis Dei (ut patet III huius capitulo . . .)

Extreme asceticism is wrong.

Est tercio dare pauperes evangelicos qui diligentes temporalia de quanto sunt necessaria fini suo quod amplius est reputant cum apostolo transeundum ut stercora (ut exposui III huius capitulo . . .) Et in isto consistit paupertas evangelica, que habet tres gradus secundum Lincolniensem, ut exposui VIII huius. Ille autem reccius attingit medium qui contemplative vivendo lenius utitur hiis, de quanto sunt utilia sue vie. Unde mediam paupertatem evangelicam oportet sacerdotem Christi habere, infimam autem persona layca, sed altissimam contemplativi. Omnes autem istas paupertates figuravit Christus et fuit pauper eiusdem speciei cum christianis, sed nullus christianus potest ad gradum sue paupertatis, sicut nec ad gradum sue gracie vel caritatis attingere, cum Deus non potest facere hominem tam pauperem, gratum vel carum sibi, sicut fecit Christum
62a nisi fecerit | Deum et hominem.

The three digress of poverty for laymen, priest and mack.

C Ipse autem est secundum humanitatem fons virtutis cuiuslibet christiani; invitamur ergo medio istius persone, que utrobique tam secundum deitatem quam secundum humanitatem servavit medium, quod si lapsi simus a medio quod solus iste homo semper servavit

16. Cod.: *adiendo.* 24. Cod.: *affingit.* 27, 28. Cod.: *persona layca . . . contemplativi.*

9. Cf. St. Augustini Opp. tom. II, 540; I, 697, 704. 16. De Civili Dominio I, p. 20. 18. Ibid. p. 155. 23. Vide supra p. 134.

Digitized by Google

ad regulam, redeamus per penitenciam ad illud refugium salutare non illaqueando sed exonerando nos a mundi diviciis.

Lesson from St. John's miracles.

Unde notaret sic arguens quomodo sanctus evangelista (ut legitur in vita sua) silvestres frondes mutavit in aurum et in gemmas saxa litoria, quod indubie sibi concessum est a Deo ut in facto doceat philargiam, quam detestatur verbo in fine prime epistole esse a Christi discipulo precavendam.

Try to appreciate things as do the scients in heaven.

Consideret secundo quantum angeli beati vel homines in purgatorio aut in celo appreciantur hec temporalia et secundum rectum inerrabile eorum iudicium debet iudicium viancium regulari; rectificet quantum possibilitas vie permittit suum iudicium circa temporalia iuxta illos.

Think how useless in itself gold is.

Consideret tercio quod minimus vermis vel vivum est perfeccius ac melius in natura quam totum aurum mundi iuxta principia philosophica Augustini, ymmo quodlibet genus cibariorum est pro statu vie similiter nobis utilius, eo quod huiusmodi gracia prodest | aurum 62[4] secundum quod numisma sit, modo utilius per accidens; gentilis curiositas declinans a statu innocencie introduxit ut amet numisma ad regulam, de quanto est utile medium ad beatitudinem pro tempore huius lapsus. Et patet quomodo paupertas evangelica consistit in medio hoc non errante.

Tercio arguitur per hoc quod patres veteris testamenti ut Abraham, Job et David erant pro tempore suo ditissimi et tamen sanctissimi, in tantum quod mendicus dicitur a Salvatore Luc. XVI *receptus in sinum Abrahe* qui in requie fuit ipso prestancior; non ergo infirmatur sanctitas ex diviciarum adiacencia sed pocius roboratur.

Confirmatur ex hoc quod in medio consistit virtus iuxta illud Salomonis Prov. XXX, 8: *Mendicitatem et divicias ne dederis michi, sed tribue tantum victui meo necessaria.* Quantum ad istud, sepe concessa est conclusio, cum apostoli et omnes pauperes evangelici habent omnia, cum secundum Jeronimum Epistola ad Pauli-

6. Cod.: *saxa latonia.* 21. Cod.: *sed quod.*

6. Cf. De Ecclesia p. 189. First lesson in Sarum Breviary on St. Johns day (Fasc. I. CCXVI Procter's Ed.)

Digitized by Google

num VIII capitulo: *Avaro deest tam quod habet quam quod non habet, credenti totus mundus plenus diviciarum est.* Et quoad hos tres patriarchas patet quod principaliter ex imitacione paupertatis Christi erant a Deo
5 gloriosi. Nam fides Abrahe qua exivit pauper de terra
63ª et de cognacione | sua Gen. XII fecit ipsum patrem multarum gencium, magnam eius fidem imitancium, ut notat Apostolus Hebr. XI, 8, 9: *Fide,* inquit, *qui vocatur Abraham obedivit in locum exire, quem accepturus*
10 *erat in hereditatem et exiit nesciens quo iret; fide demoratus est in terra repromissionis tamquam in aliena, in casulis habitando;* et sic sancti veteris testamenti circuierunt in mellotis, in pellibus caprinis, egentes, ut dicit Apostolus et notat Jeronimus (ut patet VII huius).

D Unde in eadem cilliba de qua Abraham in maioribus eius diviciis satis paupere modo convivavit angelos (ut dicitur Gen. XVIII) regnavit magna gentilis facesia inter Egyptios. Nam Gen. XVIII, 4, 5, 6 alloquitur Abraham angelos per hunc modum: *Afferam pauxillum*
20 *aque et laventur pedes vestri, ponamque buccellam panis et confortetur cor vestrum.* Et sequitur: *festinavit in thabernaculum ad Saram, dixitque ei: Accelera, tria sata simile commisce et fac subcinericios panes. Ipse vero ad armentum cucurrit et tulit inde vitulum tenerrimum.*
25 Et sequitur: *Tulit quoque butirum et lac et vitulum quem coxerat et posuit coram eis.* Ista scripta sunt in scriptura sacra ad nostram doctrinam, ut discamus quam
63ᵇ simplicem et pauperem vitam vixerunt | patres veteris testamenti de moderato usu temporalium non ad do-
30 minandum sed ad ministrandum procuratorie peregrinis et pauperibus contentati. Et utinam nos sacerdotes Christi pauperrimi notaremus illam sentenciam: Post vero narrat scriptura Gen. XL, quomodo duo eunuchi Pharaonis quorum unus pincernis preerat, alter pistoribus ex
35 mandato regis missi sunt in carcerem principis militum. Ecce quanta gentilis facesia declinans a statu innocencie regnavit inter filios Cham ex infidelitate dampnandos et quam simplex fuit ministracio inter filios Sem, quibus eterna hereditas est promissa.

The wealthy patriarchs lived simply

and ministered to others.

15. *cilliba;* cod.: *cilia;* Correxi. (Graec.: κιλλίβας = mensa coenatoria.)

1. Hieronymi ad Paulinum Ep. CIII, III, p. 12. 23. Gen. XVIII, 7. 25. Ibid. 8. 33. Gen. XL, 1 seqq.

Digitized by Google

Et conformiter dicitur de Job, quod ex paupertate, paciencia et tribulacione plus placuit Deo suo quam ex copia bestiarum, quia sine paupertate evangelica secundum . . . placere non poterit sed econtra.

Nec moveat, quod dicti patres non sunt secuti Christum in evangelica paupertate, eo quod non tunc fuit Christus, quia alibi diffuse exposui: Omnes salvandi in veteri testamento per fidem viderunt diem Christi, ut Salvator testatur de Abraham Joh. VIII, 24—26. Ideo dicit Apostolus Hebr. XI: *Fide Moyses grandis factus negavit se esse filium filie Pharaonis magis eligens affligi cum* | *populo Dei quam temporalis peccati habere iocunditatem;* 63a *maiores divicias estimans thesauro Egipciorum improperium Christi.* Ecce quod patres veteris testamenti scientes tribulacionem et paupertatem Christi plus appreciati sunt harum virtutum divicias quam quotlibet temporales. Christus ergo fuit prior in virtutum dignitate et prestancia illis qui ex fide eum videntes imitati sunt.

Unde Jeronimus epistola quadam: *Dominus,* inquit, E *salvator noster non est nunc omnia in omnibus, sed pars in singulis; verbi gracia in Salomone sapiencia, in David bonitas, in Job paciencia, in Daniele cognicio futurorum, in Petro fides, in Finees et Paulo ζelus, in Johanne virginitas, in ceteris cetera. Cum autem omnium rerum finis advenerit, tunc omnia in omnibus erit, ut singuli singulorum omnes virtutes habeant, et Christus dominus in cunctis.* Vult enim dicere ex sensu Apostoli ad I. Cor. XV quod post diem iudicii erunt beati pleni virtutibus, que omnes virtutes quoad essenciam obiectivam quam habent in Deo, sunt ipsamet Dei virtus que tunc perfecte facit se esse unum cum sua ecclesia.

Patriarchs are but a shadow of Christ.

Et vellem quod nos magnificantes divites mundo ex largitate synus Abra | he niteremur instar sui esse divites 63d et attenderemus quod ipse non erat unus de familia in domo Christi summe pauperis. Nam omnes patres precedentes Christum tempore figurantes eum ut flores fructum et omnes sequentes eum tempore vestigiantes

4. *secundum*; deest verbum. 6. Cod.: *Christus non tunc fuit Christus.* 18. Cod.: *illis* deest. 29. Cod.: *virtutes habeant.*

19. In eundem sensum Hieronymus ad Pammachium Opp. tom. I, 214.

Digitized by Google

eum ut cera sigillum, omnes inquam non sunt nisi umbra in comparacione ad ipsum utrobique servantem medium, in tantum quod Baptista in confinio istorum temporum positus cum Christo *non erat nisi lucerna* 5 *ardens* in comparacione ad lucem inaccessibilem et calorem per se vivum (ut dicitur Joh. V, 35.

David as a type of Christ.

Quantum ad tercium patriarcham, scilicet David patet quod plenius inter ceteros figuraverit Christum, cum ipse dicat I Reg. XIII, 14: *Inveni virum secundum* 10 *cor meum* et expressius secundum eius regnum figuravit spirituale Christi regnum, in tantum quod nonnulli minus provide putant ex intellectu erroneo scripture quod Christus regnavit civiliter. Nam. Luc. I, 32 scribitur: *Dabit illi dominus Deus sedem David patris eius;* super 15 quo docuit doctor: sicut ostenditur in Christo fuisse natura divina, sic et humana, quia igitur altissimi filius Deus est, quia autem David filius homo est, Jesus ergo Deus et homo est; *huic dabit dominus Deus sedem David* 64ª *patris eius*, cum Ysai. IX, 7 dicitur: | *Super solium* 20 *David et super regnum eius sedebit*, et Ysai. XVI, 51: *Preparabitur in misericordia solium et sedebit super illud in veritate in thabernaculo David iudicans et querens iudicium et velociter reddens quod iustum est.* Et sic de multis scripturis comparantibus Christum ad David, in 25 tantum quod Jerem. XXX vocavit Christum nomine David: *Servient* inquit propheta *domino Deo suo et David regi suo, quem suscitabo eis.* Et idem dicitur Jerem. XXXIII, quia Christus est autonomatice manu F fortis in accessione Golie. Unde querit Bernardus ser- 30 mone IV super '*Missus est*': *quomodo dederit ei dominus Deus sedem David patris sui, cum ipse in Jerusalem non regnaverit; quin ymmo turbis volentibus eum constituere regem non adquievit sed ante faciem Pilati protestatus est, regnum suum non esse de hoc mundo. Quid magnum,* 35 inquit, *promittitur ei, qui sedet super Cherubyn quem propheta vidit sedentem super solium elevatum, quia sibi promittitur sedere in sede David patris sui.* Et solvens differenciam questionum dicit quod *hic ponitur signans pro significato, Jerusalem* enim in qua regnavit David

8. Cod.: *quod patet plenius.* 14. Cod : *Luc. 2.* 16. Cod.: *sicut.* 30. Cod.: *dederat.*

30. St. Bernardi Homilia IV Opp. p. 31. (Ed. Paris. 1640).

Digitized by Google

signat Jerusalem que sursum est mater nostra multo hac diciorem, multo hac nobiliorem cuius regnum Christo promittitur. Quod autem de hoc | regno intellexit, expresse 64b
videtur apparuisse prophete, qui dicit in persona eius: Ego autem constitutus sum rex ab eo super Syon montem 5
sanctum eius. In eo enim quod non in Syon sed super Syon posuit, non Syon in qua regnavit David sed Syon celestem ostendit. Et concordant Augustinus et alii sancti isti sentencie (ut patet supra capitulis V et VII). *De illa Syon,* inquit Bernhardus, *dictum est de David: de* 10
fructu ventris tui ponam super sedem tuam, et de quo dictum est per alium prophetam: super solium David et super regnum eius sedebit. Ecce quod ubique repperis super sedem, super Syon, super regnum, super solium ad notandum mistice signatum verum super quo 15
Christus spiritualiter regnat et non locum in quo secularitER regnat. Unde Bernhardus: *Dabit ei Dominus sedem David patris sui non tipicam sed veram, non terrenam sed celestem, non temporalem sed eternam.* Unde Beda: *Accepit Christus sedem David ut gentem, cui* 20
David quondam et filii eius temporalis regni gubernacula prebuerit, ipse perpetuum vocaret ad regnum quod eis paratum est ab origine mundi. Et sequitur *quod regnabit in domo Jacob in eternum.* Sed quare dicitur ecclesia magis *sedes | David* quam *sedes Abrahe, Ysaac vel* 64a
Jacob? Dicitur quod David fuit primus rex aperte figurans regaliam Christi; que figurancia dictus doctor reducit ad tria, quorum primum est compassionis pietas, secundum subieccionis humilitas et tercium mansuetudinis mititas. Per pietatis compassionem quo suis impios ad 30
se fugientes suscepit I. Reg. XXII, 2 dicitur: *Convenerunt ad eum omnes qui erant in angustia* etc. Per humilitatis subieccionem se vilissimum reputavit I. Reg. XXI, *Ego autem sum vermis et non homo,* et I. Reg. XXIV, 15: *Quem persequeris, rex Israhel, quem persequeris, canem* 35

4 Cod.: *propheta.* 18, 19. Cod.: *tipicum . . verum . . eternum . . terrenum . . celeste . . temporale . . eternum.* 20. Cod.: *ut in mirum* (sic) *gentem.* 26. Cod.: *miticitas.* 34. *homo;* desunt verba Psalm. XXI, 7.

10. Psalm. CXXXI. 13. Is. IX. 20. Baedae Homilia in festo Annunciationis Opp. tom. VII, 336: *Ut populum quem David temporali rexit imperio ipse gratia spiritali ad aeternum pro veheret regnum . . .* 33. Recte Psalm. XXI, 7.

Digitized by Google

mortuum persequeris. Item, per mansuetudinis virtutem contumelias suscipit pacienter (ut patet II. Reg. XVI.) Et ut breviter dicatur collectis omnibus gestis laudabilibus David, que omnia figurant conversacionem Christi, non fuit alius rex qui figuraret apcius regnum eius.

Difference between Christ's judgment and that of men.

G Sed ex nota et ficto VIII huius non sequitur quod figura fuit carnalis et civilis sed quod illud mistice figuratum; et inter omnes reges tam potentes in seculo non estimo alium minus intendisse civilitati in domi-
10 nando et iudicando et in conversando secundum ritus gencium quam hunc regem. Unde servavit iudicium
64[a] Sa | lomoni, ut patet III. Reg. II, et ideo fuit consona figura Christi, qui non potuit iudicare civiliter vel regnare, ut patet capitulo V, VI, et VIII. Quod autem Christus non
15 iudicavit civiliter, patet capitulo VI quarti huius et capitulo VIII huius ex sentencia Rabani, Armachani, Lincolniensis et Scoti. Hic autem addam testimonium sancti Thome secunda secunde questione LXVII, ubi dicitur quod *iudex qui iudicat secundum publicam potestatem, debet*
20 *iudicare secundum informacionem testium. Deus autem quia habet propriam potestatem et non potestatem communitatis potencioris, ideo iudicat secundum propriam informacionem veritatis quam ipsemet cognoscit et non secundum informacionem quam capit a testibus.* Et eadem
25 est racio de Christo qui est verus Deus et homo, quia (sicut allegatum in VIII capitulo huius secundum exposicionem Crisostomi) Christus fuit dominus legis potestatem habens et non sicut scribe et Pharisei, ut dicitur Math. VII, et ad illud allegat Sanctus Thomas illud Ysai XI, 3:
30 *Non secundum visionem oculorum iudicabit neque secundum auditum aurium arguet.* Et Joh. V, 27 Christus testatur concorditer, postquam dixit quod *pater omne iudicium dedit filio et sicut audit a patre sic iudicat;* tercio subiungit: *Ego autem ab homine testimonium non accipio.*
35 Quomodo queso non haberet superfluum iudicem omniscientem audientem eternaliter omnem veritatem et
65[a] intuentem clare secundum huma | nitatem singula cir-

6. *nota;* cod.: *nos;* ib. *et ficte* (sic). 7. Cod.: *civilis quod et illud.* 12. *figura;* cod.: *fis* (quod et *filia*).

15. De Civili Dominio II, 47—58. Rectius cap. XVI, pag. 209—233. 18. St. Thomae Opp. (ed. Venet. 1774) tom. III, p. 260. 32. Joh. V, 30. 34. Joh. V, 34.

Digitized by Google

cuire per ambages, adducendo testes in testimonium veritatis quam ipse sua lepra melius cognoscit quam illi testes. Non occurrit michi racio nisi fingendo quod hoc fecit ad exemplandum auctorisandum civile iudicium. Sed (ut patet) sepe dictum est: Deus non approbat quem- 5 quam dominari civiliter vel civiliter iudicare, sed consulit sepe oppositum; ergo David figurans Christum fuit mendicus et pauper, sicut ipse testatur, tam pro se quam pro Christo sine alterius vituperio.

Begging may be good or bad.

Quantum ad mendicacionen, patet quod tam ipsa quam H paupertas nunc sonat in bonum, nunc in malum; quod autem sonat in bonum, patet de mendico recepto in sinu Abrahe et meminit Crisostomus Omelia LXXXVIII Operis Perfecti: *Quicunque*, inquit, *videris pauperem recordare quod Christus sit qui cibatur, cum dicat Math.* 15 *XXV, 40: Quamdiu uni ex minimis meis fecistis, michi fecistis, et Act. IX, 4: Saule, Saule, quid me persequeris? In hoc, inquit, scemate ipse accipit et mendicat. Sed verecundare, audiens quoniam mendicat Christus, sed verecundare, cum mendicanti non des. Hoc enim est verecundia, hoc* 20 *est supplicium et tormentum. Mendicare enim eius bonitatis est signum et gloriari nos in eo oportet, non dare vero tue est crudelitatis.* Et si arguitur quod ex conformi scriptura Christus mendicat civi | liter, quia in membris 65b suis, patet quod si hoc movet, concedendum esset, quod 25 Christus carnaliter coniugatus procrearet quotlibet filios carnaliter, ymmo informaretur formis quibuscunque bonis vel malis quibus formatur aliquod membrum ecclesie. Ideo iuxta sentenciam prime regule Augustini III De doctrina Christiana XXXI, quam dat ad intelligendum 30 scripturam sacram, quandocunque aliquod predicatum personale dicitur de Christo, formaliter intelligendum est de se ipso in persona propria ne scriptura specificet ad corpus eius misticum vel aliquod eius membrum. Cum ergo iudicare civiliter sit actus personalis, patet 35 quod dicens simpliciter quod Christus iudicavit civiliter,

2. *sua lepra;* ita cod. 18. Cod.: *verecundaris.* 19—21. Chrysostomus: *Erubesce igitur cum petenti non dederis. Hoc pudori est, hoc poenam et supplicium meretur.* 22. *gloriari;* cod.: *ordinari.* 33. *ne;* rectius: *nisi.*

14. Chrysostomi In Matth. Hom. LXXXVIII al. LXXXIX. Opp. VII, 828. Loosely quoted. 29. St. Augustini Opp. tom. III, 1, 58 cf. p. 63 E.

Digitized by Google

inplicat quod Christus in persona propria ita fecit, quod fuisset in Christo superfluum.

Ex istis patet (ut dixi superius) quod Christus non iudicavit mulierem in adulterio deprehensam civiliter, quia secundum sanctum Thomam ubi supra, *iudex tanquam minister publicus legis iudicaret inter illos, quorum unus sit actor et alius reus, ideo iudex non potest aliquem tali iudicio condempnare nisi habeat accusatorem iuxta illud* Act. XXV, 16: *Non est consuetudo Romanis condempnare aliquem hominem prius quam qui accusatur presentes habeat accusatores locumque defendendi accipiat.*

Christ did not act as a civil judge to the woman taken in adultery.

65a Unde consequenter | dicit sanctus Thomas quod *non est in potestate talis iudicis reum absolvere a pena, sed in potestate supremi iudicis qui est supra leges, cuius potestate iudex inferior fungitur.* Unde super illo Joh. XIX, 11: *Non haberes potestatem adversum me ullam, nisi data esset tibi desuper,* dicit Augustinus: *Talem Deus dederat Pilato potestatem, ut esset sub Cesaris potestate,* ne ei omnino liberum esset accusatum absolvere. Cum ergo Christus remisit mulieri peccata et penam ultra omnem legem humanam vel antiquam, patet quod in hoc non iudicavit civiliter sed supra leges huiusmodi. Istud tamen sepe repeto, ut appareat nuditas evidencie doctorum qui dicunt quod Christus in isto iudicavit civiliter.

Tercio invehit dominus Ardmacanus acute quod divicie propinquius sonant in instrumentum virtutis quam paupertas quam Christus per accidens assumpsit. Nam Job XIX et XXXI commendatur ex communicacione qua bona egenis suis distribuit. Item sapiens Salomon: *Divicias et paupertatem ne dederis michi sed tantum victui meo tribue necessaria;* paupertas ergo sicut mendicitas fuit in testamento veteri reprobata, non sic divicie, ergo racio est earum, qua ad par virtutis prestancior.

It is said riches are an instrument of good.

65b Item, deitas est sic dives, quia non potest | pauperari, sed paupertas potest solum creature racionali competere;

9. Cod.: *consuetudo racionis* (sic). 14. Cod.: *potestate et talis.* 35. *ad par;* cod. *ad p.*

18. St. Augustini episcopi In Joh. Evang. cap. XIX, tract. CXVIII, Opp. III, 2, 795. 32. Prov. XXX, 8. 35. Cf. De Dominio Divino 218 seq. et al.

Digitized by Google

divicie ergo includentes per se perfeccionem simpliciter supereminent paupertati, cum Deus sit ex se dives et non possit pauperari.

Et secundum Anselmum *illud est perfeccionis simpliciter quod melius est esse quam non esse.* 5

It is true that God is rich but for man the gospel teaches poverty to be better.

Quantum ad illud, videtur michi quod laboravit inutiliter in equivocis, cum certum sit, quod dives, ut dicit analogice per se sufficienciam bonorum, soli Deo conveniat, pauper autem non potest divinitati competere. Et ad istum sensum procedit tercia racio; sed loquamur 10 de mundo divite creato ut sonat in bonum, et de paupertate evangelica ut habitualiter sonat in bonum, et tunc certum videtur quod sit pauper in scriptura sacra plus divite comendatus, eo quod Christus talem paupertatem assumpsit. Tales autem divicias propter in- 15 perfeccionem non potuit assumpsisse. Quid ergo velit ad divicias eternas quas creatura non potuit assumpsisse? Item sermone Domini in monte Math. V, 3 qui sic incipit: *Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum celorum.* Talia ergo non dicit de creatis divitibus, sed 20 utrobique exprobrat eos (ut patet II huius capitulo . . . .) Item, beatus Job non commendatur tantum exposicione quantum ex communicacione bonorum pauperum; cum ergo tot ut sic distribuit, accedit ad evangelicam paupertatem et servat | ministerium communicacionis evangelice 66a paupertatis, videtur quod pocius sub racione qua dives in eis sit iste sapiens commendatus; si enim haberet divicias et non distribueret in necessitate egenis, foret mortaliter increpandus, sed posset meritorie carere possessione huiusmodi sine morali vituperio, igitur di- 30 vicie seculares minus sonant virtutis eminenciam quam paupertas, nam per se finis occupacionis talis temporalium est opus paupertatis; ergo ipsum est melius medio ad eundum. Et patet ex hoc quod utrobique commendatur tam Job quam alii ex communicacione 35 qua debent esse cuncta communia; quod tamen non sapit civilitatem sed paupertatem evangelicam sequitur intentum.

Item, paupertas evangelica secundum dictum doctorem (ut patet capitulo VIII conclusione III) plus attenditur ad 40

6. Cod.: *quantum non esse.* 30. Cod.: *possessionem.* 40. *attenditur*; cod.: *acceſ*.

4. In eundem sensum Anselmi Monologium cap. I—IX.

Digitized by Google

statum innocencie et beatitudinis quam civile dominium, ergo est illis perfeccior. Nam pauper evangelicus contentatur de nudo titulo gracie, sicut in illis duobus statibus.

The evangelically poor has the best use of all things.

5 Et quantum ad usum temporalium, patet ex dictis prima parte, IX capitulo, quod usus evangelice paupertatis est usibus illis conformior. Non enim assumit usum temporalium ultra necessitatem sicut nec fecisset in statu innocencie, nec adhuc faciunt bestie, et certum 10 habet omnium temporalium sine murmure usumfructum, cuius conformacionis volicioni divine ususfructus est sibi utilior quam aliquis usus sensibilis assignandus, cum 66b usus sensibilis | non expedit, nisi de quanto illi usui utili subministrat. Sic enim per se in patria habebitur 15 talis usus; et hinc credo Christum suum sermonem incipere: *Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum celorum.* Nam solum illis primo et principaliter et persecutis propter iusticiam finaliter regnum celorum in commune promittitur, quia solum illi ut huiusmodi 20 disponuntur et in via gustare arras beatitudinis; ideo dicit Lincolniensis super isto Psalm. LXXIII, 21: *Pauper et inops laudabunt nomen tuum,* quia nulli homines laudant digne Deum nisi pauperes; et hinc se voluit et suos filios karissimos esse pauperrimos, nec potuit propter 25 inperfeccionem sumpsisse divicias civiles. Similiter ex methaphisica patet quod habitus paupertatis evangelice sit perfeccior quam civile dominium, quia unum est virtus et aliud religio inperfecta; que de tanto precise sapit inperfeccionem de quanto disponit ad evangelicam 30 paupertatem. Ad hoc enim ordinatur, ut defendat bona ecclesie et facile communicet membris quibus illa bona sunt communia.

Sed dubitatur si carencia civilis possessionis sit perfeccior quam carencia evangelice paupertatis; certum 35 est quod prima carencia est perfecta, cum perfectissimis hominibus infuit in via et beatis perpetuo inest in patria; omnis autem qui perpetuo servat secundam carenciam | 66a est dampnatus.

Civil lordship implies venial sin.

Si autem queratur utrum civilis possessio sit per- 40 feccior quam possessionis talis carencia, dicitur quod illo modo quo inter positivum et privativum potest fieri comparacio in suo analogo, perfeccior est carencia civilitatis quam civilis possessio, quia prestat, ymmo ad illam consequitur; secunda autem implicat veniale peccatum.

Digitized by Google

Quod si obicitur de infantibus baptisatis, quod mortuis parentibus succedunt in civili dominio sine peccato mortali vel veniali, dicitur quod infans unius diei quantumlibet baptisatus non est immunis a peccato veniali actuali, quia peccatum veniale omissionis vel originis 5 est defectus fundatus in pronitate peccandi quod infans habet ex fomite peccati, ultra hoc quod habuisset in statu innocencie. Sed omnis caret in via tali defectu, nisi miraculose fuerit ad statum innocencie recreatus, sicut fuit de secundo Adam et creditur de matre sua 10 ac de aliis sanctis saltem in articulo mortis. Tales autem mundi a peccato veniali non habent civile dominium in actu, quia ad hoc requiritur deliberacio et voluntaria acceptacio, nec in habitu, quia repugnat illi statui, sicut statui innocencie, quod civiliter dominentur. 15

Different kinds of poverty.

Quod si tercio queritur, quomodo Christus apostolis L
nemo fuit pauperior, cum Christus | excessit David, quan- 66[a]
doque conparacio secundum speciem quandoque secundum gradum individuum speciei specialissime, sicut fuit paupertas Christi cum paupertate apostolorum et re- 20 ligiosorum, et utrobique est abdicacio omnium temporalium, cum utrobique paupertates quoad negacionem et speciem sunt equales, non autem quoad fervorem caritatis, quoad firmitatem et continuitatem abdicacionis, cum abdicacio in Christo fuit perpetua et insolubilis, 25 non sic autem in aliis. Paupertas vero habens dominium civile est alterius speciei, sicut paupertas scelerati est alterius generis. Sicut enim dominium civile se habet ad naturale, sic paupertates concomitantes ipsa dominia sunt disparis speciei. Aliter enim paupertas altissima 30 foret paupertate media minus bona, et ex illis fieret paupertas una in numero, quod est inpossibile; ideo minimus gradus paupertatis speciei alcioris est perfeccior summo gradu paupertatis speciei inferioris. Paupertas autem que est virtus est per se in genere qualitatis, 35 sed paupertas privacio est per reduccionem in genere sui oppositi positivi et per se in dispari genere analogo, ut aliud genus carencie est quo Christus caret civili dominio ex defectu caritatis, nam per se cause dispares in genere faciliter variant genus accidencium causa- | 40

8. *omnis;* cod.: *si quis.* 13. Cod.: *in actu vel habitu.* 16. *apostolis;* rectius legendum esse videtur: *Quomodo Christus apostolis homo fuit pauperior.*

Digitized by Google

67ᵃ torum. Ideo cum religiosus abdicat a se omne civile dominium propter Christum et secularis retinet sibi civile dominium, utrobique humiliter recognoscendo quod parum potest respectu Dei, non mirum si ex volicionibus tam disparibus producuntur specifice dispares paupertates.

Quarto replicatur de civili dominio, quod si sonat inperfeccionem, tunc magis sonat inperfeccionem maiorem et per consequens summum civile dominium sonaret maximam inperfeccionem; et sic domini ut reges et imperatores forent Christiani maxime inperfecti; consequens contra experienciam et approbacionem ecclesie que plures huiusmodi canonisat. Responsibility of rulers.

Hic negatur prima deduccio, quia domini temporales si virtuose presint secundum exigenciam officii sui, sunt suis subditis plus perfecti, et si male presint, sunt suis inferioribus plus culpandi; et cum totum genus laicalis officii quantumlibet creverit est dignitate inferius quam officium clericorum, ut linea quantumcunque nobis finite creverit non attingit magnitudinem superficiei. Et per hoc patet quod ecclesiastici prepositi si bene rexerint, plus merentur, si male, amplius demerentur. Maior autem monstruositas et periculum infectivum ecclesie est in oneroso preposito ecclesie quam civili, quia ubi est ex casu maius periculum, est ex perseverancia maius inmeritum.

M Unde pro fundamento illius preeminencie primatus
67ᵇ scribitur in Canone, | distinccione CXVI, *Duo sunt quippe*, ubi sub auctoritate Ambrosii dicitur, *quod aurum non tam preciosius est plumbo, quam regia potestate ordo sacerdotalis est alcior. Unde in principio pastoralis sui dicitur, quod hii duo status nullis poterunt comparacionibus adequari.* Et concordat racio, si stent in dignitate sui officii, cum tunc sacerdos erit layco difformior et per consequens aput Deum cuius arbitrio standum est, erit accepcior.

Quantum ad canonisacionem, videtur quod solum sit argumentum topicum, cui non est sine manifesta iusticia Canonization of doubtful authority.

14. Cod.: *negetur*. 19. Cod.: *quamcunque*. 28. Decret. prima pars, dist. XCVI, cap. X. 32, 33. Rectius in decr.: *Honor, fratres, et sublimitas episcopalis nullis poterit comparationibus adequari.*

37. De canonisatione cf. De Ecclesia, p. 44, 45.

Digitized by Google

obviandum; possibile tamen est, quod in istis ecclesia decipiat et decipiatur vel ex cupiditate pecunie vel ex parte affeccionis inordinate proximorum canonisati vel ex illusione diaboli paliantis miraculose, ut ecclesia in penam peccati circa cultum private persone posite noviter in sanctorum collegio inaniter occupetur. Contingit enim quod melius occuparetur populus domi in preceptorum Dei observancia quam in peregrinacione et oblacione, visitando sanctorum limina. Contingit eciam quod multi sancti monachi et fratres sint in beatitudine alciores quam dati sancti, quorum festa solemnisat ecclesia; verumtamen discrecio huius in particulari excedit humanum iudicium. Ideo standum | est determinacioni ecclesie. Unde credo quod occupantes primatus in ecclesia habent multos speciales instinctus ultra plebeos, ut ostendi alias. Secundo arguitur: Si bonum est dominari civiliter, melius esset extensius civiliter dominari, vel ut supra, si una porcio civilis dominii potest ex Dei omnipotencia in infinitum ampliari, sequitur quod potest in infinitum quoad perfeccionem crescere et per consequens statui innocencie coequari; et ita civile regnum posset Christo competere. Hic dicitur, quod prima consequencia non valet; cum omnia talia oportet ponere in mensura, numero et pondere. Unde iuxta regulam Augustini IV De Civitate Dei, IV capitulo, primatus, sive clericalis sive laycalis, debet penes hoc regulariter mensurari, quod gerens illum primatum sufficit ad edificacionem ecclesie, parrochiam suam bene regere: *Remota*, inquit, *iusticia, quid sunt regna nisi magna latrocinia?* Unde aspiracio ad iurisdiciones extensas sine correspondenti ministerio creditur tam clericus quam laycus ecclesiam perturbare (de hoc inferius).

Pilgrimages.

67[a]

Wider dominion does not involve more sin.

Quoad secundum patet quod dominium est subiective in dominante et non in dominato, et non est proporcionaliter maius peccatum veniale ut dominatum est extensius, ymmo potest esse quod excepcio dominati mitiget veniale correspondens toti dominio; sed nunquam potest simpliciter tollere veniale. Multi ergo prepositi peccarent gravius venialiter sine prepositurís quam faciunt nunc cum illis; nec est possibile quod civile

67[a]

15. Cod.: *habet.*

25. St. Augustini Opp. tom. VII, 90.

Digitized by Google

dominium crescat in infinitum, cum non potest excedere spheram corruptibilium nec se extendere ad universitatem dominabilium in eadem, ut patet de igne, aere, lumine et inpressionibus de quibus non est civilitas; ymmo scilicet per inpossibile cresceret in infinitum, nunquam attingeret perfeccionem originalis dominii, cum ille sint disparium specierum, sic quod species inperfeccior non potest posteriori speciei simpliciter coequari, ut patet in multis exemplis.

N Unde pro planiori noticia defectus istarum arguciarum notandum, quod non est color quod dominium civile inferat proporcionaliter maius peccatum, ut est extensius aut minus peccatum ut est minus, vel econtra, nisi docto quod magnitudo dominii civilis et peccati venialis aut meriti se proporcionaliter et inseparabiliter consequantur, quod cum sit inpossibile, patet quod et fundamentum per quod tenet talis argucia. Nam peccatum veniale correspondet toti dominio et nisi pars peccati venialis proporcionabiliter parti dominii et crescente vel decrescente civili dominio stat quod continue manet idem 68a peccatum veniale et stat quod veniale crescat | ex opposito vel decrescat species tantum et non gradus illius speciei dominacionem illam inseparabiliter consequitur.

Civil and natural dominion.

Tercio arguitur quod civile dominium est perfeccius quam dominium naturale, eo quod ipsum superaddit dominium naturale et presupponit ipsum ut fundamentum, ergo est fundamento perfeccius. Si enim Petrus evangelicus habet nunc pure originale dominium, cui adquirit superaddite civile dominium, videtur quod adquirit novam perfeccionem super antiquam et per consequens perfeccius dominatur quam prius. Aliter enim Deus non preciperet dominari civiliter nisi dominacio possit esse sine peccato aliquo executa, ymmo non videtur quin reges possunt se exuere a sollicitudine mundana stante sua regalia.

Hic dicitur ut sepe in assimili quod forma artificialis superaddita naturali presupponit naturale esse fundamentum plus perfectum, cum ars humana non attingit perfeccionem artis primo naturalis. Ideo licet oportet formam naturalem superadditam esse perfecciorem quam substrata forma sibi elementale, cum opus nature

13. *minus peccatum*; cod.: *maius parcium*. 23. Cod.: *et inseparabiliter*.
39. Cod.: *perfeccioni artis primo naturale*. 41. Cod: *sibi elemosinare*.

Digitized by Google

perfectiorando procedit; hoc tamen non oportet de superaddicione artis humane operi nature, ideo non sequitur quod dominium civile humanitus superadditum dominio naturali sit ipso perfeccius. Et patet quod | prima 68b
consequencia est neganda. 5

Unde quantum ad primam confirmacionem patet quod stat acceptantem dominium civile super naturali dominio esse plus perfectum quam prius fuerat et stat oppositum. Ex hoc tamen non sequitur quod civile dominium sit perfeccius naturali, quia iuxta istud sequeretur quod 10 omnis forma accidentalis sit perfeccior forma subiectali, cum stat per adventum forme accidentalis in formatum esse perfeccius quam prius fuerat, ideo (ut sepe dixi) oportet videre cuiusmodi res appropriate est per formam talem et penes hoc debet mensurari forme perfeccio . . . 15 quam albedo, quia omnis homo in quantum homo est perfeccior quam album in quantum album. Aliter enim omne album foret eque perfectum vel perfeccius quam homo, in quantum homo, quod est inpossibile.

Evangelical poverty is the best state, but all within it are not better than all out of it.

Correspondenter pauper evangelicus sub racione qua 20 huiusmodi est perfeccior quam civilis dominus sub racione qua huiusmodi; verumtamen ex hoc non sequitur, quod O omnis pauper evangelicus sit perfeccior quam dominus secularis, cum multe sint raciones preter istas a quibus homines possunt perfecciones suscipere, ut virginitas est 25 perfeccior quam carnale coniugium, et tamen ex hoc non sequitur quod omnis virgo sit perfeccior coniugato, sicut patet de multis | virginibus quoad Petrum. Verum- 68c
tamen hic est quedam diversitas notanda in hoc quod civile dominium sapit peccatum veniale et non paupertas 30 que dicit abdicacionem omnium temporalium. Ideo omnis sic pauper est quocunque divite sic perfeccior, nisi aliunde fuerit retardatus. Ideo quando ponitur quod Petrus pauper ista gracia paupertatis ad quam super ipsum civile dominium . . ., patet quod casus est in- 35 possibilis, quia sic decidit a gradu altissime paupertatis; quod si quis existens in communi gracia sine civili dominio vel toto observando huiusmodi paupertatem adquirat civile dominium et ex hinc laudando Deum fiat devocior, tunc civile dominium facit eum meliorem 40 quam prius fuit, sine hoc quod ipsum fuit perfeccius

1. Cod.: *perfectorando.* 15. *perfeccio;* aliquot verba desunt. 16. *albedo* (?); cod.: *aꝗdo.* 17. *album;* cod.: *aꝗum.* 35. *civile dominium;* hic aliquot verba desunt.

Digitized by Google

quam originale dominium, ut patet de existente in gracia cui advenit distribucio elemosinaria; et constat quod gracia est melior quam dicta distribucio, cum secundum Apostolum I. Cor. XIII, 3 bonitas moralis cuiuscunque distribucionis huiusmodi fundatur essencialiter in gracia; correspondenter omne civile dominium fundatur in dominio gracie tamquam in sua per se causa.

Quantum ad secundum quo assumitur Deum precipere hominem dominari civiliter, vellem libenter habere hoc fundamentum ex scriptura, specialiter cum Deus precipit
68a generaliter suis di | scipulis renuncciando seculo abdicare civile dominium (ut patet Luc. XIV). Cum ergo non fuit in eo *est et non*, videtur quod nullum mandat vel consulit civiliter dominari. Sed constat quod multos actus civilis dominii meritorios precipit, qui possunt exerceri sine civili dominio melius quam cum isto. Ideo bonum in civili dominio precipit et peccatum veniale permittit occasione cuius sicut occasione peccati mortalis ex gracia bonum facit. Ideo certum est quod Deus donando dominis temporalibus potestatem cohercendi rebelles et faciendi singulos actus bonos quos faciunt approbat civile dominium secundum illud quod in ipso sonat in peccatum veniale, ut Deus precepit Nabuchodonozor punire gentem Judaycam (ut patet III huius capitulo . . .) et tamen non precepit sibi sic punire eam, ut puta superbiendo aut zelo fastus aut lucri populum puniendo. Deus enim qui est summus modus (ut dicit Augustinus De Natura Boni) principaliter ad modum respicit.

P Et si queratur in quo dominium civile sapit inseparabiliter peccatum veniale, dicitur quod in superbia vel remissione caritatis. Si enim homo nullomodo propter fastum vel lucrum temporalium exercet actus civilis dominii, tunc videtur michi quod sine veniali hoc facit. Sed videat reclamacionem Lincolniensis in VIII huius,
69a si vere senserit in se ipso | habitu non dolendi de amissione temporalium nec iocandi de eorum adquisicione; quem habitum si haberet renunciaret civile dominium ministrans Deo perfeccius vendendo bona sua et sequendo propius caput suum, cum talis remissio caritatis

The sin that infects dominion is pride.

2. *elemosinaria*; cod.: *elcaria* = *electaria*.

25. Cf. De Civ. Dom. I, 23 (?) 28. Opp. tom. VIII, 506.

Digitized by Google

est peccatum veniale quo omnes citra Christum et matrem suam inficimur, plus tamen illi qui sollicitudine temporalium et fastus seculi profundantur.

Unde sanctus Thomas secunda secunde questione LXXXVIII artic. VIII: *Tria*, inquit, *sunt inpedimenta perfeccionis in diviciis que per paupertatem tolluntur. Prima est sollicitudo circa divicias, secunda est amor eorum et tercia est inanis gloria que ex diviciis nascitur. Primum*, inquit, *a diviciis separari non potest, sive sint magne sive parve.* Et ita credo ego de amore temporalium et inani gloria quod tollunt de perfeccione caritatis quam oportet habere, antequam voletur aut veniatur ad patriam, quia aliter ex fervoris amore implerentur omnia Christi consilia, plus amando communia quam privata, et tunc respueretur civile dominium.

In accepting property one chooses a lower rule of life.

Ex quibus patet, cum omnis remissio amoris Dei sapit defectum venialem et omnis proprietarius habet remissionem amoris Dei, quod omnis proprietarius peccat venialiter. Minor probatur, supponendo ex dictis quod proporcionabiliter | plus diligit homo Deum, ut servat 69ᵃ sermones eius attencius; secundo suppono quod vita contemplativa in paupertate altissima sit perfeccior quam vita activa in paupertate evangelica infima. Ex quibus tercio sic arguo: Omnis positus in adopcione duorum dispariter bonorum eligendo minus bonum contra Christi consilium peccat saltem venialiter; sed sic facit omnis proprietarius, ergo conclusio; posset enim vendere omnia sua et perfeccius sequi Christum; quod cum foret sibi melius, quia ut sic plus diligeret Deum vivendo perfeccius ex duabus supposicionibus et per consequens plus diligeretur a Deo, sequitur quod dimittit maius bonum.

Ex quibus videtur quod peccans quodammodo temptat Deum, specialiter cum via melior quam Christus consulit foret sibi facilior, nec oporteret omnes christianos ex hinc esse fratres vel clericos, cum clerici coniugati in primitiva ecclesia perfecte sua reliquerunt servando altissimam paupertatem (ut patet Act. IV), et breviter stat taliter pauperes perficere omne opus necessarium ecclesie pro statu huius miserie sine civili dominio (ut patet inferius).

5. *artic.*; cod.: *ar.*

Digitized by Google

Q Ex quo patet quod omnis civilis dominus peccat venialiter in quadam curiositate superflua, cum tollendo
69[e] aliqua conversacioni | sue attinencia veniret securius compendiosius et copiosius ad beatitudinem. Et hec
5 racio quare Christus elegit paupertatem non petens dominium istud assumere. Non enim est racio quare status sacerdotis est statu imperatoris prestancior, nisi quia observat Christi consilia perfeccius.

Ad tercium conceditur quod stat regem prius regnantem
10 civiliter exuere se ab omni sollicitudine in actu vel habitu, ab omni affeccione inordinata vel inani gloria. Sed certum est quod non tunc regnat civiliter plus quam Christus et illo modo potuit fuisse de sancto Edwardo confessore in fine vite sue. Sed tunc non curasset in
15 actu vel habitu, licet totum regnum suum devolutum fuerit ad alios per conquestum, ymmo talem iniuriam illatam cum gaudio suscepisset, sciendo omnem penam esse iustam relinquendoque totam sollicitudinem seculi et volendo omnia sine civili dominio esse in communi,
20 ut in statu innocencie *cuperet dissolvi et esse cum Christo;* sed tunc non foret civilis dominus, licet plus perficeret regnum populi quam perante; nec oportet tali abdicacione regni heredem sic succedentem carere titulo civilis dominii, si cum paribus servaverit caritatem.

A king who set aside all inordinate affection would cease to reign civilly.

69[d] Consideremus ergo qui sumus | mundo dediti, quomodo apostoli post missionem Spiritus Sancti, ut Johannes et Jacobus, considerantes quantum destituerunt a statu innocencie confessi sunt se esse peccatores, non obstante quod tam perfecte mundum reliquerant, et videndo,
30 quanto distat nostra caritas a caritate et sollicitudine quam ipsi in Deum proiecerant, timeamus, ne propter latitudinem distancie seculo simus insuffocati, cum certe debemus credere quod non exibimus purgatorium, antequam caritas nostra defecata fuerit ultra gradum
35 caritatis quem ipsi tunc habuerant; multitudo quidem venialium excitat et necessitat ad mortale, cum facit temporale amari profundius Jesu Christo. Quamvis ergo vane excusemus nos a veniali vel dicamus quod apostoli nobiscum continue venialiter peccaverunt, cum debemus

20. Cod.: *caperet.* 26. Cod.: *apostolus.* 31. Cod.: *timeamus non propter . . sumus seculi.* 33. Cod.: *exilimus.* 36. Cod.: *et* deest.

20. Phil. I, 23.

Digitized by Google

de ista necessitate dolere, et profunditatem venialis timere, notantes quomodo peccamus ex affeccione temporalium plus quam illi, et tamen emendacio huius sit nobis per evangelicam paupertatem facillima, debemus secundum consilium Christi ad illam satagere. 5

Ex istis colligo correlarie quod est plus necessarium et condecens specialiter philosopho commendare paupertatem evangelicam quam divicias seculares, cum subest maior materia, adest copiosior testificacio | ex scriptura 70a
istaque commendacio foret amplius a seculo retractiva. 10
Unde Crisostomus super Math. Homilia ultima subtiliter R
et notabiliter tractans illam materiam premittit quomodo avari philargia captivati premuntur tyrannide amarissima et servitute pessima, pro quorum liberacione Christus pauper sanguinem suum fudit et se ipsum 15
tradidit; ex quo concludit quod difficillimum et periculosum et stultissimum est christianum iacere resupinum in mundi deliciis, nam mundo dives ut sic est habilis ut resurgat, exponitur omnibus modis periculi, sed quod stultissimum est ex tanto dedecore atque miseria non 20
erubet lascivire, plus horrendo servitutem hominis quam peccati, plus appetendo voluptatem carnis quam animi et plus fugiendo paupertatem evangelicam que foret tyriaca contra venenum anime quam diviciis prevalere.

Chrysostom's praise of poverty.

Ego, inquit Crisostomus, *dicam contrarium, multis divitem* 25
adulari necesse est, principibus et subiectis, multis indigere, turpiter servire, formidari, suspicari et tremere emulatorum oculos, timere calumniatorum ora et aliorum avarorum concupiscencias: Non sic paupertas, ymmo totum contrarium. Ipsa enim religio est non furi subiecta, tran- 30
quillitas munita, grata, arta, ymmo palestra et gymnasium philosophie. Au | dite quicunque pauperes estis, magis 70
autem qui ditari concupiscitis. Non pauperem esse malum est sed non velle pauperem esse; non malum existima paupertatem et non erit tibi malum, si, inquit, *philosopharis* 35

11. Cod.: *super Matth. Morali ultimo.* 19. Cod.: *sed* deest. 24. Cod.: *diviciae.* 25, 26. Textus hic plane corruptus est: *Cum sit divitem adulari necesse est principes et subiectos.* Correxi e textu Chrysostomi. 30. Seqq. textus Chrysostomi habet plane his contraria: *locus est tutus et securus, portus tranquillus, palaestra et gymnasium philosophiae, angelicae vitae imitacio.* 33. Cod.: *aut;* ib. Cod.: *nisi pauperem.* 35. Rectius in textu Chrysostomi: *Nam si philosopheris, mille tibi bonorum fons erit. Et si quis tibi hinc imperium, civiles magistratus, divitias, deliciasque, inde vero paupertatem proponeret optionemque daret, hanc subito raperes, si eius notam haberes excellentiam.*

11. Chrysostomus In Matthaeum Hom. C, al. CI, Opp. tom. VI, 842—844.

Digitized by Google

et si quis tibi principatum, civiles potentatus, divicias et lasciviam anteponeret et postea paupertatem ponens in eleccione accipere quodcunque volueris, hanc statim acciperes, si pulchritudinem eius cognosceres. Multi, inquit, 5 *rident, cum hec dicuntur, sed tumultum non patimur. Michi autem paupertas cuidam puelle pulchre et speciose similis esse videtur, avaricia autem mulieri formam habenti* F *Scille et Ydre; non,* inquit, *eos qui accusant paupertatem michi in medium afferas sed eos qui per eam fulserunt.* 10 *Cum hac Elias educatus raptus est beata rapina, cum hac Eliseus claruit, cum hac Johannes, cum hac apostoli omnes. Cum illa vero Achab, Jezabel, Judas et Cayphas condempnati sunt. Intueamur hic puelle huius pulchritudinem. Oculus enim eius est purus, preclarus, non habens* 15 *aliquid turbidum. Avaricie vero oculus nunc furore plenus* 70* *nunc voluptate, nunc ab incontinencia est | turbatus, ubi paupertatis oculus mansuetus, tranquillus, ad omnes respiciens, mitis et humilis, nullum odiens. Manus itaque avaricie sunt plene pecunia, inimicicie et decem milium* 20 *preliorum materia, os plenum contumeliis et malediccione que a corde pleno tumore, elacione et dolo erumpunt. Huic autem et os et lingua sana est, continua graciarum accione et benediccione plena, mitibus verbis amicabilibus, mitigabilibus et laudibus adornata. Si autem porcionem* 25 *membrorum eius videre volueris, longa est et excelsior* S *quam superhabundancia. Si autem multi eam effugiunt, non mireris, si et alias virtutes insipientes effugiunt; sed a divite, inquies, contumeliis afficitur pauper. Quia rursum mihi inopie laudem dicis: quis enim dicit michi beaciorem* 30 *qui conviciatur vel qui convicium patitur, conviciari iubet philargiam; hec autem ferre amovet inopia. Sed esurit pauper et Paulus esuriit non habens requiem, neque filius hominis ubi caput suum reclinaret. Vidistine quales promovet domina paupertatis, ubi eos statuit et ad quales*

5. Chrysostomi: *sed nos minime turbamur.* 7. Cod.: *fore formam habendi.* 8. Cod.: *Ydrie;* et sequentia huius textus ad partem sunt variata. 12. *Jezabel;* cod.: *Josaphat.* Chrysostom.: *Cum illa vero Achab, Jezabel, Giezi, Judas, Nero, Caiphas damnati sunt.* 13. Cod.: *Intueantur.* 15. Cod.: *turbulentum.* 18—20. Chrysostom.: *Ubi enim pecunia, ibi inimicicie et bellorum materia.* 20. Cod.: *materia* deest. Addidi. 22. Chrysostomus: *Huius os contra et lingua.* 24, 25. Chrysostomus: *Si vero aptam membrorum compositionem dispicere velis.* 28. Cod.: *a divite inquies* deest. Addidi; *ib.* Cod.: *ars pauper.* 29. *mihi;* cod: *nihil.* 29. Chrysostomus: *Quis, enim queso, beatus, qui contumelia afficit, an qui afficitur?* 31. Et hic textus corruptus. Recte: *Avaricia igitur contumelia afficere iubet, paupertas vero ad ferendam contumeliam hortatur.* 32. Cod.: *ars pauper.* 33. Cod.: *Vidistine* deest.

Digitized by Google

viros inducit? Si bonum esset aurum habere, hoc utique dedisset discipulis suis Christus | *qui ineffabilia dona eis* 70[a]
tribuit. Unde non solum non verecundatur in paupertate Petrus sed honeste decoratur dicens: Argentum et aurum non est michi, de hoc autem quod habeo tibi do ait. Et 5
post diffuse prosequitur ex scriptura, quod principaliter propter paupertatem et non propter miraculorum faccionem Christi discipuli coronantur. Petrus autem non dicit: *In nomine tuo fecimus miracula, quam mercedem habebimus?* sed *reliquimus omnia et secuti sumus te, quid* 10
ergo erit nobis? Hoc est enim in potestate cuiuslibet christiani; Christus autem non dicit: *omnis qui in nomine meo demonia proiecerit vel claudos erexerit, sed qui propter me omnia ista reliquerit, centuplum accipiet in hoc seculo et vitam eternam hereditabit.* Hec Crisostomus. 15

Patet ergo quod evangelica paupertas est scola Christi precipua reductiva hominis ad utrumque statum extremum et simpliciter antidotum contra culpam. Prima pars ex hoc evidet, quod tam Christus quam Baptista eius primus discipulus assumpsit pro primo themate: 20
Penitenciam agite; appropinquabit enim regnum celorum. Istam ergo scolam attente docuerunt isti duo doctores pauperrimi tam opere quam sermone, cum idem sit agere dignos fructus penitencie et observare evangelicam paupertatem. 25

The merits of poverty.

Media pars patet, | cum medius status lapsus similatur 71[a]
statui innocencie per paupertatem predictam, primo in hoc quod reducit ad graciam, secundo in hoc quod pauper evangelicus ex nudo tytulo gracie habet omnia, et tercio in hoc quod usu moderato temporalium sine 30
superfluo ritu seculi contentatur. Et quoad statum beatitudinis patet ex inicio sermonis quo Christus tradidit legem suis discipulis Math. V[to]: *Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum celorum.* Et quoad terciam partem conclusionis, patet quod dicta paupertas directe 35
exponit se contra avariciam que est peccatum mundi, cum omnem proprietatem mundanam abdicat in communibus quietata; peccata vero carnis prescindit, cum tollit occasionem determinans se ad usibilium moderanciam, ne surrepat gula spumans in luxus libidinem. 40

3. Cod.: *non solum verecundatur.* 10. Cod.: *relinquimus.* 14. Cod.: *relinquerit.*

4. Act. III, 6. 10. Matth. XIX, 27. 21. Math. III, 2.

Digitized by Google

Quantum ergo ad peccatum dyaboli, patet, quod continue sapit eius superbiam, cum humiliter recognoscit in filium se parum posse respectu omnis potencie Salvatoris, nulli invidet, cum proprietatem fugiens de omni
5 bono gaudet ut suo, et de omni malo alterius contristatur, nichil enim reputat tanta domina a sua familia alienum. Ira non fervet, cum recognoscit tam bonos quam reprobos esse suos, et tamen non habet titulum possidendi aliud nisi graciam Salvatoris odientis pigri-
71b ciam; necesse est postposita accidia fi | deliter laborare, ideo nimirum istud caput virtutum tres ordines predicti cum suis partibus capitaliter profitentur.

CAPITULUM UNDECIMUM.

Clerics may not bear rule.

Habito quod illicitum est religiosos eciam possessio-
15 natos dominari civiliter, restat videre, si phas est aliquos clericos civiliter dominari; pro qua declaracione oportet notare quid nominis terminorum, quia cum materia sit posita, super hoc dependet conclusionis probacio; nec phas est fingere nomina, nisi ut sancti doctores ipsa
20 limitant. In primis ergo suppono quod ille sit clericus cui caracter ordinis inprimitur et vivit pure apostolice, habendo omnia in communi. Nullus vocatur proprie clericus nisi sacerdos, dyaconus vel subdiaconus, cui infra sacros ordines non licet ad officium laycale rece-
25 dere (ut elicitur ex supra exposita regula Augustini). Unde sermone XX De Vita et Moribus Clericorum: *Sicut virgo professa monasterium et ipsum deserens manens virgo dimidia ruit, sic clericus duas res professus est, scilicet sanctitatem et clericatum; cui magis*
30 *onus est quam honor, cum professus est ut sic vivendi societatem. Si,* inquit, *ab hoc proposito ceciderit, et extra manens fuerit clericus, dimidius et ipse cecidit, si intus*
71c *fuerit simulacio, totus cecidit.* Unde Jeronimus | linguarum peritissimus Epistola XXXIV ad Nepocianum presbiterum:
35 *Clericus,* inquit, *qui Christi servit ecclesie interpretetur*

2. Cod.: *capit.* 3. Cod.: *omni.* 6. Cod.: *dominia.* 11. Cod.: *istud capit.* 17. *sic;* sic (?) 26. *Clericorum;* adde: *dicit.* 27. Cod.: *deferius.* 33. Cod.: *similatio.* 35. Cod.: *interpretaretur.*

27. Opp. tom. V, p. 1383—1384. 33. Opp. tom. I, p. 13 et Decreti Sec. Pars, Causa XII, q. I, cap. V. *Clericus.*

Digitized by Google

primo vocabulum suum et nominis diffinicione prolata nitatur esse quod dicitur. Si enim cleros grece, latine sors appellatur, propterea vocantur clerici, vel quia de sorte sunt Domini vel quia Dominus ipse sors clericorum est; talem enim se exhibere debet, ut ipse possideat 5 *Dominum et ipse possideatur a Domino. Qui possidet Dominum et cum propheta dicit: Pars mea Dominus, nichil extra Dominum possidere potest; quod si quipiam aliud habuerit preter Dominum, pars eius non erit Dominus, verbi gracia, si aurum, si argentum, si pos-* 10 *sessiones, si varium supellectilem habeat, cum istis partibus pars eius Dominus fieri non dignatur. Si autem ego pars Domini sum et funiculus hereditatis eius, nec accipiam partes inter ceteras tribus, sed quasi Levita et sacerdos vivo de decimis et altari deserviens, altaris* 15 *oblacione sustentor; habens victum et vestitum hiis contentus ero, et nudam crucem nudus sequar.* Item ad quendam levitam: *Duo,* inquit, *sunt genera christianorum. Est autem unum genus quod mancipatum divino officio et deditum | contemplacioni et oracioni ab omni strepitu* 71[d] *temporalium cessare convenit ut sunt clerici. Cleros enim grece, latine sors dicitur. Unde huiusmodi homines vocantur clerici, id est sorte electi; hii namque sunt reges, id est se et alios regentes in virtutibus et ita in Deo regnum habent; quod designat corona in capite;* 25 *hanc coronam habent ab institucione Romane ecclesie in signum regni quod in Christo expectatur; rasio vero capitis est omnium temporalium deposicio. Illi enim victu et vestitu contenti nullam inter se proprietatem habentes debent habere omnia communia.* 30

Aliud vero est genus christianorum, ut sunt layci; B *laos enim grece, populus latine; hiis licet temporalia possidere, sed non nisi ad usum. Nichil enim est miserius quam propter nummum Deum contempnere; hiis concessum est uxorem ducere, terram colere, inter virum et* 35 *virum iudicare, causas agere, oblaciones super altaria ponere, decimas reddere et ita salvari poterunt, si vicia benefaciendo vitaverint.*

3. Cod.: *vel* deest. 7. Cod.: *dicat.* 11. Cod.: *supellectile.* 12. Cod.: *dedignatur.* 34. Cod.: *Deum* deest. Addidi.

18. Decreti Sec. pars, causa XII, quest. I, cap. 7. *Duo sunt.*

Digitized by Google

Distinctions between clerks and laymen.

Quotlibet sunt talia sanctorum testimonia ut Clementis, Gregorii et Urbani (sicut patet XII questione I[a] diffuse); que dicta sanctorum ad hoc scripta sunt tanquam leges non abrogande sed observande, ut sponsam Christi
5 regulent. Sicut enim corpus Christi proprium componitur
72[a] ex corpore et anima, sic corpus Christi | misticum componi debet ex spiritualibus clericis quorum proprietatum communicacio facit maiorem monstruositatem in moribus, quam faceret proprietatum excommunicacio
10 corporis et anime in natura. Unde Lincolniensis Epistola LXXIII dicit *quod clericus comparatur ad populum sicut superior ad inferiorem, sicut sapiencia ad potenciam et sicut spiritus ad carnem;* quod si dicatur istam significacionem nominis talem transisse in abusum, cum
15 signanter et generaliter vocamus omnes homines philosophos de quanto subtiliores, de tanto maiores, clericos et sacerdotes, ydiotas vocamus laycos nec non omnes coronatos vocamus clericos vel lectores, hostiarios accolitos et exorcistas: dicitur quod ista verbalis con-
20 tencio hoc innuit quod transponentes regulam christiane religionis in affectum et effectum transponunt licet abusive terminos intellectu Ideo cum sancti linguarum peritissimi sic locuntur, licet gracia dicendorum signacionem istam supponere. Possumus enim vocare
25 iugerinum bovem agnum; ideo quod vocamus philosophum (in quantum huiusmodi) clericum vel est equivocacio vel abusio terminorum, dicente sancto Possidio de vita beati Augustini quod cives Yponenses scientes sancti Augustini propositum et doctrinam iniecta manu
30 eum tenuerunt, et Valerio presbiterum *ordinandum in-*
72[b] *tulerunt. Erat*, inquit, *laicus licet litteratissimus sacro videlicet clericali caractere non insignitus.* Unde secundum eum III° De Vita et Moribus clericorum Augustini sic loquitur: *qui habere voluerit proprium et de proprio*
35 *vivere et contra precepta nostra facere, parum est ut dicam non mecum manebit, sed clericus non erit.* Ille

12. Cod.: *superiori.* 27. Cod.: *Possidonio.* 31. Cod.: *Erant.*

1. Decr. sec. pars, causa XII, quest. I, cap. II, VIII et IX. 10. Cf. Sel. Engl. Works of John Wyclif, ed. Arnold III, 447. Roberti Grosseteste Epp. ed. Luard p. 217. 27. Cf. Vitam St. Augustini autore Possidio ed. Migne Patrol. Ser. lat. XXXII, 1, p. 36. 28. Cf. et Ep. CCXIII, Aug. Opp. tom. II, 789, 790. 33. Citatur et in decretali *Nolo* Decr. sec. pars, causa XII, quest. I, cap. X, 1.

Digitized by Google

ergo secundum Jeronimum et alios sanctos clericus dicitur, qui Christum sequitur, insignitus ordinis caractere et evangelica paupertate; et sic extense loquendo de clerico devote admittit ecclesia quod quadruplex ordo inferior gaudeat privilegio clericali. Sed Jeronimus distinguit, ut patet de officio laycorum, quomodo licet istos sequi.

What pertains to the purely clerical character.

Unde triplex est racio quare addo istum terminum C *pure clericus*, primo quia persona communitatis clericorum et laycorum est partim clericus, cui licet secundum partem laycam dominari civiliter, secundo quia post regulam beati Augustini traditam cunctis clericis generaliter servaverunt canonici eius regulam aliis vocatis clericis declinantibus ad seculum; qui racione proprietatis et inmiscacionis cum mundo non pure clerici sunt, sicut nec quilibet vocantur regulares, dum occupant officium laycale. Tercia causa est, quia habentes quemcunque caracterem et signa religionis extrinseca, si deficiunt a mentis mundicia | non sunt pure clerici sed 72ᵃ secundum Augustinum ypocrite pessimi. Medios autem vocat semivoleros vel bastardos. Notandum, licet non comperi istum terminum civiliter in scriptura, tamen reperi eius sentenciam satis implicitam. Multi quidem moderni doctores usi sunt isto termino magistrali, ut patet per dominum Armachanum in VII libro De Pauperie Christi per totum. Et idem patet per Crisostomum capitulo proximo et Rabanum in sexto quarti huius sentenciarum, aut termini eliciuntur ex scriptura quod satis est. Unde Augustinus V De Trinitate capitulo VIII: *Non est curandum quid signat vel non signat usus sermonis nostri sed quis rerum ipsarum intellectus eluceat.* Ostendi autem in IIIº huius XVIII capitulo et duobus sequentibus, quomodo lex civilis a civitate contrahitur, et quomodo Chaym fuit primus qui civitatem construxit, ut recitat Augustinus, IV De Civitate, VIº capitulo. Et ille fuit primus qui leges humanas condidit, ut allegavi de magnis hystoriis et meminit Hostiensis in principio

4. Cod.: *ecclesie.* 16. Cod.: *quamlibet.* 21. *semivoleros;* recte: *semiviros.* 37. *historiis;* cod.: *hostis.*

20. Augustini In Sermone De communi vita clericorum et Decret. *Nolo ut.* 28. Rabani, De Universo lib. IV, cap. VI De monachis. 30. Opp. tom. VIII, 837, sed non iisdem verbis. 32. De Civili Dominio I, 124–147 (145/6). 35. Opp. VII, 92.

Digitized by Google

lecture sue. Unde Armachanus libro VI. De Pauperie Salvatoris XXI capitulo: *Videtur*, inquit, *quod iniquus Chaym, primogenitus prothoplasti, quando poterat iniquitatem in alium vel in alios exercere, incepit istam pro-*
5 *prietatem rerum introducere ac eam sumere sibi contra*
72[a] *legem naturalem qua omnia debent esse communia.* Licet autem totum genus Chaym fuit extinctum in diluvio (ut patet Genes. IX), iste tamen leges suscitate sunt post diluvium per filios Chaym, qui precipue vixerunt
10 gentiliter, edificando turrim et civitates magnas, ut patet de Ninive; cum Augustinus verbi gracia recitat quomodo Ninive fuit princeps qui per bella contra finitimos quesivit imperium et post illud regnum Assiriorum; quod Augustinus recitat durasse per mille ducentos
15 quadraginta annos. Devolutum est imperium ad Persas et Medos et ab eis ad Grecos, ab illis autem ad Romanos, ut prophetatum est Danielis XI de quatuor monarchiis, et postmodum leges civiles translate sunt Latinis secundum formam quam recitat glossa Digestorum
20 De Juris Origine lege: *Necessarium, Exactis, Decemviri constituti.*

D Sicut ergo inter gentes regnarunt iura civilia a mundi inicio, Hebrei regulati plurimum lege Dei usque ad tempus regum Israhel in quo fuit civilitas introducta.
25 De quo I. Reg. VIII. Ex hinc enim mixtim regulati sunt secundum civilia iura et divina usque ad Christi adventum, regibus gencium in regnum introductis iuxta prophetam Jacob Gen. XLIX, 10: *Non auferetur sceptrum de Juda et dux de femore eius, donec veniat qui mittendus*
30 *est, et ipse erit expectacio gencium,* itaque Christi; quod manebit in eternum. Et Daniel vidit quatuor alia
73[a] regna imminere. Oportet habere novam legem | quam Christus tradidit in evangelio ad regendum omnes christianos qui volunt esse de regno Christi, cuiuscunque
35 fuerint nacionis; Christus autem non condempnavit legem veterem vel civilem, sed pocius approbando

Hebrews governed by God's law; at first wholly, than partially.

2. Cod.: *quod status iniquus.* 12. *princeps;* textus: *prius.* 14. Cod.: *que Augustinus.* 19. Cod.: *glossa ff.* 20, 21. Cod.: *origine le. Necessarium, ex actu verbis decem constitute.* 23. Cod.: *Hebreis regulariter plurimum.* Vide infra. 27. Cod.: *in* deest. 31. *quod;* adde: *regnum.* 32. *ante oportet* aliquot verba deesse videntur.

14. De Civitate Dei Opp. VII, 92. 19. Corp. iuris civilis Dig. lib. I, tit. II; sunt verba e titulo secundo § 1 *Gaius.* § 2. 3, 24. *Pomponius.*

Digitized by Google

Christ's law bids his dear ones have all things in common.

implevit (ut patet Matth. V, 17): *Non veni legem solvere sed implere.* Unde ex fide credimus quod legem tradidit sufficientem pro toto humano genere, si fuerit executa (ut patet III° huius, XLIV° capitulo); lex autem Christi potissime differt ab aliis in hoc quod docens viam morum precipit quod carioribus Christi discipulis *sint cuncta communia;* lex autem civilis ponit proprietatem dominandi que ad legem illam consequitur, sicut passio ad subiectum. Unde propter delectacionem (quam dixi III° huius XVIII capitulo) descripsi sic (in IV huius, XV capitulo) dominium civile: *Civile dominium est dominium proprietarium activi viatoris super bonis fortune plene secundum leges humanas;* dixi autem dominium proprietarium ad differenciam naturalis dominii ex titulo gracie; in illo enim dominio stat multorum singulum simul super eodem equaliter dominari, ut de regno Christi patet. Ideo seculare dominium voco dominium proprietarium ad modum loquendi scripture V capitulo explanatum, et aliud voco dominium communicativum, et istum modum loquendi habet Augustinus super Johannem Omelia VI: *Jure,* inquit, *divino Domini est terra et plenitudo* | *eius. Pauperes et divites una terra* 73b *portat, Dominus de uno limo fecit pauperes et divites; iure humano dicitur: hec villa mea est, hic servus meus est.* Et ponitur in decretis distinctione VIII, ubi sic dicitur: *Iure nature omnia sunt communia omnibus, quod non solum inter eos servatum creditur.* De quibus Act. IV, 32 dicitur: *Multitudinis credencium erat cor unum et anima una, nec quisquam eorum que possidebat aliquid suum esse dicebat,* sed in precedenti tempore a prophetis traditum invenitur. Unde aput Platonem illa civitas iustissime ordinata creditur in qua quilibet nescit proprios affectus. Et istam sentenciam recitat Aristoteles II° Politic. I° capitulo. Concordant omnia iura humana quod homo non est cuiusquam dominus

4. De Civili Dominio I, 394 seqq. 11. De Civili Dominio II, 189. 20. Tractatus VI, ad cap. I. Opp. III, 2, p. 340. 25. Decr. prima pars, dist. VIII, in prooemio. 31—34. Politica lib. II, cap. 1: *Ἀνάγκη γὰρ ἤτοι πάντας πάντων κοινωνεῖν τοὺς πολίτας, ἢ μηδενὸς ἢ τινῶν μὲν τινῶν δὲ μή. Τὸ μὲν οὖν μηδενὸς κοινωνεῖν φανερὸν ὡς ἀδύνατον· ἡ γὰρ πολιτεία κοινωνία τίς εστι . . . . . ἐνδέχεται καὶ τέκνων καὶ γυναικῶν καὶ κτημάτων κοινωνεῖν τοὺς πολίτας ἀλλήλοις ὥσπερ ἐν τῇ πολιτείᾳ τῇ Πλάτωνος.*

Digitized by Google

aput eos, dum alius habet tantum ius ad omnem eius usum ut prior dominus. Elemosina enim et communia debent non esse de alicuius possessione nec aliter contenderent secundum iura humana circa dominium
5 nisi propter inpossibilitatem sic simul dominandi eidem.
E Unde et istam racionem proprietatis dominii declarat dominus Armachanus IV° De Pauperie et concordat experiencia quotidiana qua scimus mundiales non dicere se habere super usibili dominium, dum alius eque plene
10 in omnibus dominatur eidem. Nam ad talem proprie-
73ᵃ tatem laborant homines liti | gando, pugnando vel impetrando ultra titulum que obtinent a natura. Et sic loquitur beatus Clemens Epistola V, et ponitur in decretis XIᵃ questione prima capitulo: *Dilectissimis.*
15 *Communis*, inquit, *usus omnium que sunt in hoc mundo omnibus esse debuit sed per iniquitatem alius dixit hoc esse suum et alius illud esse suum et sic inter mortales facta est divisio.* Ideo (ut dixi superius IX° capitulo) hec tria pronomina *meum, tuum, suum* seminant discordias
20 inter homines; et istum modum possidendi credo esse prohibitum clericis utrobique in evangelio et sanctis doctoribus (ut patet in auctoritatibus superius allegatis). Et patet quare in descripcione civilis dominii ponitur dominium proprietarium tamquam . . .; per hoc enim
25 distinguitur a dominio evangelico vel originali quod habet homo ex puro titulo gracie, cum super quocunque dominatur unus tali titulo, dominatur et quilibet in gracia cum eodem; et hoc eque sine hoc quod unus gradatim dominatur alteri, ut patet de statu
30 innocencie, de dominio apostolorum pro statu vie et statu patrie. Utrobique enim est commune dominium cuiuscunque dominabilis, non excludens quoad illud spirituale dominium dominacionem cuiuscunque alterius dominantis; licet enim sancti habent usus proprios,
35 non tamen tale dominium. Unde notandum ex loyca
73ᵈ Porphyrii quod proprium | dicitur quatuor modis, iuxta quos sensus civile dominium dicitur dominium proprietarium, eo quod uni soli simul ex equo competit,

Worldly possession excludes equal rights on the part of another.

2. Cod.: *et* deest. Addidi. 13. Cod.: *Epistola IV.* Correxi. 24. *tamquam.* Hic verbum deest. 36. *Porphyrii;* cod.: *Por;* potuit et legi: *Porretani;* sed videris De Dominio Divino, p. 6, 103.

7. De Dominio Divino, p. 437 seqq. 14. Decr. sec. pars, causa XII, quest. I, cap. II.

Digitized by Google

sive semper, sive non semper, dum hic vivit; et sic tripliciter in genere dicitur aliquis proprietatem habere in rebus fortune vel quoad civile dominium vel quoad civilem usum vel quantum ad spiritualem usum quomodocunque aliis est communicatum. Exemplum primi est proprietas quam rex vel alius secularis dominus habet suo regno sive dominio; que excludit quemcunque alium super eodem condominari ex equo, licet imperator vel alius dominus capitalis condominetur eidem. Exemplum secundi est proprietas quam conductorius habet in domo vel camera sine civili suo dominio; licet enim dominus talis ex contractu civili habet proprium usum cui non licet sibi vendere domum huiusmodi nec plene exercere actus civiles inferius memorandos, quilibet tamen utens re aliqua est dominus eiusdem ex titulo gracie, sic quod vere posset dici domus sua, camera sua vel res sua, licet non dominetur ei civiliter.

Use may be confined to one person without involving civil possession.

In tercio gradu sunt usus sensibiles incompossibiles quos appropriate habent sancti sine civilitate dominii vel usus qui speciali modo utendi utimur talibus. Isto modo dicitur Joh. I°, 11 de Christo: *In propria venit.* Mundus enim fuit proprie subiectus Christo quoad origi | nalem regaliam in qua nemo communicavit cum 74ª eo, et sic de dominio quoad divinitatem et usum correspondentem. Sic eciam quilibet *manducat suam cenam*, dicit Apostolus Iª, Cor. XI, 20, et sic quilibet apostolorum habet suum dominium et conterit vestem suam; que proprietas fundatur in speciali modo habendi in quo alii non communicant, licet in alio modo habendi conveniant. Et illo modo Joh. audivit a Christo Joh. XIX, 27: *Ecce mater tua.* Licet enim Maria erat mater spiritualis omnium apostolorum quia de numero centum matrum promissarum illis in hoc seculo, Luc. XX, tamen Johannes speciali et peculiari funccione Marie supra alios accipit ipsam in sua, ut habet litera Augustini, vel quod idem est in suam, ut habet litera Jeronimi. Et tali modo crux Christi fuit sibi propria, ut Gal. VI, 14: *Michi autem absit gloriari etc.*, ut dicitur Luc. XIV, 27. *Quilibet debet habere crucem suam*, hoc est, secundum aliam

5. Cod.: *est* deest; ib. Cod.: *in communicatum.* 32. Cod.: *Joh. XIV.* 38. Cod.: *talium modo.*

Digitized by Google

racionem sibi propriam, licet secundum aliam sit communis.

Sed absit ex tali proprietate civilitatem inducere, cum in statu innocencie omnis homo haberet proprietatem 5 quandam tam quoad usum quam quoad specialem modum dominandi et in vestibilibus et in bonis intrinsecis, licet non habuisset nisi communia dominia obiective.

Additur autem secundo in descripcione quod *est* 10 *dominium proprietarium activi viatoris*, quia solum activorum est illud rectificare pro conservacione tempo- 74[b] ralium ad utilitatem matris ecclesie, et quia | ipsum non potest durare nisi pro statu viacionis sponse Christi, ut docet Apostolus I, Cor. XV, dicens quod in 15 die iudicii tradito regno quod Christus conquisivit suo sanguine Deo patri evacuabit omnem principatum, potestatem et virtutem secularem, cum animus superflueret. Ideo dico quod *est dominium adventicium activi viatoris*. Unde infans dominans civiliter est activus 20 in habitu, quia habet potestatem virtute cuius alii subministratorie regulant seculariter servientes, qualis potestas repugnat Christo et cuilibet clerico sortis sue, unde correspondenter ad dominum in actu vel in habitu est activus, licet quoad actum sit neuter vite active et 25 contemplative. Unde notandum quod multi dicuntur equivoce domini, quia solum nuncupative, ut omnes in mortali existentes et omnes infantes vel pueri quos populus erranter reputat civiliter dominari. Oportet enim ad civile dominum habere a Deo graciam et potestatem 30 et a populo accepcionem; secundo . . . prima autem sunt nobis plurimum incognita.

Property befits only those who lead the active life.

G Unde dominus Armachanus IV De Pauperie ponit differenciam inter dominum et heredem. Sed quia Christus est *rex regum et dominus dominancium*, habens 35 quandam proprietatem super omnia membra sua in tota ecclesia et in mundo et sic habens dominium proprietarium super tempus, ut dicitur Math. XII, et super 74[c] multa | super que non cadit civile dominium, ideo

Civil dominion extends only to the gifts of fortune.

9. *descriptione;* adde: *ubi supra* (De Civ. Dom. II, p. 189). 30. *secundo* (Cod.: 20) *autem prima* (Cod.: p^{22}); *prima*, i. e. *gratia et potestas a Deo. Secundo;* aliquot verba excidisse apparet. 32. Cod.: *et ponit.* 33. Cod.: *dominium.* 37. Cod.: *et dicitur.*

32. Capitulo V, Cf. De Dominio Divino 434, 442.

Digitized by Google

necesse est specialiter descripcionem civilis dominii per differenciam captam a causa eius materiali: que exprimitur per terciam particulam qua dicitur quod est *dominium proprium activi viatoris super bonis fortune;* per hoc ergo quod civile dominium fundatur tantum objective in bonis fortune, distinguitur a diviciis fundatis in bonis anime spiritualibus, cuiusmodi sunt gracie et virtutes; distinguitur eciam ab originali dominio quod homo habet super partes simplices mundi, ut sunt corpora celestia et elementa cum suis communibus accidentibus; quorum appropriacionem politicus censeret sibi impossibilem atque inutilem. Ideo super mixtis quorum usum sensibilem est potestate nostra appropriare sive precludere cadit civile dominium, et illa propter incertitudinem casualem affluencie vel diffluencie vocantur bona fortune; que Augustinus vocat *bona minima;* licet enim politicus dominetur civiliter servo suo, hoc tamen est fortuite quoad corpus, non autem quoad animam vel virtutes; et corpus servi casualiter adiacet dominio ex actibus bellicis vel aliis miseriis causantibus servitutem. Solum igitur super talibus bonis vel bonis fundatis in eis cadit civile dominium.

It must be exercised according to human laws.

Sed ultimo cum relacio non solum capit quiditatem a subiecto vel a bo no sed eciam a forma finaliter. 74[4] exemplante, ideo ultimate annectitur *plene secundum leges humanas;* sciens enim genus humanum si hec temporalia forent omnino communia et tot peccatores dispersi fuerunt in terra quod iniqua foret eorum abusio uno superhabundante et alio pre media pereunte, non ordinavit temporalia appropriari personis humilibus ad moderandum pigritantes ipsa temporalia rapide consumentes et communicandum ipsa indigentibus ad utilitatem et pacem reipublice. Et leges fundate super hac providencia sunt forma extrinseca et finis civilis dominii; additurque *plene secundum leges humanas,* quia deficiente potestate vendendi pro necessitate vel saltem potestate equivalenti ad stabiliendum hereditatem et retinendum appropriate quamdiu libuerit, non vocatur civile dominium. Aliter enim esset occupator, prestarius, firmarius vel clarius et non civilis dominus, cum nemo dominatur simpliciter politice, civiliter vel seculariter,

6. Cod : *fundantis.* 19. Cod.: *domini.* 38. Cod.: *retinendi.* 40. *Clarius;* ita cod.

Digitized by Google

nisi liceat sibi secundum omnem speciem iuris humani suo dominio pertinentem possessum suum aquirere, defendere et mutare.

How civil dominion differs from evangelical in its relation to human law.

H Unde alias ostendi quod in civili dominio dominans
5 habet ex titulo humani iuris potestatem specialem ad utendum suo dominabili quomodocunque libuerit pro toto tempore congruo sue coexistencie. Et illam pote-
75ᵃ statem singularem vocavit quidam *proprietatem civilem*, et ista deputacio dominantis ad dominabile secundum
10 institucionem populi est quasi quedam affidacio inter possidentem et suum possessum, licet sit nexus fragilior tam quoad affeccionem quam gubernacionem quam est viri ad uxorem; quam non licet ad votum retinere, vendere vel mutare, sicut tunc licet in civili dominio.
15 Et post istam copulam que est quasi origo civilis dominii licet actus tredecim (de quibus dixi in De Divino Dominio) exercere; qui actus sunt donare, accipere, prestare, repetere, vendere, emere, locare, conducere, accomodare, mutuare, promittere, fide iubere
20 et deponere, de quibus septem recitantur ab Aristotele quinto Ethic. Vᵒ capitulo. Et sicut habet Deus tres actus sibi proprios in suo dominio, scilicet creare, sustentare et gubernare, correspondenter ad trinitatem, sic civiliter dominans habet impetrare, conservare et
25 defendere et secundum leges humanas illud quod possidet nunc conquirendo, impetrando vel accipiendo et nunc contenciose repetendo, gladiis defendendo vel quolibet alio ritu humano preter legem evangelicam curando. Unde non consequitur simpliciter civilis
30 dominans, nisi habuerit potestatem ex lege humana pro toto tempore sue periodi plures actus civiles super suo dominabili exercere, sed et in fine vite sue vendere,
75ᵇ testari vel | iure hereditario ad posteros derivare. Dominus autem pure evangelice non est tanto federe
35 temporalibus obligatus, cum sufficit sibi nudus usus eorum, de quanto sunt necessaria ad copulam cum sponso ecclesie. Et hinc quando interior homo ex amore temporalium ab ipso sponso se subiungit, est spiritualis fornicacio sive divorcium (ut patet Jerem. III et

3. Cod.: *et imitare*. Vide l. 14. 8. *quidam*, sc. Wyclif. 38. Cod.: *se subiungitur*.

4. Pluribus locis primi libri De Dominio Civili, cap. XIX etc. 17. Cf. De Dominio Divino 207, 217, 224, 335. 20. Ethic. Nicom. lib. V, cap. V.

Digitized by Google

Ezech. XXIII). Et patet quod clericus in quantum huiusmodi debet esse exoneratus ab istis actibus civilis dominii.

Human law is an addition to the laws of nature and of grace.

Ex istis lucescit descripcio quod *civile dominium est dominium proprietarium activi viatoris super bonis fortune plene secundum leges humanas.* Si autem isti tituli dominandi et actus eorum conmixti fuerint, tunc sic dominans non est pure clericus. Notandum tamen quod non est possibile laycum dominari pure secundum leges humanas, cum oportet quod lex Dei principaliter auctoriset. Unde cum legibus humanis commixte sunt leges nature et evangelice, tamen ille vocantur leges humane que sunt circa bona fortune et nature preter originalem auctorisacionem in scriptura sacra explicatam et affeccione proprietaria humanitus adinvente. Sicut enim civile dominium est a gentibus superadditum dominio nature et gracie, sic et lex civilis quam scriptura I. Reg. VIII recitat superadditur legi evangelii et nature et ipsa | a civitate Chayn et Nini traxit 75* originem. Unde et lex politica ab Aristotele nominatur I *a polis* civitas vel pluralitas, quia plures cives ad eius constitucionem concurrebant. In lege igitur civili inseritur lex nature et per consequens evangelii, ymmo lex quam natura docet pure instinctu naturali. Sed videtur materialiter lex civilis distingui ab illis tamquam superaddita ad stabiliendum dominium proprietarium viantis super bonis fortune; quod si queritur fundacio eiusmodi loquendi, dicitur quod sensus huiusmodi loquendi patet ex omnibus auctoritatibus scripture et sensibus doctorum quarto huius . . . sequentibus allegatis. Quandocunque enim Christus prohibet suis discipulis aliquid possidere, sed omnia relinquere, renuncciare vel abdicare; *omnia* intelliguntur de possessione civili vel proprietaria, sicut patet Act. IV ex interpretacione apostolorum tam verbo quam opere sensum illum docencium, quod clerici *debent habere omnia in communi.* Et sic modo habendi cum officio habentis annexo docet Johannes hunc esse sensum scripture; non enim licet pure clerico in foro civili contenciose sua repetere, mercari, vel circa actus

15. *Sicut;* cod.: *si.* 17. *dominio;* cod.: *divino;* ib. *et* after *nature* deest. 19. Cod.: *Ninum.* 27. Cod.: *cuiusmodi.* 30. *huius;* sequitur lacuna quatuor vel quinque literarum.

20. Cf. et Ric. Armach. De Paup. Salv. IV, 2, p. 439.

Digitized by Google

similes sollicitari et multo minus pro temporalibus pugnare, ut patet IV huius XIV et XVIII capitulis.
57[a] Quod si ista laycalis | dominacio vocatur dominacio laycalis, secularis vel quocunque alio nomine stante
5 sensibili, ego non contendo de nomine; sic enim Apostolus I, Cor. VI, 4 vocat iudicia circa possessiones temporalium *secularia iudicia*, ut II. Thim. II, 4. Et dicit quod *nemo militans Deo implicat se negociis secularibus*, et Thit. II, 12 dicit *christianos debere abnegare*
10 *impietatem et secularia desideria*. Iste tamen terminus *civilis* videtur michi modo apcior, sicut videtur domino Armachano. Si autem alia descripcio civilis dominii reccior, brevior aut facilior inventa sit apostolis, michi placet, quia certum habeo, sicut et omnes theologi, quod
15 est distinccio inter ipsum et dominium naturale, ut patet in isto exemplo palpabili, posito quod Petrus innocens creatur ex Dei omnipotencia conversans nobiscum in puro statu innocencie per diem; cui Deus donet, sicut dedit primis parentibus originale vel naturale
20 dominium super mundum iuxta illud Genes. I°, 28: *Dominamini piscibus maris etc.* Et pono quod in secundo die peccet, cadens ab illo dominio, sed peniteat et sic per Christum restitutus ad graciam ac mundi dominium evangelicum in secundo die iuxta illud Rom. VIII, 32:
25 *Pro nobis omnibus tradidit illum, quomodo non cum ipso omnia nobis donavit?* Et pono quod tercio die
76[a] dictus | Petrus emat pecunia elemosinarie sibi data villam certam pro se et heredibus suis in perpetuum; tunc certum est, secundum concordem confirmacionem
30 eciam laycorum et clericorum, Petrus haberet tercio die alium modum dominandi super data villa quam die primo vel tercio, in tantum quod populus plus appreciatur tercium dominium quam primum vel secundum; quod non reputat esse dominium, licet
35 oportet theologum profiteri ipsum esse dominium prestancius quam tercium superadditum, sicut patet ex fide scripture. Sicut ergo omnes concorditer tam vulgus quam clericus sic distinguunt, turpe foret philosophum nescire descriptive distinguere dominium illud ab aliis:

Example of the two kinds of dominion.

7. Cod.: *et I. Tim.* 9. Cod.: *Tit. V.* 13. *apostolis; in apostolis (?)* 29. *confirmacionem;* cod.: *confom* = *confessionem.* 38. Cod.: *distinguit.*

2. De Civili Dominio II, cap. XIV et XVIII.

Digitized by Google

Fitzralph's definition.

Ideo dominus Armachanus IV libro De Pauperie K capitulo III° sic describit civile dominium: *Civile*, inquit, *dominium est creature mortalis ius sive radicalis auctoritas adquisita civiliter possidendi res illi lege positiva subiectas et eis plene utendi conformiter racioni.* Et declarat diffuse 5 particulas. Licet autem utrobique sit conformis sentencia, michi tamen est prior descripcio placencior propter tria, primo quia est planior et brevior, secundo quia est multiplici racioni ut credo conformior et per consequens ad sustinendum facilior. Ostendi autem in 10 sermone universali de iure atque dominio, quomodo *nec ius quod est perpetua voluntas nec ius quod est acquisita | potestas est formaliter ipsum dominium, quin* 76b *pocius habitudo relativa secundum quam racionalis natura dicitur dominari.* Ius autem causat in nobis illud 15 dominium ad quod potestas a Deo data precedit vel consequitur; ideo est quedam verbalis dissonancia in genere civilis dominii. Est tercio dicta descripcio lucidior et a peticione remocior. Quicunque enim ignoraverit qualitatem civilis dominii, ignorat quid est civiliter 20 possidere. Ideo ponendo in descripcione civilis dominii possessionem vel modum possidendi civiliter exponitur (ut videtur) ignotum per ignocius, prius per suum posterius; ymmo circulariter idem per se, cum lex posita de qua loquitur originatur ex civili dominio; lex 25 autem humana est ipsa superior, quia excedit tam ad usum civilem quam ad dominium in illa materia. Possunt multi inaniter contendere, ut hii dicunt quod omne ius vel dominium est civile, quia vel de civitate dei vel dyaboli, non attendentes a qua civitate et quo 30 trahitur ius civile; hii autem dicunt quod omne dominium est seculare dominium et mundanum, quia tam de mundo quam de seculo. Sed oportet attendere ex scriptura equivocacionem mundi et seculi et concordare in differencia et sensu quem scimus concorditer 35 ex parte rei existere; | sed cum omnis sensus catholicus 76c sit specialiter fundabilis ex scriptura, verbi gracia specialiter habebit theologus dictum sensum, et videtur Christum innuere Luce XXII, 24 ubi legitur: *Facta est contencio inter apostolos quis eorum esset maior;* cuius 40

4. Cod.: *legi posite.* 9. Cod.: *racione.* 19. *peticione;* add. *principii.* 20. Cod.: *quantitatem.* 26. Cod.: *ipso.*

2. De Dominio Divino, p. 440.

Digitized by Google

contencionis causam quidam dicunt sumpsisse originem de familiari prepositura qua Christus privatim assumpsit Petrum, Jacobum et Johannem, eis ostendendo suam transfiguracionem (de qua Math. XVII).

Contention among the apostles,

5 Alii dicunt quod tractus illius contencionis cepit occasionem ex presumpcione filiorum Zebedei qui voluerunt esse Christi assessores in regno et decem alii videntes fuerant indignati.

Tercii vero dicunt quod discipuli audientes Christum 10 occidendum voluerunt scire quem post eius mortem voluerit eorum esse capitaneum. Et concordat series historie Math. XX et Marc. X.

L Quarti dicunt quod volunt scire quod Petrus foret eorum capitaneus, eo quod Matth. XVI, 18 dicit sibi 15 simpliciter: *Tu es Petrus et super hanc petram edificabo ecclesiam meam, et tibi dabo claves regni celorum.*

Quinti dicunt quod audientes Joh. VI, 71. quod *unus eorum dyabolus est* voluerunt indirecte cognoscere quis foret ille, ut ipsum confunderent.

20 Sexti vero dicunt quod apostoli voluerunt habere 76[a] compen | diosam regulam noscendi racionem, unde unus alteri preferatur, aut dicunt quod ex humilitate voluerunt se preferre reciproce in honore; ideo ne circa hoc fieret decertacio, voluerunt habere decisionem 25 Domini in hac parte.

which gave rise to a notable pronouncement of Christ.

Sed quomodocunque fuerit de istis causis, alia illarum vel alia nobis incognita: certum est ex fide scripture quod ab apostolis fuit mota contencio et a Veritate omnisciente facta decisio notabilis cuicunque 30 catholico et specialiter ecclesie prelato; Luc. quidem XXII, 25, 27 legitur facta Christi solucio sub hiis verbis: *Dixit autem eis: Reges gencium dominantur eorum et qui potestatem habent super eos benefici vocantur. Vos autem non sic; qui maior est in vobis fiat sicut minor, et qui* 35 *precessor est sit sicut ministrator;* ubi manifestum est Christum primo distinguere de maioritate, primatu sive dominio quod aliquod est seculare sive civile; quod ostensum est fuisse per reges gencium introductum, et aliud spirituale sive evangelicum, quod derivatum est 40 a Christo et suis discipulis. Et quia unum oppositorum potest cognosci per reliquum et civile dominium est famosius aput mundum, ideo tangit primo gentilitatis dominium dicens: *Reges gencium dominantur eorum.* Quamvis enim domini civiles tractent servos suos rigide,

Digitized by Google

necesse est tamen ut sci | ant gentes quoniam homines 77
sunt non nude viventes ut geniti, sed ut uterque sit homo interior in quo non est sexus distinccio, perdet Dei ymaginem quod fit secundum Chrisostomum, quando non imitatur voluntatem et conversacionem Christi; et 5 istam doctrinam credo innui per hoc quod dicit *eorum* et non *earum;* oportet enim utramque partem regulari secundum legem Christi hos cohercendo et illos paciendo, ut expositum est III° huius capitulo . . . . nec oportuit Christum explicare leges secundum quas gentiles domini 10 regunt subditos. Cum enim Deus ordinavit occasione peccati quod reges regnarent ad cohercendum sibi rebelles (ut patet I° Reg. VIII), manifestum est quod dedit eis potestatem ad hoc; quod ostendit Apostolus Rom. XIII, 1, 4 dicens *quod non est potestas nisi a Deo* 15 et quod *non sine causa portant gladium.* Cum ergo reges habent potestatem super subditos, sequitur quod habent illam a Deo.

Sed quia carnales plus appreciantur potestatem M
secularem coactivam quam potestatem spiritualem Christi 20 vicarii, cum plus attendimus ad dignitatem vel dampnum circa temporalia, ideo signanter dicit, quod *principes exercentes potestatem in subditos vocantur specialiter aput vulgares benefici.* Illi enim creduntur precipue pacificare et principaliter regere totam rempublicam et 25 sic utrobique excellenter benefacere. Illud | tamen est 77b
falsum (ut patet inferius), sed pertinenter introductum cum contencio discipulorum non fuit: *quis eorum foret maior ante Deum,* sed *quis videretur esse maior* aput mundum, recipiendo honores mundanos. Tercio declarata 30 dominacione seculari cum opinione populi de eadem excludit suos vicarios pro semper ab isto . . dominandi, ut dicit simpliciter negative: *vos autem non sic.* Precepta enim negativa semper obligant et pro semper. Et ex hinc beatus Petrus precipue Christi vicarius docet gene- 35 raliter sacerdotes quod *non sint dominantes in clero* I Petr. II°; quod beatus Jeronimus exponit epistola XXXIV ad Nepocianum: *Episcopi,* inquit, *et sacerdotes sciant se non esse dominos, ideo vocantur clerici ministri Christi*

9. *capitulo;* numerus deest. 15. Cod.: *Rom. X, XIII.* 22. Cod.: *cura temporalium.* 32. *ab isto;* deest verbum (fuco?)

38. Opp. tom. I, p. 13.

Digitized by Google

et dispensatores bonorum pauperum (ut patet inferius). Et patet plane decisio questionis; et ut michi videtur, non solum prohibentur sacerdotibus actus civiliter dominandi sed et error opinandi quod primatus secularis sit primatu evangelico prestancior. Unde Crisostomus in Imperfecto Omelia XXIX tractans istam materiam usque ad fundamentum in ea sic scribit in fine: *In hoc sumus ymago Christi ut quod bonum ei videtur et aput nos sit bonum et quod malum ei videtur et aput nos dicitur malum. Quicunque autem Domino humilitatem*
77[a] *studente iactancie | studet non est ymago Christi, et qui Domino paupertatem amante diviciarum amator est, in hoc seculo repellit a se sollicitudinem Christi; non est verus discipulus qui non imitatur Christum magistrum, nec est vera imago que dissimilis est auctori.* Et utinam nos clerici attenderemus istam sancti et profundi doctoris sentenciam.

Christ's decision binding on priests.

Quarto autem explicat Christus primatum vel dignitatem quam ipse preponderat in suis discipulis, cum adiungit: *Qui maior est in vobis sit minor, et qui precessor sit ministrator.* Ex quibus lucescit Christi sentencia quod maioritas vel dignitas quam Christus indicat, habet . . arcendi penes maioritatem humilitatis et copiam fructus ministracionis. Si ergo volumus esse maiores quoad Deum, simus minores; quod beatus Petrus exponit I[a] Petr. II, 2 mandans quod sumus *quasimodo geniti infantes racionabiles sine dolo;* infantes autem non contendunt de primatu vel preeminencia dignitatis magis quam bestie. Et sic sine dubio fecisset in statu innocencie.

N Unde Christus Math. XVIII 2, 3 respondendo discipulis querentibus: *Quis maior est in regno celorum, statuit parvulum in medio eorum et dixit: Amen dico vobis, nisi conversi fueritis et efficiamini sicut parvuli, non*
77[d] *intrabitis | in regnum celorum.* Ecce cassacio elacionis superborum Christi discipulorum; et consequenter adiungit solucionem questionis dicens: *Quicumque ergo humiliaverit se sicut parvulus iste, hic maior est in regno celorum.* Sequitur enim: humilitas facit hominem magnum, ergo

Christ's lesson of humility.

10. Cod.: *dicit.* 11. Cod.: *studentem.* 22. *habet;* verbum sequens *(potestatem?)* deest.

6. In Homil. XXIX hic locus non extat. 22. Matth. XVIII, 4.

Digitized by Google

maior humilitas faceret magis magnum. Ideo Crisostomus exponens textum Math. XX 27 in quo dicitur ad eundem sensum secundum humilitatis et subieccionis terminum *qui voluerit inter eos primus esse erit noster servus: fructum*, inquit, *humilitatis ponit primatum celestem, se-* 5 *quatur humilitatem terrestrem. Quicunque autem desiderat primatum in terra inveniet confusionem in celo, ut iam non sit inter servos Christi de primatu certamen; nec festinet unusquisque eorum quod aliis maior appareat sed quomodo omnibus inferior videatur; quam non qui maior* 10 *fuerit in honore ille est, sed qui iustior fuerit ille est maior. Conversacio ergo maior est est desideranda, non dignitas gradus.* Et sequitur: *Volens Dominus fratrum ambicionem extinguere et decem discipulorum invidiam, introducit differenciam inter . . . ostendens quod primatus* 15 *evangelicus non est appetendus ab aliquo non habente nec invidendus habenti; principes, inquit, mundi non fiunt ut dominentur minoribus suis sed ut servificent eos et ex | polient et comedant et usque ad mortem abutantur* 78a *vita eorum ad suas utilitates et glorias.* Nam iste doctor 20 sentit quod omne civile dominium sapit peccatum; principatum autem ecclesiasticum describit secundum quinque condiciones oppositas. *Principes*, inquit, *ecclesie fiunt ut serviant minoribus suis et ministrent eis que-cunque acceperunt a Christo, ut suas utilitates negligant* 25 *et eorum procurent, ut si opus fuerit neque mori recusent pro salute inferiorum, sicut apostolus dicit: Ego autem impendar et superimpendar pro animabus vestris.* Ecce sentencia huius sancti est quod oportet ut maior in ecclesia sit ut sic humilior et honore dignior sicut sit 30 ministrativior.

Christ was as one that served.

Quinto autem et ultimo demonstrat Christus Jesus verbis istam sentenciam: *Quis*, inquit, *maior est? qui recumbit; ego autem in medio vestrum sum sicut qui ministrat.* Ex quo textu sic potest formari demonstracio, 0 proporcionaliter ut christianus est in conversacione Christi similior, est simpliciter maior, sed ut est ad utilitatem ecclesie ministracior, est Christo similior, ergo

9. Cod.: *apparat.* 11. *ille est;* adde: *maior.* 13. Cod.: *Dominus et dominorum.* 15. *inter;* hic verbum deest. 17. Cod.: *invidendum;* ib. *fiunt;* cod.: *sint.*

2. Nec in Homiliis St. Chrysostomi nec in Opere Imperf. hic locus invenitur. In eundem sensum Chrysostom. In Matth. Hom. LXV, p. 646 seqq. 33. Lucae XXII, 27.

Digitized by Google

ut sic est simpliciter melior, quia aput Deum dignior; Deus enim de tanto plus acceptat hominem, de quanto similius ipsum consequitur et per consequens est maior, dicente Apostolo II. Cor. X, 18: *Non qui se ipsum comen-*
5 *dat.* Ideo dicit Crisostomus: *non omne quod aput homines*
-8b *iustum videtur* | *tam aput Deum iustum; quanto*, inquit, *Deus melior est homine, tanto profundiora sunt Dei iudicia.* Et patet maior argumenti ex articulis fidei simplicibus per se notis. Minor autem ex hoc ostenditur, quod
10 Christus fuit summe ministrativus ecclesie. Unde declarando discordanciam humani iudicii a divino dicit quod aput homines censetur maior qui recumbit, sic accipiens ministerium a sibi subditis. Et opinionem istam innuit Christus, quando interrogat: Nonne qui recumbit? sed
15 destruit illam opinionem ex sua conversacione in qua eternaliter determinavit se ministrare et non ministrari. Unde fuit in medio discipulorum paratissimus ministrator, nunc dicendo gracias, nunc frangendo panem, nunc lavando pedes discipulorum, semper in ministrando
20 spiritualiter ad summam utilitatem ecclesie. Tota enim conversacio humanitatis Christi in terris fuit plenum ministerium ad quod nullus alius potest attingere. Ideo Crisostomus super Math. Opere Perfecto Omelia LXV, personam Christi induens sic loquitur: *Aput me autem*
25 *qui ultimus est, hic primus est; similiter do ex hiis que facio et pacior a capite denominativam demonstracionem; quitquid aliquis discipulorum meorum fecerit, ergo aliquid plus facio. Rex enim superiorum virtutum existens*
78a *homo voluit spernere atque contumeliis effici.* | Contemptum
30 dignatus sum et vicia pati neque in hiis suffeci sed ad mortem veni, ideo dicit quod *venit ministrare et dare animam suam in redemcionem pro multis.* De isto dictum IV huius XV capitulo quomodo tribulacio Christi et per consequens eius ministerium fuit summum. Et quantum
35 ad humilitatem dicit Crisostomus in persona Christi:

12. *accipiens*; cod.: *accidens*. 25–26. Cod.: *primus est. Quoniam autem non similiter do hec preterea ex hiis que facio et pacior a capite denominativam demonstracionem* .... Hic locus plane corruptus est. In textu St. Chrysostomi l. c. sic habetur: *primus est. Ne verò putes haec me sine causa dicere, factis meis exemplum sume. Ego enim plus quidpiam feci. Rex quippe* ... 26. *denominativam*; cod.: *deotiam*. 29. Cod.: *spernere — contumeliis* deest. Addidi e textu Chrysostomi l. c. p. 649.

23. Homil. LXV, al. LXVI, l. c. p. 649. 33. De Civili Dominio II, 198 seqq.

Digitized by Google

Tu autem si humiliatus fueris, pro temetipso agis, ego pro te et multis inimicis, ymmo quantumcunque descenderis, non potes tantum humiliari sicut Salvator tuus; ideo ab eo debes addiscere, quia *mitis est et humilis corde.* Et revera hec racio quam Crisostomus vocat *demonstracionem* daret catholico tantam fidem, sicut demonstracio potissima doctrinalis qua conclusio arismetrica vel geometrica est probata.

The rule of humility is enough to direct us.

Ex istis correlarie primo sequitur quod regula humilitatis docta et practisata in ecclesia (ut tactum est capitulo huius V[1]) sufficit per se totam ecclesiam in religione Christi dirigere, ideo (ut dixi superius) ista leccio est omnibus christianis et specialiter prelatis ecclesie diligentissime attendenda. Ideo dicit Crisostomus ubi supra: *Error*, inquit, *salubris Jacobi et Johannis qui tocius mundi solvit errorem*; si enim apostoli non sic errassent, unde nos cognoscere poteramus quod non est quod videtur bonum desiderare bonum est; | nunc autem scimus quod aliud est opus bonum et aliud primatum honoris concupiscere; vanitas est quoniam bonum implere opus nostre voluntatis, nostri operis et laboris, propter quod et nostra merces est, primatum autem consequi iudicium Dei est propter quod ex primatu honoris nescio si aliam mercedem iusticie adipisci merentur, nam desiderium primatus ex iactancia nascitur cordis. Qui autem humilis est et indigniorem se aliis arbitratur secundum apostolicum preceptum, quo aut alter alterum existimans superiorem, nunquam desiderat superior apparere; primatus enim fugientem se desiderat et modo umbre desiderantem se horret (de isto inferius). P 78[a]

Tercio elicitur ex sentencia quod illicitum est quemquam corripere nisi correptus sit inferior correptore, nam racionabiliter correptus supponitur ut sit ex defectu culpandus, correptor autem legittime caveret precipue ne tactus ypocrisi et macula proprii oculi sit in dampnacione consimili; oportet ergo correptum esse culpabilem et correptorem legittimum inmunem, ut docet Christus Math. VII, 5: *Ypocrita, eice primo trabem de oculo tuo;* et cum omnis peccator sit ut huiusmodi iusto inferior quoad Deum et per consequens simpliciter

1. *agis;* cod.: *est.* 15. Cod.: *inquit error.* 19. *concupiscere* aliquot verba excidisse videntur.

1. l. c. p. 649. 5. Matth. XI, 29.

Digitized by Google

inferior, sequitur conclusio: de quanto enim quis est
79ᵃ humilior | est alcior et per consequens ergo ad Deum
superior. Et iste tytulus legis Dei sine concordancia
legis humane sufficit ad auctorisandum correpcionem
5 fraternam (ut patet IV huius capitulo ..); plane colligitur
quid est civiliter vel seculariter dominari; et istum
sensum de evangelio Luce habet Bernhardus II libro
ad Eugenium et dominus Armachanus III, IV et VI De
Pauperie Salvatoris. Notandum tamen quod tripliciter
10 equivoce potest intelligi hominem habere civile dominium;
vel formaliter, vel materialiter vel quando habet dominabile super quo alius civiliter dominatur. Illud enim
vocatur aput vulgum dominium, et sic tripliciter potest
intelligi hominem habere materialiter civile dominium,
15 quia vel habet dominabile, super quo nemo nunc sed
alius civiliter dominatur, vel quia in caritate positus
habet simplicem usum dominabilis pro tempore quo
alius super illo civiliter dominatur. Et ista sentencia
de civili dominio est multum preciosa pro intellectu
20 scripture sanctorum doctorum et iuris canonici.

CAPITULUM DUODECIMUM.

A Istis significacionibus terminorum detectis patet ex
significacionibus eorum, adiuncta sentencia sanctorum
doctorum ex scriptura sacra elicita, probacio conclu-
25 sionis quam premisi in principio capituli proximi, quod
nulli pure clerico licet pro tempore legis gracie quod
79ᵇ est huiusmodi simpliciter civiliter dominari; | omnis
enim talis secundum Jeronimum est pure de sorte
Domini exemptus a possessione civili; cum oportet eum
30 si vult esse clericus relinquere proprietatem cunctorum
que possidet, ut ostendit Augustinus, liceret ad clericatum
renunciare renunciacione intima, que excludit prepon-
deranciam amoris bonorum fortune super bonis gracie,
vel aliter quod homo in fine vite perfecte renunciet,
35 ad hoc quod sit continue clericus; tunc non foret per

All those proofs shew that the clergy may not hold property.

5. *plane;* rectius: *et plane.* 11. Cod.: *materialiter quando; vel* deest. 22. Cod.: *significantibus.* 31. Cod.: *ut ostendit Augustinus 61, 22* (sic); ib. *et* deest. 34. Cod.: *renuncient.*

28. Cf. Decretalem *Clericus et Duo sunt.* Decr. Sec. pars, c. XII, q. I, cap. V et VII.

Digitized by Google

talem renunciacionem differencia inter clericum et laycum, quia omnis laycus predestinatus sic renunciat (ut patet capitulo XIV quarti huius); quod Augustinus non sensit nec communis locucio admittit. Nam paupertas evangelica longe plus facit clericum quam caracter ordinis, ut Augustinus ostendit Sermone tercio de Statu et Vita Clericorum; aliter enim non forent clerici spiritualis pars populi, tanquam anima. Item, omnis veritas et specialiter lex continens regnum superioris partis ecclesie est fundabilis in scriptura, quod sacerdos Christi vel clericus dum est huiusmodi sit proprietarius, ergo non est veritas vel legale quod taliter dominetur.

Minor patet ex sufficiencia scripture et legis Christi que foret valde insufficiens, si non doceret quomodo discipuli huius abbatis conversarentur quoad temporalia. Nam lex Christi docet quomodo layci se habebunt | ad usum temporalium, ut patet I[a] Thim. VI et expositum 79[c]
est III° huius capitulo III, IV huius capitulo XVI. Minor autem patet inductive discurrendo per quamlibet scripture particulam nisi forte ironice dicatur quod Judas Scarioth vendendo Christum pro triginta argenteis fuit eorum proprietarius, quia certum est quod non communicasset eos vel aliis eius discipulis, ymmo quia frustratus est a proprietate trecentorum denariorum quos voluit possedisse ex vendicione unguenti (ut patet Math. XIV), ideo ad recuperandum affectatam proprietatem vendidit Salvatorem; sed patet quod illud, quod revocaret sacerdotem Christi ab affeccione proprietatis... ideo ut dicit Jeronimus et recitatur VI huius quod monachus habens in proprio centum solidos oblitus est quomodo Judas ex affeccione proprietatis tradidit Christum pro trigenta argenteis. Certum itaque est Judas pro toto illo tempore nec fuit vere Christi sacerdos nec pecunie illius civilis dominus, cum peccans continue ultimo desperavit, ex peccato avaricie tradens sanguinem iustum et proiectis argenteis laqueo se suspendit; patet Math. XXVII.

Warning from the case of Judas.

Unde videtur quod nos proprietarii, desperantes de B
recessu Domini nobis mori, quod promissio sua de providendo nobis temporalia fuit facta, laqueo | dyaboli 79[d]

6. *tercio* (sic); rectius: *secundo*. Sunt solum duo sermones De Vita et Moribus Clericorum. 10. *scriptura;* hic aliquot verba excidisse videntur. 28. *proprietatis;* hic aliquot verba exciderunt. 29. Cod.: *ut recitatur*. 39. *mori;* ita codex.

Digitized by Google

suspendimus nos cum Juda. Nec prodest secunda historia de Anania et Saphira reservantibus sibi proprietarie porcionem pecunie, ut patet Act. V°, cum nec erant clerici nec tunc discipuli Christi, sed ex ypocrisi ex-
5 spirarunt.

The clergy in holding property shew want of faith in Christ's promises.

Et conformiter videtur professos clericatum Christi reservantes sibi quedam proprietarie ex diffidencia in eum spiritualiter exspirare; ideo tam crebro commendat Christus fidei magnitudinem et increpat eius modici-
10 tatem; oportet enim *iustum ex fide scripture vivere*, quia aliter tam vir quam uxor, scilicet corpus et anima exspirabunt, quia Sap. I, 5 dicitur quod *spiritus discipline effugiet fictum;* mors ergo spiritualis in quam iam incidimus maxime est timenda. Unde secundum
15 Jeronimum Epistola CXXII ad Pamachium Christus noluit recipere Zacheum in eius apostolum, quia non omnia bona sua sed partem voluit relinquere propter Christum. Nec valet tercio historia de Symone qui voluit fuisse coniunctus apostolis tamquam Christi dis-
20 cipulus, cum tamen tunc fuit proprietarius, eo quod *obtulit apostolis pecuniam pro habenda potestate, ut cuicunque inposuerit manus accipiat Spiritum Sanctum;* patet Act. VIII, 18, 19. Nam ex peccato proprietatis symoniace reiectus fuit tanquam inydoneus esse Christi
25 discipulus, sicut scriba quem Christus reiecit Math. VIII
80* ex causa consimili. | Unde audivit a Petro: *Non est tibi pars neque sors in sermone isto.* Correspondenter videntur superiores ecclesie niti cum Juda christianum extinguere qui oleum devocionis cum Maria ex scriptura
30 sacra elaboratum super corpus Christi misticum conatur effundere et cum Symone mago doctrine apostolice se utrobique exponere. Isti vocati clerici erant peiores quam meri layci coniugati; et utinam non sit sic hodie in ecclesia de pseudoapostolis Judam et Symonem figuran-
35 tibus ex avaricia eversum ad sanctos apostolos. Ista loca scripture notavi ad sensum ironicum et misticum, ut distantibus fundatur clericis vel civilis possessio, quia scio Apostolum I. Cor. IX, 13, 14 conscribere: *Qui in*

4, 5. Cod.: *expirarent.* 20—22. *cum — inposuerit* in marg. al. man. textus plane corruptus sic habetur: *apostolis penitencia prohibenda potestate cuicunque.* Correxi e textu Act. VIII, 18, 19. 26—28. Cod.: *non est — christianum* in marg. al. manu. 29. *extinguere* in rasura; ib. *Maria;* cod.: *Ma.* 36. Cod.: *irronicum.*

15. Ep. XXVI. Opp. tom. I, 216. 26. Act. VIII, 20, 21.

Digitized by Google

sacrario operantur que de sacrario sunt edunt, et qui altari deserviunt cum altari participantur; ita et dominus ordinavit hiis qui evangelium annunciant de evangelio vivere. Sed utinam primo notaremus quomodo edere, participare et vivere distinguuntur a civiliter dominari, ut exponitur inferius ex sentencia Prosperi. Et notaremus secundo quomodo idem Apostolus dicit II. Tess. III, 10: *Si quis non vult operari nec manducet;* cum enim non fatuaremur istis arguciis et (si non fallor) nullibi in scriptura fundatur si non in locis istis, quod dum est Christi | sacerdos vel clericus possideat licite 80[b] quitquam civiliter.

Christ and his disciples had money in common.

C Unde rogarem contradicentes michi in ista sentencia fundare in scriptura sacra quod licet clerico Christi dum est huiusmodi taliter dominari. Scio enim quod Christus Math. X, 9 mittens discipulos ad predicandum docet eos quomodo viverent in sua absencia. *Nolite,* inquit, *possidere aurum neque argentum neque pecunias in saccis vestris;* quod (ut supra exponitur) oportet intelligere de habicione exproprietaria vel civili; quem sensum Spiritus Sanctus ex tribus nobis reliquerat; primo ex hoc quod discipuli conviventes cum Christo habuerunt pecunias in communi, nam Joh. XII, 6 legitur quod *Judas fur erat et loculos habens, ea que mittebantur portabat;* unde sepe innuitur quod de communi erario emerunt cibaria, ut patet Joh. IV° et XII et XIII; et Marc. VI satis innuitur quod habuerunt pecuniam sicut et Paulus; cum ergo modus habendi cum Christo fuit licitus, qui extra suum consorcium fuit illicitus, sequitur quod licuit eis habere pecunias in communi. Secundo patet idem ex facto apostolorum post suscepcionem Spiritus Sancti, qui susceperunt pro communitate pecunias a conversis, ut patet Act. IV: *Nec,* inquit, *quisquam eorum que possidebant aliquid suum esse dicebat | sed erant illis omnia com-* 80[c] *munia;* non enim tunc possederunt nec licuit eis tunc possidere quitquam civiliter (ut patet VI° huius). Tercio confirmatur eadem sentencia ex modo loquendi scripture quem sensum ad hoc nobis reliquerat; non enim dicit textus: *non habeatis talia,* sed *nolite possidere:* per quod (si non fallor) non solum affeccio proprietaria prohibetur, dum dicitur: *Nolite,* sed et modus habendi ex assecu-

2. Cod.: *altario.* 24. Cod.: *ea* deest. 28. Cod.: *cum Christo nemo (neo).* 33. Cod.: *Nemo, inquit.* 38. Cod.: *relinquerat.*

Digitized by Google

racione legis humane removetur, per hoc quod adiungitur *possidere;* possidere enim est quasi post laborem quesiti sedere quiete in usu possessi; quod Christus noluit apostolis suis peregrinis competere hic in via, cum
5 Apostolus dicat Hebr. XIII, 14: *Non habemus hic manentem civitatem sed futuram inquirimus.* Et idem exprimitur Luc. IX, 3 ex negacione preteriti temporis optativi; *nichil,* inquit, *tuleritis in via neque virgam neque peram neque panem neque pecuniam;* non negavit in hoc quod licuit
10 eos pro tempore necessitatis habere talia ex titulo gracie in communi toti ecclesie. Et idem est sensus Luc. X, 4, quando mittens duodecim discipulos precepit: *Nolite portare neque sacculum neque peram;* et eadem sentencia exprimitur Marc. VI, 8 quando dicitur: *Precepit eis ne*
80[d] *quitquam tollerent* | *in via,* quibus iniuncte relicciones et renuncciaciones; de quibus Math. XIX, 27: *Nos reliquimus omnia,* et Luce XIV, 33: *Qui non renuncciat omnibus que possidet, non potest meus esse discipulus,* manifeste colligitur iste sensus. Scivit enim Spiritus Sanctus
20 dixisse: *nichil feratis in via et non possideatis pecuniam,* sed dicit signanter: *Nichil tuleritis et nolite possidere;* per hoc (ut notat Crisostomus in Opere Perfecto Omelia XXXII) docens eos fugere perniciosam egritudinem avaricie, oppositam paupertati, ab omni eos absolvens
25 vite huius sollicitudine, ut una sola detineatur cura que
D indubie repugnat civilitati. Quod si adversarius legis fingeret hoc solum dictum fuisse apostolis et non nobis sacerdotibus post dotacionem ecclesie qui non possumus vivere sine proprietate; dicat (queso) consequenter,
30 quod potestas clavium tradita apostolis Matth. XVIII et Joh. ult. non fuit tradita nobis sed solum apostolis. Nam derivata potestate spirituali derivari oportet regulam vivendi, specialiter cum populus iam sit devocior et promcior ad ministrandum evangelizantibus sacras
35 oblaciones et decimas quam in primitiva ecclesia. Non enim est equum nos vendicare illud quod voluptatis
81[a] est in sacerdocio abiecto illo quod foret perfeccionis licet asperitatis pro perficiendo nostro officio.

Their rule is still binding.

9. Cod.: *que licuit.* 15. *iniuncte;* adde: *sunt.* 16, 17. Cod.: *relinquimus.* 19. *Scivit;* ita cod. 24. Cod.: *absolutos.* Chrysostom.: *ab omni vitae cura solvens.* 25. Cod.: *et una.* 27. Cod.: *dictu.* 37. Cod.: *est* deest. 38. Cod.: *aspertatis.*

22. Opp. tom. VII, 570.

Digitized by Google

Christ was always poor, and taught his disciples to follow his example.

Item, Christus dux et legifer noster non est dominatus in persona sua civiliter, sed fuit toto tempore peregrinacionis sue summe pauper (ut patet X huius quinti); sed non licet peculiari discipulo pure de sorte Christi inducere statum qualem Christus non habuit, ymmo sibi prohibuit; unde non licet pure clerico dominari civiliter.

Maior patet Math. X, 24, 26, ubi Christus mittens apostolos ad predicandum animans eos ad persecucionem et obprobrium: *Non*, inquit *est discipulus super magistrum nec servus super dominum suum, sufficit discipulo ut sit sicut magister eius, et servo ut sit sicut dominus eius; si patremfamilias Belzebub vocaverunt, quanto magis domesticos eius? Et Joh. XV, 19, 20: Mementote sermonis mei quem dixi vobis, non est servus maior domino suo; si me persecuti sunt et vos persequentur.* Et causam huius premittit dicens: *Si de mundo fuissetis, mundus quod suum erat diligeret, sed vos de mundo non estis, propterea odit vos mundus.*

Ex quibus patet quod Christus interdixit suis dicipulis conversacionem secularem et occupacionem cum mundo et per idem omnibus suis sacerdotibus apostolorum successoribus; ideo dicit Math. X, 9: *Nolite possidere aurum neque argentum neque pe* | *cuniam* (ut exposui 81 superius isto capitulo et IX huius). Numquid credimus si Petrus habuisset civilitatem super imperatorem et Christus iterum descendisset in statu viatoris pauperrimi subiectus imperatori ut prius: numquid Petrus fuisset Christi discipulus, nisi credimus fuisset hoc: *non est discipulus super magistrum et* cetere veritates evangelice superius allegate? Credo quod Petrus erubesceret vocem Domini dicentis: *Vado Romam iterum crucifigi. Nunquam apetii vel docui vos ad honores huiusmodi aspirare?*

The Church may not fall to a lower level of holiness.

Et per idem considerans doctrinam magistri de E primatu proximo ex opposito confirmatur tripliciter, primo per hoc quod non licet aliter persone ecclesie retrocedere, hoc est, ad gradum remissiorem religionis vel caritatis descendere, sed tota successiva generacio clericorum a Christo deinceps est una persona successiva ecclesie, ut patet ex dictis de unitate ecclesie, ergo non licet sibi caritatem vel religionem amittere, sed eo

8. Cod.: *Matth. XVII.* 9. Cod.: *ad prandium.* Cf. p. 196, l. 16. 15. Cod.: *quam dixi.* 32. E legenda Sancti Petri *(Domine quo vadis?)* depromptum est.

Digitized by Google

ipso quod clericus deserit artissimam paupertatem vivendo in vesania remittit caritatem, ergo hoc est illicitum. Cum ergo ista generacio clericorum vixit in primitiva ecclesia in caritate secundum gradum artissime
5 paupertatis, videtur quod illum debet continue observare; quod si dicatur iuxta illud non licere alteri persone vel
81[c] communitati | caritatem primam relinquere, concedi debet et defendi ex fide ecclesie: ideo ex hoc quod ecclesie mixtim sunt tepide, *refrigescit caritas multorum* (ut
10 dixit Apok. II, 4 et III°, 16). Et ad restituendum illum gradum caritatis in clericos collegit sibi beatus Augustinus consorcium clericorum, ut patet superius capitulo . . . huius ex testimonio Petri Comestoris; quare rogo non competeret omnibus clericis quibus Christus dedit
15 caracterem et potestatem similem? cum potestatem apostolorum et discipulorum proprietatem omnium temporalium abdicaris, per quos rogo servaretur caput religionis, paupertas altissima, si non generaliter per clericos? Omnes enim illi sunt, de quibus dicitur
20 Math. V°, 13: *Vos estis lux mundi, vos estis sal terre, quod si sal evanuerit, in quo salietur?* Quomodo (rogo) illuminabitur populus fidelis vel laicus per Christicolas, si clerici qui iuxta suam religionem profitentur artissime paupertatem evangelicam, putantur in maximo mundiales?
25 aut quo astringeretur clericus superior huic paupertati artissime et non quilibet clericus inferior, cum eadem sit racio utrobique? si enim unam speciem clericorum licet stante nomine ab illa paupertate recedere per idem
81[d] et alia; et sic toto genere | clericorum ipsum deserente
30 maneret sine capite christiana religio, quod nostrum indubie figuraret Antichristum. Non enim est racio quod tempore Augustini fuit ista paupertas de esse clerici, ut patet ex vita sua et regula, quin per idem et modo, sicut patet notato primo clerico declinante, est
35 causa atque licencia quare paupertatem huiusmodi dereliquit; nec valet dicere quod Augustinus et sui clerici erant religiosi et non seculares, quia constat quod quidam clericorum vivunt collegialiter et quidam monastice. Unde (si non fallor) regula Augustini obligat
40 indifferenter quoscunque clericos collegialiter viventes

6. Cod.: *licere aliter.* 8. Cod.: *quo ex fide.* 9, 10. Cod.: *ut dixi.* 27. *unam;* cod.: *viam.* 34, 35. Cod.: *et causa.*

9. Matth. XXIV, 12. 12. Vide supra p. 46.

Digitized by Google

cuiusmodi debent esse episcopi cum suis clericis et omnes alii collegiati clerici seculares.

Rule of St. Augustine good for all clergy.

Potest autem illud tripliciter suaderi; primo ex hoc F
quod nullam varietatem vestium vel aliorum rituum
inponit clericis, que non competit clerico seculari; 5
secundo in hoc, quod vult post triplicem correpcionem
fraternam incorrigibilem amoveri, ut patet capitulo sue
regule, quod non convenit nostris privatis ordinibus
quia per idem potest persona gratis recedere, eo quod
fit repugnans privata possessio, et tercio ex hoc quod 10
mensura incepcionis sui ordinis contempsit ipse proprie-
tatem, sicut continue | postquam fuit sacerdos, quia 82ª
aliter in facto contradiceret sibi ipsi et per consequens
ex hoc quod submisit se regule sacerdotum renunciavit
proprietati. Sic enim fecerunt Ambrosius, Origenes et 15
multi clerici seculares, ut patet in vitis eorum ex puro
evangelio moti, quare ergo non per idem et alii sacer-
dotes qui evangelium minus intelligunt? Quinto con-
firmatur ex hoc quod Luce XIV, 26 dicitur, *quod nemo*
potest esse eius discipulus nisi odiat parentes suos et 20
animam suam. Sed ad odium eorum requiritur odium
terrenorum, ergo oportet quod Christi discipulus odiat
possessiones suas, hoc enim minus est; sed iuxta dicta
capitulo XV quarti huius odire possessiones suas est
odire quod sint sibi proprie, ergo oportet sacerdotem 25
Christi odire esse proprietarium; sed nemo est propri-
etarius nisi velit, ergo oportet eum ut sic non esse
proprietarium, aliter enim plus amaret commodum
personale quam bonum ecclesie, et sic foret extra
caritatem *que non querit que sua sunt* plus affidatus 30
talibus quam vir uxori, quod est in clerico indecencius
peccatum quam ipsum esse carnaliter uxoratum, quia
(ut dixi superius) primum est in scriptura sacra tanquam
remocius a Christo principalius prohibitum, sed secundum
est eciam episcopo per quem missus . . . . . plus | 35
alienum est affici sic temporalibus quam persone similis 82ᵇ
speciei, ut patet de officiis que Jeronimus prohibet
clericis capitulo proximo. Tercio confirmatur ex hoc
quod clericus in quantum huiusmodi est in statu alciori

34. Cod.: *pro habitu*. Textus sequens quasi totus corruptus est. In textu legitur: *sed secundum est eciam episcopus (sic), per quem missus* [hic haud dubio aliquot verba exciderunt] *plus alienum*.

24. De Civili Dominio II, 192.

Digitized by Google

quam rex vel imperator, cuius non est causa, si non paupertas alcior quam clericus est propinquior sequax Christo, ut sic est clericus domino temporali superior, et per consequens desertus abdicacionem civilitatis dominando seculariter cum laycis degradatur ab ordine clericali.

It is poverty that sets the clergy above the laity.

Assumptum patet ex dictis capitulo huius secundi, et minor patet ex hoc quod ministrare omnia sacramenta, conficere corpus Christi potest sacerdos abiectissimus quoad Deum et per consequens in statu infimo; et sic discurrendo per singula quousque adveniatur ad altissimam paupertatem; secundum enim illam fit christianus pauperior Christo conformior, quia Deo in suis consiliis obediencior, cum abdicacio temporalium sit precipuum Christi consilium. Ille ergo qui servat hoc consilium est humilior et per consequens iuxta dicta proximo capitulo aput Deum prestancior. Servet itaque clericus illam paupertatem altissimam et non est compossibile civile dominium sibi pro nunc in gracia
82e coequari. Ideo Christus nimirum prefert | illum statum cuius arbitrio ex proximo capitulo est standum, et patet quomodo ex sophisticacione status clerici mundus illuditur.

G Item, sacerdotes Dei in veteri testamento non erant proprietarii civiles, sed eis erant parca vite necessaria limitata. Cum ergo tempore legis gracie debent Christi discipuli esse spiritualiores quam tempore legis carnis Mosaice, sequitur multo magis quod sacerdotes Christi non debent esse civiles proprietarii. Minor patet Deuteron. XVIII, 1, ubi Moyses sanctus sic loquitur: *Non habebunt sacerdotes et Levite et omnes qui de eadem tribu sunt partem et hereditatem cum reliquo populo Israhel, quia sacrificia Domini et oblaciones comedent et nichil aliud accipient de possessione fratrum suorum.* Num. XVIII, 20 (constituuntur sacerdotes Levitici generis) docetur et illud expressius: *Dicit*, inquit, *Dominus ad Aaron: In terra eorum nichil possidebitis nec habebitis partem inter eos. Ego pars et hereditas tua in medio filiorum Israhel, filiis autem Levi dedi omnes decimas Israhel in possessionem, pro ministerio quo serviunt michi*

Priests of the old law had no possessions.

36. Cod.: *expressimus.*

38. Num. XVIII, 21.

Digitized by Google

in thabernaculo federis. Et sequitur: *Nichil aliud possidebunt, decimarum oblacione contenti.* Quamvis enim habuerunt urbes ad habitandum, et suburbia eorum ad alendum iumenta | et pecora sua (ut dicitur Josue XIV), 82[d] tamen hoc fuit pure quoad usum subducta civili 5 sollicitudine, quia non tytulo legis humane.

Christ was poorer than Moses.

Minor autem argumenti ex hoc evidet quod, sicut legifer se habet ad legiferum, proporcionabiliter sacerdotes sui se habent ad sacerdotes legis alterius, quod Christus fuit summe pauper *non habens ubi caput suum* 10 *reclinaret* in proprio (ut dicitur Math. VIII, 20): sacerdotes sui debent proporcionaliter se habere; licet enim Moyses fuit parcus in expensis, habuit tamen aliquid cum Aaron a populo deputatum. Non sic autem Christus. Et hec racio movit Augustinum ad renun- 15 ciandum possessionem collatam sue ecclesie, ut patet inferius. Confirmatur ex testimonio beati Clementis, qui scribens beato Jacobo tunc Jerosolimitano episcopo et recitat dominus Armachanus libro III° De Pauperie capitulo XIII et libro VI capitulo XXI: *Dilectissimis,* 20 inquit, *fratribus et condiscipulis Jerosolimis cum Jacobo fratre nostro habitantibus: Communis vita est necessaria omnibus fratribus et maxime hiis qui Deo irreprehensibiliter militare cupiunt et vitam apostolorum eorumque discipulorum imitari volunt. Communis enim usus omnium que* 25 *sunt in hoc mundo omnibus hominibus inesse debuit; sed per iniquitatem alius dixit hoc esse suum, alius illud. Et sic inter mortales est divisio. Denique Grecorum quidam sapientissimus | hec ita esse sciens, ait communia esse* 83[a] *debere aut esse amicorum omnia. In omnibus autem sunt* 30 *sine dubio et coniuges. Et sicut non potest,* inquit, *dividi aer neque splendor solis, ita nec reliqua que communiter omnibus data sunt ad habendum, dividi debere, sed habenda esse communia.*

Witness of St. Clement as to primitive practice.

Unde et Dominus per prophetam loquitur: Ecce quam H *bonum et quam iocundum habitare fratres in unum. Illius consuetudinis more retento, eciam apostoli eorumque discipuli (ut predictum est) una nobiscum et vobiscum*

5. Cod.: *et cum fuit.* 9. *quod;* adde: *sicut . . . sic.* 16. Cod.: *collate.* 26. In decretali *Dilectissimis* legitur *esse.* 26, 27. Cod.: *et per.* 29. Cod.: *ait* deest 30. *autem;* cod.: *aut.* 33. Cod.: *non debere.* 38. Cod.: *et vobiscum* deest. Addidi e decretali.

1. Num. XVIII, 23, 24. 19. De Dominio Divino p. 400. 34. Psalm. CXXXII, 1.

Digitized by Google

communem vitam duxerunt; unde ut enim bene nostis: erat multitudinis credencium eor unum et anima una, nec quisquam eorum aut nostrum de hiis que possidebat aliquid suum esse dicebat, sed omnia illis et nobis erant
5 *communia, nec quisquam egens erat inter nos. Omnes vero qui domos vel agros possidebant vendebant eos et precia eorum et reliquas res quas habebant offerebant, ponentes ante pedes apostolorum (sicut nobis cum quidam vestrum cognoverunt et viderunt) et dividebantur singulis*
10 *prout cuique opus erat. Ananias autem vir austerus et Saphira uxor eius, quia mentiti sunt apostolis de precio agrorum suorum, quo vendiderant nobis presentibus in aspectu omnium circumstancium a conspectu propter peccatum eorum et mendacium quod fecerunt mortui sunt*
83b *ambo. Quapropter | nec vobis cavenda mandamus, et doctrinis et exemplis apostolorum obedire precipimus, quia hii qui mandata eorum postponunt, non solum rei sed eciam extorres fiunt; que non solum vobis cavenda sed eciam omnibus predicanda sunt. Unde consilium*
20 *dantes vestram prudenciam hortamur, ne ab apostolicis regulis recedatis, sed communem vitam ducentes et scripturam sacram intelligentes, que Domino vovistis adimplere satagatis.* Et istam epistolam appreciatur nimirum dominus Armachanus, cum processit a doctore
25 magis autentico quam erant posteriores doctores, qui non de tam proprio fonte sapiencie sensum scripture exhauserant; sed illud quod oculis vidit, auribus audivit et facto practisatum a multis testibus didicit fratribus suis scribit. Ideo nimirum ponitur in decretis, XII questione
30 prima: *Dilectissimis* non tanquam palea abrogandum, sed tanquam granum fidei in thesauris sapiencie reponendum. Ex istis dictis huius sanctissimi pape et martiris, subtilissimi theologi ac Petri discipuli cum apostolis conversantis elicit dominus Armachanus VI
35 libro De Pauperie capitulis XVIII et XXI quod Christus nedum non habuit civile dominium, sed nec civilem

1. *Unde* deest in cod. 2. *credencium* in marg. sl. man. 8, 9. Cod.: *nobis quod quidem nostrum.* 9. Cod.: *dividebant.* 12. Cod.: *venderant.* 12, 13. Et hic textus corruptus est. In decretali sic habetur: *vendiderant nobis presentibus in conspectu omnium circumstancium a conspectu apostolorum propter.* 14. *quod;* cod.: *que.* 18. Cod.: *Dei extorres.* 22. Cod.: *bene novistis;* est et lectio varians ut supra: *bene novistis,* qua usus est Wyclif.

2. Act. IV, 32—34. 20. Decret. sec. pars, causa XII, q. I. 32. Pape Clementis ep. V.

Digitized by Google

usum nec ius utendi civiliter, eo quod | omne tale fuisset 83[c]
in Christo superfluum atque vacuum. Et hoc credit
Nicholaum III elicuisse in decretali illa *Exiit* ex iam
dicta epistola beati Clementis. Secundo videtur beatum
Clementem innuere quod omnia debent omnibus 5
hominibus esse communia, primo quia omnibus amicis
debent omnia esse communia, omnes homines debent
esse amici, ergo omnibus hominibus debent omnia esse
communia. Maior patet ex philosophia; minor patet ex
lege evangelica. Ille ergo qui non vult communicare 10
fratri suo pro tempore indigencie temporalia, quomodo
daret corpus suum pro salute anime fratris sui? Hoc
tamen tenentur ex lege caritatis, ergo multo magis
temporalia minus bona.

All things should be common, like sunlight.

Item, sicut Deus prestat nobis lumen solis et ceterarum 1
influenciarum corporis, ut sint cunctis communia, sic
terre nascencia nec non et bestias, sed non licet sine
peccato civiliter appropriare priora, ergo nec alia.
Assumptum patet ex fide quam oportet de Deo credere,
quod non procreat bestias vel terre nascencia, ut 20
serviendo proficiant seculi potentatibus et non carioribus
servis suis; tunc enim foret Deus ingratus et inprovidus;
et ideo dicit quod communis vita est omnibus necessaria.

Duty of sharing with others,

Ideo videtur idem sequi ex hoc quod in statu inno- 25
cencie omnia debent sine civilitate | esse communia, 83[d]
in tantum quod post lapsum proprietas ex peccato
introducta est, ut dicit Clemens; sed omnis lex status
innocencie, lapsus possibilis non Deo obligat propter
lapsum, ergo ad hoc omnis homo debet servare 30
communicacionem huiusmodi. Si enim debet communicare bona meliora ut bona gracie et virtutis, multo
magis bona mimina, que fortissimo titulo sunt bona
pauperum. Et hoc intelligit ille Grecus per coniuges.
Sic enim vir et uxor matrimonialiter coniunguntur nec 35
aliquid habent civiliter quitquam seorsum proprium;
sic inter omnes christianos debet esse amoris coniugium
et amicicie, que ex VIII Ethicorum debet esse tam
forte vinculum quod nullum temporale debet ab amico

17. Cod.: *non* after *nec* deest. 36. Cod.: *habet*.

3. Sexti Decret. lib. V, tit. XII, cap. III. Vide supra pag. 175.
34. In decretali *Dilectissimis fratribus*.

Digitized by Google

egente precludi, quia tunc affidacio foret forcior inter amicum et temporalia quam inter ipsum et proximum; quod nedum tolleret legem amicicie, sed maximam legis nature secundum quam quilibet debet velle alteri
5 sicut racionabiliter velle alterum facere sibi in casu consimili. Aliter enim non sunt coniuges vel coniuncti in amore caritatis fraterne, quod est contra secundum mandatum decalogi et contra totam legem et prophetas Math. VII°.

10 Quarto confirmatur eadem communitas ex sermone beati Evangeliste qui predicando tria contra avariciam, 84ᵃ ut recitat | dominus Armachanus libro III° De Pauperie capitulo III° dicitur conclusisse: sol et luna, sidera, aer et pluvia omnibus communiter sua beneficia lar-
15 giuntur, sic inter homines omnibus omnia communia esse debent. Ad illum quidem finem communicat nobis Deus celestes influencias, ut discamus participare totam massam temporalium unusquisque quod opus sibi fuerit et non ultra, sicut inspicimus aerem et participamus
20 splendorem sine proprietate divisionis. Racionabilitas autem huius legis demonstrari poterit ex hoc, quod iustus dominatur omnibus eo inferioribus in natura ex VII° capitulo tertii huius, sed non foret verum illorum dominium, nisi quilibet usus eorum pro tempore indi-
25 gencie foret licitus. Ideo quilibet proprietarius precludens illum usum iniuriatur vero domino; nec valet dicere quod in tempore ultime necessitatis omnia essent communia et non citra, quia si expectatur usque ad articulum neccessiatis ultime iniuste inmoratur contra
30 legem nature, vel aliter ponendo necessitatem ultimam de genere successivorum tota vita viatorum a principio usque in finem habet successivam necessitatem ultimam communicantem; et indubie nec licet alicui civili domino uti suis nisi pro tempore
K huiusmodi necessitatis. Et patet quod quecunque civi- 84ᵇ litas ve | taverit usum illius iuris communis, sapit peccatum contra legem nature et usum status innocencie, ut ostendit dominus Armachanus libro III De Pauperie capitulo III. Si ergo domini seculares debent cavere

not limited by their absolute necessity.

13. Cod.: *lunam.* 36. *vetaverit;* ita cod.

12. Non est III De Pauperie Salvatoris cap. III. 23. De Civili Dominio I, p. 47 seqq. 38. De Dominio Divino p. 385.

Digitized by Google

ab ista proprietate communicando et facile tribuendo, ut docet Apostolus I. Thim. VI, multo magis et clerici de sorte Christi qui necessario habent omnia in communi.

The church of Jerusalem a model for us.

Quinto confirmatur eadem sentencia de communione ex hoc quod corpus Christi misticum fuit perfeccius secundum partem habentem omnia in communi, ut patet de christianis conversis Jerusalem, Act. IV°, quam fuit secundum partem secularem a perfeccione huiusmodi deficientem; sed tota ecclesia perficitur eo ipso quod una pars eius perficitur nulla alia diminuta, ergo perfeccius simpliciter foret ecclesie quod tota civilitas foret educta; sic enim foret lege Christi regulata, conformans statui innocencie et beatitudinis similata propinquius et exemplaribus suis munita Christi et apostolorum, posterius quod non repugnat alicui statui decencia viacionis habere omnia in communi; ideo hoc debent sub pena alicuius peccati. Tercio elicitur ex dictis beati Clementis quod clerici debent attente docere istam sentenciam tam opere quam sermone, cum ad hoc ordinantur a Deo ad destruendum gentilitatis | ritum, 84c
vivendo secundum ritum contrarium, ut docet Christus Luc. XXII, 25 dicens: *Reges gencium dominantur eorum, vos autem non sic.*

Similiter, ista proprietas iuxta beatum Clementem fuit *per iniquitatem hominum introducta et omnibus cavenda* ab illo sancto precipitur, eo quod inobediencia mandatis apostolicis in hac parte *non solum facit reos criminis, sed extorres,* id est, expertes vel a terra vivencium exules.

Duty of doing away with possession in the church.

Similiter, iste est rectus intellectus scripture, cum beatus Clemens finaliter subiungit *communem vitam ducentes et scripturam sacram recte intelligentes, que bene Domino vovistis adimplere satagatis,* ergo debet predicari. Ideo dicit quod venena huius proprietatis non solum cavenda, sed omnibus predicanda sunt; nec mirum, quia sic appropriare bona que debent esse communia, est ius naturale sanctorum subtrahere et per conse-

3. Cod.: *habuit.* 10. Cod.: *deficiente.* 13. *educta;* ita cod. *(reducta ad . . .)* 13, 14. *conformans; conformata (?);* et hic textus corruptus esse videtur. 16. *repugnat;* cod.: *reat* = *regulat.* 26. Cod.: *in omnibus.* 29. et hic legitur: *sed Dei extorres* ut supra; sic hab. varians lect. in decretali; Cod.: *ex cereis.* 34. *Domino vovistis;* vide supra p. 203.

32. Cf. Decret. *Dilectissimis* l. c.

Digitized by Google

quens impediendo usum necessarium membrorum ecclesie (quantum in appropriante est) membra Christi extinguere; ergo ad extirpandum hoc vicium debent clerici precipue laborare instar Christi et apostolorum tam doctrina operis quam sermonis. Unde caput expropriacionis dominus Jesus Christus in ascensione docuit apostolos sub hac forma: *Euntes ergo docete omnes* 84[a] *gentes, baptisan* | *tes eos in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti, docentes eos servare omnia quecunque mandavi vobis,* Math. ultimo. Et constat quod inter alia mandavit eos precipue servare se a mundo, nunc prohibendo possessionem civilem vel in minimo ut in pera, pecunia vel baculo vel quocumque alio, ut patet Math. X, 10, nunc prohibendo ipsos contendere eciam pro tunice ablacione Math. V, 40. Et sic subducta omni proprietate in se et ipsis fecit eos egere sepius, ut vel sic nutriantur memoriter in evangelica paupertate; quam leccionem iuxta beatum Clementem ipse in se et suis conversis diligencius observavit. Unde ergo dispensacio ut nostri clerici hoc non servent?

Civil laws would be improved, not distroyed.

Et si obicitur contra illud per hoc quod tunc destruerentur iura civilia que sunt finis civilis dominii, dicitur quod hoc non sequitur sed rectificaretur utrobique civilitas lege Christi, cum docet Luc. VI, 30 divitem seculo *omni petenti se tribuere.* Et Apostolus I. Thim. VI, 18 docet eos *facile tribuere* (ut exposuit capitulo . . .) et sic illud quod est inperfeccionis in civilitate legis vel dominii docet Christus extrudere et illud quod sonat in perfecionem evangelicam reservare; et sic instructus est Zacheus *cuius domui salus facta est* Luc. XIX, 9. Quod 85[a] si dicatur Christum intendere civilitatem | cessare debere secundum illud quod sapit peccatum, credo quod nullus catholicus contradicit; leges autem civiles cum sustentantur et practisantur instrumentaliter per humana dominia proficientes plurimum ad pacem ecclesie, patet quod sunt finis perfeccior civili dominio, bonum ergo est quod sit lex sic pacificans populum et civile dominium; sed foret melius esse neutrum.

Argument from Pharaoh's priests.

Quinto et ultimo argumentatur ad conclusionem principalem per locum a minori de sacerdotibus Pharaonis, qui-

4, 5. Cod.: *causa doctrinaria.* 17. Cod.: *nutrientur.* 19. Cod.: *observarunt.* 25. Cod.: *omnipotenti*; ib. Cod.: *I. Thim. III.*

10. Matth. XIX, XX.

Digitized by Google

bus parcam et pauperem vitam viventibus tradita sunt a rege *cibaria ex horreis publicis*, ut patet Gen. XLVII, 22, et declaratum est IV huius I° capitulo. Sed sacerdotes Christi . . . atque maior paupertas atque humilitas, quam sacerdotes gentilium, ergo multo magis eis 5 debent sine civilitate a populo ministrari. Minor patet ubi . . . pro Christo recipiendo ad vitam et doctrinam Christi pauperrimi qui est dux omnium istorum regum spiritualium; attendentes igitur ad spiritualius ministerium quam fuit prophetica benediccio vel prophetia 10 sacerdotum, debemus esse magis humiles et principibus plus subiecti, sed nec clerus civiliter dominari; maior enim spiritualitas requiritur maiorem suspensionem a seculo.

Et istam racionem tangit profunde Origenes super 15 Genes. Omelia XVI: *Vis*, inquit, *scire quid intersit inter sacerdotes Dei et sacerdotes* | *Pharaonis? Pharao terras* 85b *concedit sacerdotibus suis, Dominus autem sacerdotibus suis partem non concedit in terra, sed dicit eis: Ego sum pars vestra.* Et hec verba huius magni doctoris 20 Origenis et Augustini supra Joh. Omelia VI movebant me in secundo argumento audacter asserere, quod non sentenciatur in scriptura sacerdotibus Christi licere civiliter dominari. Nam primus dicit quod Christus sacerdotibus suis *partem non concedit in terra*, quod non sapit 25 sanum sensum nisi intenderet quod Christus non concedit suis quitquam proprie et civiliter possidere; Augustinus tamen dicit, quod *iure imperatoris et non iure divino dicis et defendis quod hec villa est mea;* quod probat ex communione iuris divini secundum quod 30 omnia debent esse communia et ex possessione iuris humani que intendit ut possessio sit propria, sicut facit beatus Clemens et ceteri sancti doctores concorditer ad scripturam. Unde sequitur in textu Origenis: *Observate ergo, qui hec legitis omnes Domini sacerdotes, videte* 35 *que sit differencia sacerdotum, ne forte qui partem, habent*

4. Hic aliquot verba exciderunt. Sensum istius loci habes De Civili Dominio II, 6. 7. *ubi;* et hic plura verba desunt (fortasse post verbum recipiendo). 12. *clerus;* adde *debet*. 32. Cod.: *intenditur*. 36. *habent* deest in cod. Addidi e textu Origenis.

3. De Civili Dominio II, 5. 15. Origenes, In Geneseos cap. XLVII, Hom. XVI (ed. Basil. p. 56). 21. St. Augustini Opp. tom. III, 2, 330 seqq. 28. l. c. p. 340. 34. l. c,

Digitized by Google

in terra et terrenis cultibus ac studiis vacant, non tam Dei quam Pharaonis sacerdotes esse videantur; ille est enim qui vult sacerdotes suos habere possessiones terrarum
85[a] *et exercere agri et non anime culturam, ruri et non | legi*
5 *operam dare. Christus autem dominus noster sacerdotibus suis quid precipiat audiamus: Qui,* inquit, *non renunciaverit omnibus que possidet non potest meus esse discipulus. Contremisco hec dicens; meus enim primo omnium, meus, inquam, ipse accusator ex isto, meas condempnaciones*
10 *loquor, negat Christus suum esse discipulum quem viderit aliquid possidere; et quid agimus? Quomodo ipsi aut hec legimus aut populo exponimus, qui non solum non abrenunciamus hiis que possidemus, sed adquirere volumus ea que nunquam habuimus antequam veniremus ad Christum. Num-*
15 *quid quia nos redarguit consciencia tegere et non proferre que scripta sunt possumus; nolo duplicati criminis esse reus, confiteor hec palam audiente populo, confiteor hec scripta esse, et si nondum implesse me novi, sed ex hoc saltem commoniti festinemus transire a sacerdotibus*
20 *Pharaonis quibus data est terrena possessio ad sacerdotes Domini quibus in terra pars non est; quibus porcio Dominus est, talis erat iste qui dicebat: tanquam egentes, multos autem locupletantes, ut nichil habentes et omnia possidentes. Paulus hic est qui in talibus gloriatur, ut*
85[b] *patet I. Cor. VI. Vis | audire quid Petrus de se ipso pronunciet? audi eum cum Johanne pariter confitentem: Argentum et aurum non habeo sed quod habeo tibi do. In nomine Jesu Nazareni surge et ambula. Vides sacerdotum Christi divicias, vides nichil habentes quanta et qualia*
30 *largiuntur. Istas opes largiri non potest terrena possessio.*

N Ex ista sentencia huius profundi doctoris patet quomodo ipse senserit de ordine sacerdotum: Non quod licet clericis habere temporalia quocunque modo licita,
35 sed quod modus layco licitus sit eis prohibitus; nam per hoc potissime distinguitur et non penes hoc quod ab utroque excluditur modus habendi illicitus, quia iuxta sentenciam istam gloriosam potest fingi quod licet clericis vivere quomodo licenter vivunt domini seculares
40 et quod omnia dicta de vita et doctrina Christi vel

Distinction between laymen and clergy.

8, 9. Cod.: *meus, inquam, ipse* deest. 10. Cod.: *vidit.* 12. Cod.: *renunciamus.* 17. Cod.: *et palam.* 21. Cod.: *cuius porcio.* 23. Cod.: *aut.* 39. Cod.: *quocunque.*

Digitized by Google

apostolorum intelligenda sunt cum tali modificacione, ut puta quod Christus utrobique vitavit superfluum et habuit qualemcunque ritum. Et sic intelligi possunt heretice omnia Christi consilia et precepta, ut tangitur superius capitulo huius II°.

Falseness of the gloss which maintains the contrary.

Et patet quod sinistre quidam glossant dictum Christi Luce. XX, 26: *Vos autem non sic*, dicentes quod Christus non prohibet in hoc suis apostolis nisi quod non dominentur viciose sed pompam | seculi, non negans eis 86ᵃ civiliter licere dominari. Error huius glosse ex tribus convincitur; primo ex hoc quod Christus distinguit inter dominacionem regum gencium et prepositurarn suorum, et licet dominacio regum huiusmodi sit licita, non tamen vult ipsam eis competere, ut exponunt Clemens et alii sancti doctores et textus sonat ad literam. Aliter enim non increparet duos cognatos suos ex appetitu dominii secularis, quia certum est quod voluerit seculare dominium quod in laicis foret licitum, et tamen Christus dicit ipsos nescire quid peterent; secundo in hoc quod Christus limitat apostolis prepositurarn quam vult eis competere; que consistit in humili subieccione, indigenti administracione et prepositure secularis abdicacione; que repugnant civili dominio. Ideo notum est quod voluit revocare eos a prepositura proprietarii secularis, sicut patet ex factis et verbis quibus eos in religione nutrierat.

The sense of Scripture is clear.

Tercio in hoc cognoscitur ficticia quod facta huiusmodi contencione inter apostolos circa civile dominium et nunquam alibi Christus incomplete dedisset doctrinam si intenderet eis licere civiliter dominari et non magis illud expressisset sed (ut apparet sanctis doctoribus) eius oppositum: Ideo ceca vesania et periculosa heresis est pertinaciter exponere sacram scripturam contra sensum quem Spiritus Sanctus sanctos do | ctores edocuit, pal- 86ᵇ liando contra religionem Christi, quod licuit Christo, apostolis et per consequens omnibus sacerdotibus dominari civiliter.

Confirmatur sic: Si licet alicui sacerdoti dominari civiliter, potissime licet episcopis quibus adiacent secularia ut predia et castella, sed illis non licet, ergo multo forcius nulli.

3. Cod.: *qualecunque*. 9. *seculi*; adde: *abiciant*. 18. Cod.: *et cum*. 22. Cod.: *administracionem*; ib. *abdicacione*; cod.: *ab invicem*.

Digitized by Google

Minor probatur ex hoc quod multi sancti monachi assumpti sunt a gradu artissime paupertatis servate in monachis ad dignitatem episcopalem, ut patet de beatis Martino, Gregorio, Cuthberto et multis similibus; sed non licet retrocedere a statu perfecciori ad statum inperfecciorem in religione christiana, ergo post episcopatum debuit observare graciam prioris paupertatis; sed ille gradus requirit pauperem non esse civilem proprietarium, sed habere omnia in dominium; ergo illum gradum debuerant observare.

Saintly monks when made bishops have kept their poverty.

In isto argumento suppono determinacionem ecclesie in Sexto *Exiit* quod status huius altissime paupertatis sit status viatoris perfectissimus quoad stadium, quia statui viatoris Christi simillimus; secundo suppono quod cum adiacencia talium temporalium possunt occupantes habere nudum usum cum titulo gracie in artissima paupertate; quod cum foret perfeccius atque facilius, 86ᵃ verisimile est istos sanctos | continue hoc servasse; non relinquerent perfeccionem quoad Deum propter honorem mundanum.

Et eadem videtur racio de cunctis episcopis, cum sit in gracia alcioris ecclesie quibus illa paupertas foret necessarior pro se et subditis. Si talis quilibet episcopus secundum leges humanas ad tantum astringitur quoad bonum sui episcopatus quod non licet sibi ipsa vendere vel alienari sine equivalenti vel superhabundanti recompensa, ut patet per quotlibet leges humanas et specialiter X, questione II: *Si quis episcopus nulla necessitate racionis ecclesiastice compulsus in suo clero aut forte, ubi presbiter non est, de rebus ecclesiasticis presumpserit aliquid vendere, res ipsas ecclesie proprie restaurare cogatur et in iudicio episcoporum deiciatur auditus et convictus et tanquam furti aut latrocinii reus suo privetur honore;* quod non staret si episcopus foret civilis dominus bonorum illorum, ut patet ex descripcione civilis dominii, ergo conclusio. Sicut ergo ballivus potest in servicio domini ad mensuram consumere bona sua et pro excessu oportet eum facere recompensam, sic quilibet episcopus quantum ad bona episcopii sic

A bishop may not sell church property as he might if he were owner of it.

13. *Stadium;* ita cod. 19. Cod.: *relinqueret.*

12. De Verborum Significatione V, 12, 3. 28. Decret. acc. pars, causa X, quaest. II, cap. VII.

Digitized by Google

se habet ad ecclesiam; et patet ex hoc quod post mortem vel cessionem unius episcopi sunt bona illa auctoritate ecclesie quilibet illorum episcoporum hec occupat et defendit; | nec scribitur in particulari ecclesia ante- 86[a]
quam deveniat ad universalem ecclesiam, ergo illa habet 5
primo proprietatem in illis bonis. Sed omnis proprietas universalis ecclesie non est civilis proprietas, cum caput illius ecclesie Christus non est caput civilitatis, ergo super nullis bonis huiusmodi cadit dominacio civilis quoad clericos. Nam quacumque particulari ecclesia 10
abutente bonis date ecclesie potest communior ecclesia succedere et errata a membro suo iuste corrigere; quod non foret si prior ecclesia foret civilis dominus, eo quod tunc foret ordo superioritatis civilis dominii inter ecclesiam succedentem et aliam tempore precedentem. 15

All property appropriated to the Church is common.

Similiter, omnia bona appropriata ecclesie sunt primo P
immediate collata Christo, sed omnia bona sua inferiora membris suis sunt communia omnibus illis membris, ergo omnia bona appropriata ecclesie sunt ut sic facta communia et per consequens quoad civilitatem expro- 20
priata.

Assumptum patet ex modo conferendi bona ecclesie que non appropriate donantur Petro vel Paulo, sed Deo et speciali sancto ac conventui clericorum tali loco sibi succedencium. Et minor patet per illud. Rom. VIII, 32 25
quomodo non cum illo omnia nobis donavit? Sicut ergo omnia bona unius persone Trinitatis sunt bona tocius Trinitatis iuxta illud Joh. XVII, 10: *Omnia mea tua sunt, et* Joh. XVI, 15: *Et omnia quecunque habet pater mea sunt*, et idem | patet de Spiritu Sancto: sic omnia 87[a]
bona triumphantis ecclesie sunt communia cuilibet membro christiano, cum Christus caput illius ecclesie, eo quod caritas est plus amat communia, eo quod sunt privatis meliora; nec video quod secularis dominus daret Christo pertinenter et laudabiliter huiusmodi tem- 35
poralia que antea erant sua, nisi excludendo a se civilitatem ex fervore caritatis, quia vult quod Christus novo modo perfecciori habeat illa bona pro tota sua ecclesia, ut sint pauperibus evangelicis communia; per hoc enim tolleretur ab ecclesia inperfeccio modi habendi 40

23. Cod.: *donatur*. 24. *conventui;* lectio incerta; cod.: *ꝓ'eui*. 36, 37. Cod.: *excludendo quia a se vult civilitatem*. 40. Cod.: *ecclesia in perfeccione*.

Digitized by Google

civiliter et accederetur ad modum habendi pro statu innocencie et statu patrie; quem modum habendi tamquam naturalem et perfecciorem Christus apostolis suis instituit. Non ergo licet clerico accipere bona ecclesie tanquam civili proprietario sed tanquam membro ecclesie dispensatori bonorum pauperum; et illius sensus sunt quotlibet legum et sanctorum testimonia. Unde beatus Bernhardus in Sermone qui sic incipit: *Bono necessario*, sic exponit textus Christi Marc. X, 30 sic dicentis: *Nemo est qui dimisit domum aut fratres aut sorores aut patrem aut matrem aut filios aut agros propter me et propter evangelium qui non accipiet cencies tantum.* Unde nunc in tempore hoc domos, fratres, sorores et matres et filios vel agros cum persecucionibus et in seculo futuro
87b vitam | eternam. *Non solum*, inquit Bernhardus, *in futurum vitam eternam possidebitis, sed in presenti centuplum accipietis, non solum in bonis spiritualibus sed et in temporalibus, si cor non apposueritis.* Et sequitur: *Que vobis dubitandi occasio? pauca relinquitis cum solicitudine, totum mundum assumetis in possessionem sine solicitudine.* Et probat hoc per textum Apostoli Ia. Cor. III, 22, 23: *Omnia vestra enim sunt presencia sive futura. Omnia inquam vestra sunt.* Et alias ostendi quomodo universitas creata cedit iustis viantibus ad ministerium, sic quod sicut reciproce sibi ministrant sic reciproce sese habent. Contra quod quidam inertes arguunt, quod tunc omnes haberent corporaliter; sapientes putant si Deus vel sanctus habet hec animalia, tunc habet hec tanquam pugnancia vel in manu: Ideo sicut Christus habet non solum centum talia animalia sed universitatem eorum, sic et singula membra sua, cum eis serviencia cedunt sibi ad bonum. Et secundum Augustinum sunt perfecciora quam aurum vel lapis preciosus.

A cleric may not hold church property but may accept it for dispensation to the poor.

Q Sic enim arguunt stulti: Si Deus est ubique, tunc Deus est in inferno et in omni loco fetido ut cloaca, ymaginantes quod fetor Deum confunderet, sicut supra arguens ymaginatur: Si Christus habet centum leudes et pulices,

5. Cod.: *proprietaria.* 8. *qui;* cod.: *quo*; ib. *Non bono necessario;* sed: *super bono nuntio* vide infra. 19, 20. Cod.: *solitudine.* 24. Cod.: *creaturam*; Cod.: *iustis et.* 27. *haberent;* unum verbum deest. 36. Cod.: *fedor et fetor.* 37. *leudes* (sic).

8. St. Bernardi Ep. CCCCLXII ad quosdam noviter conversos tom. I (Migne), p. 662. 15. l. c. p. 666.

Digitized by Google

tunc habet eas | in corpore proprio tractitantes. Sed 87a
procul ista ignorancia a fideli.

Foolish attempts of our opponents to apply the reductio ad absurdum.

Quidam autem postponentes seriem textus Christi arguunt ex illo sequi quod si homo reliquerit proximo unum peccatum, recipiet in hoc seculo centum peccata 5 et si unam amasiam reliquerit propter Christum, habet centum amasias in hoc mundo; si unum caput, habebit centum capita, et sic de multis arguciis quas ignari ebulliunt, quando deficiunt argumenta. Non autem oportet respondere ad hec, antequam probata fuerit 10 possessio peccatorum vel antequam fuerit inventum in evangelio quod homo accipiet centum uxores in hoc seculo; ad hec membra, ergo habebit centum huiusmodi membra, ut si Christus habet cencies tantum ad caput medium, ergo habet centum capita; sed illud nunquam 15 fundabitur, antequam universitas rerum sit adnichilata.

How we are to receive hundredfold.

Quod si queratur causa diversitatis, quare homo accipiet centum matres, quin per idem centum uxores et centum capita, dico quod cecatus hac ignorancia addisceret istam differenciam antequam prorumperet 20 in istas blasfemas argucias, addiscendo quare Christus dicit: *Quicunque fecerit voluntatem patris mei qui in celis est, ipse meus frater, soror et mater est* et non dicit *mea uxor est;* in beatudine enim non | nubent sed 87b
sunt fratres, sorores et matres spirituales reciproce. Dis- 25 cant ergo sic arguentes predicamentum ad aliquid quomodo differt a ceteris, et si post probaverint quod dictum hoc Christi non est verum pro virtute sermonis, et obligo me sub pena talionis probaturum sibi quod sit centiceps amphisonia. Reliquit autem christianus omnia, 30 qui universitatem habens creatam affeccione inordinata obiective dilectam deserit istam sub racione talis affeccionis propter amorem preponderantem quem habet ad Christum; ipsa autem universitas est *omnia* iuxta illud Johannis I°, 3 *Omnia per ipsum facta sunt;* in 35 qua propter equivocam elongacionem non includitur trinitas increata sicut nec peccatum. Qui autem dere-

1. *tractitantes* (sic). 2. Cod.: *ignavia a;* vide infra; *ignari.* 4. Cod.: *reliquit.* 13. *seculo;* hic plura verba deficiunt. 14, 15. *ad caput medium;* ita cod. 21. Cod.: *blasfemias.* 26, 27. *predicamentum;* cod.: *putum ad aliud quam quomodo.* 27. Cod.: *probaverit.* 28. *et;* cod.: *secundo.* 30. *centiceps;* ita cod.; ib. *amphisonia;* id putaverim quod amphibolia. 32. *obiective;* cod.: *obme.* Hic locus hand dubio corruptus est.

22. Marc. III, 35.

Digitized by Google

linquit septenarium quoad affeccionem carnalem vel proprietariam recipiet tantum cencies in hoc mundo, quia universitatem huiusmodi specierum; licet autem ipsam perante habuerat ex titulo gracie, non tamen carnaliter vel civiliter ut reliquit, ut sic relinquendo habet omnia forciori titulo, quia gracia ampliori. Ideo non dicit Christus quod habebit in centuplo plus quam prius habuit sed centuplum ad illud, quod sicut reliquit, ymmo raciones exemplares increate sunt centuplum ad universitatem creatam.

CAPITULUM TERTIUMDECIMUM.

88a Contra hec dicta de expropriacione bonorum | clericorum, obicitur primo per hoc quod per mille annos et amplius quia a tempore beati Silvestri quo Constantinus dotavit ecclesiam, quod fuit circa annum Domini CCCXX, multi sancti pape, episcopi et abbates, multi sancti imperatores, reges et domini temporales approbaverunt active et passive dotacionem ecclesie; ergo nullum infringere oportet eam et religionem christianam destruere. Si enim dotacio ecclesie sit laudabilis, sequitur quod amplior dotacio sit magis laudabilis. Si ergo tabernaculum Domini tempore Moysi fuit et portatile in deserto (ut patet in Exodo), et post fuit fixum templum eciam constructum a Salomone gloriosum, ut patet III. Reg. VI, proporcionabiliter videtur dicendum quod eciam ecclesia christiana; quando enim necesse fuit Christi fideles peragere provincias ad fidem in fidelibus predicandam, non fuit ecclesia dotata, cum apostoli propter convertendorum copiam non poterant residere; nunc autem confirmatur fidelibus et assistente copia evangelistarum semifidei confirmate quod necessaria est talis dotacio. Et ista videtur sentencia iuris canonici XII, questione I, ubi Melchiades papa sic lo-

Authority of popes and emperors pleaded for endowment.

16. Cod.: *multi sunt.* 19. Cod.: *eam et* deest. 22. Cod.: *portatilem.* 26. Cod.: *eciam* deest. 30, 31. *confirmatur — confirmate;* sensus huius loci lucidus, sed verborum tenor haud dubio falsus est. 31. Cod.: *quod* deest

14. Silvester papa primus sedit ab anno CCCXIV usque ad annum CCCXXXV. 33. Decr. sec. pars, causa XII, qu. I, cap. XV. Ex Pseudoisidoriano decreto de primitiva ecclesia.

Digitized by Google

quitur: *Futuram ecclesiam apostoli in gentibus providebant, idcirco predia in Judea minime sunt adepti, sed precia tantummodo ad fovendos egentes. At vero, cum inter turbines et adversa mundi succresceret ecclesia, ad hoc usque pervenit ut non | solum gentes, sed eciam Romani* 88[a] *principes, qui tocius orbis monarchiam tenebant ad fidem Christi et baptismi sacramenta concurrerent. E quibus vir religiosissimus Constantinus primus fidem veritatis patenter adeptus licenciam dedit per universum orbem sub suo degentes imperio non solum fieri christianos sed eciam* 10 *fabricare ecclesias et predia constituit tribuenda. Denique idem prefatus princeps donaria tribuit inmensa et fabricam templi prime sedis beati Petri instituit adeo ut sedem imperialem relinqueret et beato Petro suis et successoribus profuturam concederet.* Et conformiter creditur de aliis 15 ecclesiis dotatis per dominos temporales. Ubique igitur in christianis ecclesiarum dotacio laudabiliter est approbata.

The clergy may have dominion but only by the title of grace.

Quantum ad istud, concedi debet conclusio quod dotacio ecclesie sit licita et meritoria utrobique; con- 20 ceditur eciam quod infringere possessionem ecclesie foret implicite religionem christianam destruere, eo quod inpossibile est clerum deficere a vero temporalium dominio, nisi propter defectum observancie legis Christi. Unde potest contingere quod clerus sufferendo insipien- 25 ciam mundanorum bona sua rapiencium, ymmo sustinendo si quis bona sua devorat vel in facie ipsum cedat, ut sic amplius edificet ecclesiam et adquirat verius et | amplius verum dominium, cum secundum 88[c] Augustinum Epistola XXXIII[a] quominus eis afficitur. 30

Patet ex hoc quod posset contingere ut ecclesia sit B exinde virtute dicior. Et in hoc stat per se edificacio ecclesie et verum eius dominium; sic enim crevit ecclesia in suis primitivis celeriter per pacienciam martirum et fuit in bonis mundi ditissima iuxta illud Apostoli Rom. 35 VIII, 32 *cum Deus proprio filio non pepercit sed pro nobis omnibus tradidit illum, quomodo non cum illo omnia*

1. Cod.: *ecclesia.* 2. *predia;* cod.: *predicata*; ib. *Judea;* cod.: *in gentibus.* 4. Cod.: *successerit ecclesia.* 5. Cod.: *non totum.* 7. Cod.: *bapm sacm;* ib. Cod.: *concurrerunt;* ib. Cod.: *vir* deest. 8. Cod.: *prius.* 9, 10. Cod.: *orbem suo degentibus.* 11. Cod.: *fabricandi.* 14. *suisque;* cod.: *fuisset.* 28. inter *ad* et *quirat* lacuna. 29. Cod.: *ut amplius;* item post *ut* lacuna; et iste locus corruptus est.

30. Cf. Librum ad Honoratum Ep. CXL Opp. II, 427, 428.

Digitized by Google

nobis donavit? Postquam autem dotata est dotacione sapiente seculum, decrevit continue tam virtute tam quantitate; cuius causa indubie est declinacio ad carnem et seculum, quia Rom. VIII, 8 scribit Apostolus: *Qui autem in carne sunt, Deo placere non possunt.* Unde cronicantes notant quod a tempore huius dotacionis non successit aliquis papa martir. Secundum tres itaque gradus dotata est ecclesia, primo virtute et gracia a Deo, secundo temporalibus a seculari domino et tercio beatitudine in celo; due extreme infinitum excedunt mediam. Sunt autem tres gradus quibus ditati sunt clerici bonis mundi; primo perfectissime habentes omnia pure ex titulo caritatis sed stricte quoad usum *de ali-*
88[a] *mentis et te* | *gumentis* secundum doctrinam Apostoli *contentati*, tercio crescente devocione laycorum onerati sunt ampliori usu temporalium suscipientes nedum ad sui indigenciam sed ad ministerium pauperum bona mundi.

After endowment the Church fell away,

Illud autem potest licite fieri propter tria: primo ad augendam devocionem fidelium laycorum, secundo ad exonerandum eos a sarcina temporalium quibus secularitER premebantur, et tercio ad distribuendum pauperibus ecclesie de bonis illis prudencius, servata in clericis regula stricti victus, ymmo altissima paupertate. Sed in tercio signo defecerunt ut magi Pharaonis, perversi ab occupacione temporalium ex titulo caritatis, et circa civile ac seculare dominium prodigaliter sumptuosi in ornamentis, esculentis et familiis et aliis fastum seculi sapientibus eciam plus quam layci seculares. Exhinc enim perversum est dominium verum in venenum, et prepositi mundo et carni dediti facti sunt secundum Ysaie vaticinium *canes muti;* et sic paulatim inducti sunt clerici a summa religione christiana ad servicium triplicis inimici decepti ex fallacia consequentis quod licet clericis habere temporalia, ergo civiliter licet ea ministrare pauperibus, ergo multo magis in se et in suis consumere ipsa seculariter licet clericis tanquam
89[a] laycorum clericariis occupare | bona ecclesie; ergo do-

and the clergy were drawn to pomp and ambition.

13. Cod.: *qua ad.* 25. Cod.: *ut* deest. 26. Cod.: *circa* deest. 27. Cod.: *civile ad seculare.* 29. Cod.: *Et hinc.* 31. Cod.: *debiti.* 34. *decepti is consequentis* in cod. *(decepti inconsequenter?);* correxi e textu sequenti sub litera D; ib. Cod.: *quod* deest. 38. *clericariis;* ita cod.

13. I. Tim. VI, 8. 32. Is. LVI, 10.

Digitized by Google

minanter, obliti illius dicti Apostoli I. Cor. IV, 1: *sic nos existimet homo ut ministros Christi* et illius I^a. Petri V, 3: *Neque dominantes in clero.* Non sunt equivoce clerici, cum dimisso ministerio Christi sibi tradito et officio mamona laycaliter admisso, implicando se in omni genere negociorum secularium nunc mercantur, nunc impetrant ut sua repetant et nunc pugnant; ymmo sese sollicitant plus quam layci circa mundum; quod, nisi Deus preservet, subvertat vocatam ecclesiam.

Oportet igitur notare clericum subtiliter raciones dotandi et distinguendo illud quod inperfeccionem sapit, ut sollicitudinem civiliter gubernandi; illud quod perfeccionem sapit et de illo ad perficiendum suum ministerium contentare. Talis ergo declinacio a conversacione celesti seduxit clericos primo ut nubes volantes et omne genus martirii pacientes sicut pecudes inter homines conservantes, vix bonis et piis dominis temporalibus obedientes, et exhinc seduxit in vermes sub terra subrepentes omnem adversantem impetuosissime repungentes, ita quod instar Dan facti sunt ut *coluber in via et cerastes in semita.* Ulterius quoad argumentum quo assumitur quod dotacione ecclesie existente laudabili maior dotacio foret | magis laudabilis, patet quod illa argucia decipit gulosos et omnes medium virtuosum excedentes. Nam tam res naturales quam morales posuit Deus in pondere et mensura; in quibus omnibus propter monstruositatem deficit talis argucia. In caritate autem et virtutibus quibus non contingit abuti tenet talis racio, ut si bonum sit Deum diligere, in duplo melius est ipsum in duplo diligere plus, et sic ad omnem gradum ad quem caritativus potest attingere. Et hinc dicit Apostolus Rom. XIII, 8: *Nemini quitquam debeatis nisi ut invicem diligatis.* De quanto enim quis plus caritative diligit, de tanto se reddit obligaciorem ad amplius diligendum. Dileccio enim ut est maior est melior. Sic autem non est de possessione temporalium, cum oportunum foret quod cuncta essent communia; sic erat in statu innocencie et primevo statu religionis apostolice et erit perfecte in statu patrie. Si igitur clericus occupat temporalia que non sufficit debite ministrare

If some wealth is good, it does not follow that more is better.

7. Cod.: *repetunt.* 9. Cod.: *preservet et.* 13. Cod.: *ad* deest. 15, 18. Cod.: *reduxit dominis.* Cod.: *donis.* 21. Cod.: *quo* deest.

20. Gen. XLIX, 17.

Digitized by Google

vel que impediunt ipsum a clericatus officio, indubie adiacencia eorum est sibi onerosa, superflua et nociva. Ulterius quoad illud quo asseritur Christi discipulos debere post pacificacionem ecclesie residere et per con-
89[c] sequens | bona in propriis habere conceditur conclusio.

Different kinds of ownership.

Sed tripliciter dicitur proprium: scilicet quoad specialem modum ministrandi, utendi et habendi ex civili institucione; primo modo: caput meum est michi proprium, quia solum est caput meum, licet sit commune
10 cuilibet iusto, cum *iusti sint omnia* (ut exposui capitulo II de proprietate triplici, sive civilis dominii, civilis usus et usus simplicis); secundo modo dicitur res temporalis auctoritate ecclesie clerico deputata ad evangelicam custodiam sibi propria; et in tali proprietate parum
15 locuntur poletici, sed de utraque proprietate civiliter; conceditur ergo quod quilibet clericus habet bona fortune sibi propria ad specialem usum et ministerium, ut cibum quem ego comedo alius non comedit, vestem quam ego contero alius non conterit, et bona que ego
D distribuo alius non distribuit. Sed omnia ista habent secundum alium modum habendi omnibus christianis communia; nec est clericus cum temporalibus istis sibi propriis civiliter desponsatus, cum Apostolus *despondit eum uni viro, Christo*, qui est pars hereditatis sue in
25 quem omnem sollicitudinem oportet proicere cura dimissa temporalium; sed utitur hiis temporalibus tanquam Dei prestatarius et tanquam ecclesie elemosinarius
89[d] et non tanquam civilis dominus, | quia Act. IV, 32 dicitur: *Nec quisquam eorum que possidebat aliquid suum*
30 *esse dicebat* tanquam civilis proprietarius.

Let the clergy be content with using what they need,

Conceditur ergo quod post pacificacionem ecclesie necesse est clericum residere; sed caveat ne oblitus sui officii nesciat de vite necessariis contentari, oblitus regule apostolice I. Thim. VI, 8: *Habentes alimenta et*
35 *quibus tegamur, hiis contenti simus.* Si ergo divicie nobis clericis affluant, non apponamus cor ad ipsas multiplicandum, defendendum et repetendum, ut layci sunt solliciti pro se et suis heredibus, sed habeamus quotlibet temporalia, mobilia et immobilia, dimissa civilitate

5. Cod.: *habere* deest. 18. Cod.: *alius non comedit* deest. 29. Cod.: *qui possidebat.*

23. II. Cor. XI, 2.

Digitized by Google

ex nudo tytulo gracie, et possessio est nobis conveniens; ideo (ut alias dixi) debemus colare illud quod est perfeccionis in civili dominio a feculencia, et dimisso inperfecto laycis nobis inferioribus quoad Deum debemus uti temporalibus de quanto sunt nobis necessaria ad nostrum officium; et tunc oportet nos omnem civilitatem relinquere de nudo usu cum dominio ex titulo gracie contentatos. Hoc enim ex fide est melius quam aliquod civile dominium, plus quietaret dominos seculares et edificaret ad ecclesiam.

and relinquish civil possession.

Et ad istum sensum tam active quam passive dotabatur ecclesia; que dotacio eo ipso infringitur | quo 90ᵃ clericus usurpat sibi ex fallacia consequentis et loco insufficientis similitudinis cum fastu ac avaricia super elemosinis dominorum secularium civile dominium.

Form of the donation; given to profit the Church.

Unde notaremus utrobique formam donacionis et accepcionis: Donacionis forma specificatur in supradicto textu pape Melchiadis, cum dicit quod *Constantinus dedit sedem imperialem Petro et suis successoribus profuturam;* et donacionem taliter modificatam non licet mortali infringere, ut patet distinccione XCVI[a] capitulo *Constantinus.* Nec dubium quin nec secularis dominus habet potestatem ad aliter comparendum nec clericus ad aliter recipiendum; non enim potestas est ad deteriorandum ecclesiam vel aliquam eius partem; sed quis dubitat quin genere clericorum foret deterior, si excideret ab altissima paupertate evangelica; ex quo ergo cum illa dotacione stat paupertas predicta, illegitimum est propter dotatum ad fomentum illius paupertatis ipsam preter mentem donatorum relinquere.

Unde dominus Armachanus VI de Pauperie XXVIII E capitulo ostendit quod confirmacio bonorum clericorum collegialiter vivencium non includit proprietatem vel civile dominium sed excludit, eo quod non sunt capaces talis dominii; post capitulo XXXIII° declarat secundam conclusionem toti ecclesie preciosam quod sicut apostoli, habentes preciosa esculenta vel numismata sine civili dominio vel usu eorum | falsificassent paupertatem, 90ᵇ

Armachanus says a bishop should use such gifts as befit his condition.

8, 9. Cod.: *quam quoa civile plus quietaret.* 23. *comparendum; comparciendum (?).* 26. *quin genere;* ita cod. intelligi debet: *quin genere clericorum foret deterior dominus secularis, si id excideret....* 35. Cod.: *prius* (error ex solutione abbreviaturae *pa'* pro *p'*). 38. *paupertatem* adde: *si.*

18. Decr. prima pars, dist. XCVI, cap. XIII, XIV.

Digitized by Google

altissimam sapienciam pro minus utili suo ministerio edendo consumerent, venderent vel mutarent; *sed*, inquit, *prelati nostri comutando improvide bona ecclesie paupertatem debitam clericis infringerent in presenti.* Cuius racio est quia bona sua consumerent ad ecclesie detrimentum; unde econtra tercio asserit: *Si prelatus*, inquit, *iuxta congruenciam sui status preciosis, victu et vestitu, equitatu et quocunque alio apparatu in casu utatur, nullam proprietatem aut possessionem propriam habens in eis nec volens nec valens nec vituperabilis, nec perfeccionem evangelicam muniens nec gradum prescriptum altissime seu artissime paupertatis abiciens, ut michi videtur iuste poterit iudicari, quin magis econtra si tali casu preciosa respueret minus perfecte ageret aut peccaret.* Sed quia in iudicio usus temporalium ad status congruenciam stat tota difficultas erroris, ideo exponit illam status congruenciam: *talem intelligo qua servata populo sibi subiecto simpliciter redderetur utilior ad salutem; et in isto iudicio propter ignoranciam scripture et cecacionem temporalium contingit utrimque decepcio.*

Ex istis verbis patent tria esse de sentencia huius 90ᵃ doctoris, primo quod prelati quicunque ut | episcopi vel rectores cum omnium sit eadem racio non debent esse civiles proprietarii dum sunt tales. Aliter enim non diceret quod prelatus nullam proprietatem vult aut valet in temporalibus vendicare; secundo patet quod vult dicere quod cum nudo usu quotlibet diviciarum subducta civilitate stat evangelica paupertas altissima. Non enim est racio quare collegium apostolorum potest habere ducentos denarios in communi quin per idem dupla communitas potest habere duplum et sic usque ad totum corpus ecclesie et ita in lautis cibariis et quibuscunque aliis temporalibus ad commodum ecclesie et persone utentis spectantibus; sed istud dictum est pro nitente ad temporalia, inducit improvidos in caribdim. Tercio patet quod si prelatus ex affluencia temporalium aspirat in se vel suis ad fastum seculi, ad avariciam vel ventris ingluviem aut alia peccata ex istis sequencia, illa temporalium affluencia est statui suo incongrua, quia secundum illam affluenciam redditur populo suo inutilior, quia Deo deaccepcior et per con-

Thus he holds *a)* that prelates may not possess civilly, *b)* that they may be poor though using riches,

c) that they must not indulge in pomp and luxury.

2. *sed;* sic legendum esse videtur. 35. *pro nitente* (sic); an legendum: *prompte* (?); cod.: *pmte.*

Digitized by Google

sequens ad mediandum inter populum et Deum indisposicior. Ideo (ut dicam posterius) iudicia secularia clericorum excecant populum in hac parte putancium ex defectu intellectus scripture, quod honor mundanus et secularis possessio sit illis honestior ac utrimque utilior quam observancia artissime paupertatis. Ex istis colligitur hec racio: quecunque persona posita in adopcione duarum possessionum quarum prima est utilior, facilior atque honestior, peccaret eligendo secundam possessionem priore postposita; sed in isto casu est quilibet clericus volendo dominari civiliter, ergo ut sic peccat graviter. 90[d] F

Evangelical poverty is easier to attain than possession;

Minor patet ex hoc quod possessionem aut paupertatem evangelicam potest quicunque adquirere facilius quam civiliter predici valencia centum marcas, cum nemo potest adquirere civile dominium, nisi prius adquirendo dominium gracie; et quod ipsum foret cuicunque clerico utilius patet ex hoc quod minimum dominium huiusmodi est quocunque dominio civili perfeccius. Est secundo ad evangelizandum prompcius ac tercio ad evacuandum a populo scandala et lites apcius; ipsum enim dominium civile est ut plurimum causa dissensionis et scandali inter clerum et laicos. Quod autem talis possessio sit facilior, patet ex adquisicione et ministracione que ipsam attinet. Nam dilige Deum ut debes et non oportet pro aliquo horum trium actuum sollicitudinem maiorem apponere. Non enim oportet labores, pecunias vel sollicitudines circa placita vel partes; quod autem sit honestior, patet quia est honestissimo Christo placencior, mandato Christi atque consilio conformior, a fece | dominii civilis remocior; in 91[a] tantum si bene prospicimus repugnat ex offensione mandati Domini, pure clericum dominari civiliter. Unde dicit Armachanus XXXI capitulo sexti libri De Pauperie quoad sufficienciam huius dominii quo *stat papam et alios prelatos ecclesie habere quantumlibet civile dominium et quotlibet thesauros servatos in usus pauperum, nichil iuris preter naturalia iura communia in eis habentes nec habere volentes aut sine peccato volentes sed tanquam*

it spreads the gospel and avoids quarrels.

2. Cod.: *ideo autem dicam.* 5. Cod.: *utrumque.* 15. *predici* ita cod. 20. Cod.: *tercio evacuandum.* 21. Cod.: *apercius.* 27. *opponere.* 31, 32. Rectius: *et tantum.* 34. Cod.: *6 libro.* 37. *usus pauperum;* sequitur: *divitum sint;* sed non video, quid sibi velint haec verba, nisi forte aliquot alia exciderunt.

Digitized by Google

ministri ecclesie ad quos pertinet providere pauperibus id agant. Et ponit exemplum de Petro et sociis suis, qui (ut dicitur Johannis ultimo) captis *centum quinquaginta tribus* magnis piscibus de quibus ditari poterant, 5 quia abdicarunt a se eorum civilitatem conservaverunt artissimam paupertatem; *sic*, inquit, *dicti prelati possunt habere quotlibet thezauros, redditus et predia, si solis iuribus naturalibus occupentur cum hoc quod paupertatem artissimam non excludant, observata tamen semper regula* 10 *de naturali possessione, quoniam ad proporcionalem occupacionem communem nulli iusto fiat iniuria. Ideo prelati et religiosi possessionati tenentur esse hospitales proporcionaliter ad suam dotacionem, cum ultra vite necessaria paupertatem artissimam sine avaricia non liceat* 91[b] *eis occupare* | *de temporalibus nec tenere; et pretextu illius ministerii licet retinere thesauros, habere baronias, comitatus, ducatus et regna. Non tamen video quod sint reges, duces, comites, vel barones.*

G Ex istis patet illud quod dixi in fine secundi capituli 20 huius quod aliud est habere civile dominium materialiter intelligendo et aliud civiliter dominari formaliter, tamen intelligendo dominium equivoce sicut idem, ut idem est habere motum et moveri. Constat quidem ex vulgari modo loquendi quod dominium accipitur pro 25 dominabili, ut redditu et prediis, castris vel aliis adiacentibus et sic militaris feodus, baronia, comitatus, ducatus, regnum et imperium vocantur dominia, que contingit clericum cum suo clericatu habere sine civilitate ex dono gracie Dei et elemosina secularis dominii 30 cum hoc quod civiliter non dominetur.

In common talk 'dominion' is used of the things possessed.

Et per hoc patet responsio ad omnes leges, constituciones et determinaciones, decretales et raciones doctorum in oppositum allegandas quod contingit papam, episcopos et abbates habere quotlibet huiusmodi dominia 35 quantumcunque ampla atque fertilia, sed non super illis civiliter dominari; nec credo istam glossam amodo christianum offendere, cum fundatur ex scriptura sacra 91[a] ac sanctis canonibus quos | sancti doctores facto et verbo elaboraverunt ex scriptura; nec non innuit cleri- 40 cos dotandos utrobique utilius atque perfeccius iuxta

This distinction between use and possession meets the objections of our opponents.

2. Cod. *agat* (papa?) et hoc loco aliquae partes textus excidisse verisimile est. 3, 4. Cod.: *quadraginta tribus.* 10. *ad proporcionalem* (?); cod.: *ut portalem.* 11. Cod.: *nullo.* 22. Cod.: *et equivoce . . . . . et idem.* 29. Cod.: *dominium.* 34. Cod.: *modi* deest.

Digitized by Google

sequens ad mediandum inter populum et Deum indisposicior. Ideo (ut dicam posterius) iudicia secularia clericorum excecant populum in hac parte putancium ex defectu intellectus scripture, quod honor mundanus et secularis possessio sit illis honestior ac utrimque utilior quam observancia artissime paupertatis. Ex istis colligitur hec racio: quecunque persona posita in adopcione duarum possessionum quarum prima est utilior, facilior atque honestior, peccaret eligendo secundam possessionem priore postposita; sed in isto casu est quilibet clericus volendo dominari civiliter, ergo ut sic peccat graviter. 90[a] F

Evangelical poverty is easier to attain than possession;

Minor patet ex hoc quod possessionem aut paupertatem evangelicam potest quicunque adquirere facilius quam civiliter predici valencia centum marcas, cum nemo potest adquirere civile dominium, nisi prius adquirendo dominium gracie; et quod ipsum foret cuicunque clerico utilius patet ex hoc quod minimum dominium huiusmodi est quocunque dominio civili perfeccius. Est secundo ad evangelizandum prompcius ac tercio ad evacuandum a populo scandala et lites apcius; ipsum enim dominium civile est ut plurimum causa dissensionis et scandali inter clerum et laicos. Quod autem talis possessio sit facilior, patet ex adquisicione et ministracione que ipsam attinet. Nam dilige Deum ut debes et non oportet pro aliquo horum trium actuum sollicitudinem maiorem apponere. Non enim oportet labores, pecunias vel sollicitudines circa placita vel partes; quod autem sit honestior, patet quia est honestissimo Christo placencior, mandato Christi atque consilio conformior, a fece | dominii civilis remocior; in 91[a] tantum si bene prospicimus repugnat ex offensione mandati Domini, pure clericum dominari civiliter. Unde dicit Armachanus XXXI capitulo sexti libri De Pauperie quoad sufficienciam huius dominii quo *stat papam et alios prelatos ecclesie habere quantumlibet civile dominium et quotlibet thesauros servatos in usus pauperum, nichil iuris preter naturalia iura communia in eis habentes nec habere volentes aut sine peccato volentes sed tanquam*

it spreads the gospel and avoids quarrels.

2. Cod.: *ideo autem dicam.* 5. Cod.: *utrumque.* 15. *predici* ita cod. 20. Cod.: *tercio evacuandum.* 21. Cod.: *apercius.* 27. *opponere.* 31, 32. Rectius: *et tantum.* 34. Cod.: *6 libro.* 37. *usus pauperum;* sequitur: *divitum sint;* sed non video, quid sibi velint haec verba, nisi forte aliquot alia exciderunt.

Digitized by Google

ministri ecclesie ad quos pertinet providere pauperibus id agant. Et ponit exemplum de Petro et sociis suis, qui (ut dicitur Johannis ultimo) captis *centum quinquaginta tribus* magnis piscibus de quibus ditari poterant, 5 quia abdicarunt a se eorum civilitatem conservaverunt artissimam paupertatem; *sic*, inquit, *dicti prelati possunt habere quotlibet thezauros, redditus et predia, si solis iuribus naturalibus occupentur cum hoc quod paupertatem artissimam non excludant, observata tamen semper regula* 10 *de naturali possessione, quoniam ad proporcionalem occupacionem communem nulli iusto fiat iniuria. Ideo prelati et religiosi possessionati tenentur esse hospitales proporcionaliter ad suam dotacionem, cum ultra vite necessaria paupertatem artissimam sine avaricia non liceat* 91b *eis occupare | de temporalibus nec tenere; et pretextu illius ministerii licet retinere thesauros, habere baronias, comitatus, ducatus et regna. Non tamen video quod sint reges, duces, comites, vel barones.*

G Ex istis patet illud quod dixi in fine secundi capituli 20 huius quod aliud est habere civile dominium materialiter intelligendo et aliud civiliter dominari formaliter, tamen intelligendo dominium equivoce sicut idem, ut idem est habere motum et moveri. Constat quidem ex vulgari modo loquendi quod dominium accipitur pro 25 dominabili, ut redditu et prediis, castris vel aliis adiacentibus et sic militaris feodus, baronia, comitatus, ducatus, regnum et imperium vocantur dominia, que contingit clericum cum suo clericatu habere sine civilitate ex dono gracie Dei et elemosina secularis dominii 30 cum hoc quod civiliter non dominetur.

In common talk 'dominion' is used of the things possessed.

Et per hoc patet responsio ad omnes leges, constituciones et determinaciones, decretales et raciones doctorum in oppositum allegandas quod contingit papam, episcopos et abbates habere quotlibet huiusmodi dominia 35 quantumcunque ampla atque fertilia, sed non super illis civiliter dominari; nec credo istam glossam amodo christianum offendere, cum fundatur ex scriptura sacra 91a ac sanctis canonibus quos | sancti doctores facto et verbo elaboraverunt ex scriptura; nec non innuit cleri- 40 cos dotandos utrobique utilius atque perfeccius iuxta

This distinction between use and possession meets the objections of our opponents.

2. Cod. *agat* (papa?) et hoc loco aliquae partes textus excidisse verisimile est. 3, 4. Cod.: *quadraginta tribus.* 10. *ad proporcionalem* (?); cod.: *ut portalem.* 11. Cod.: *nullo.* 22. Cod.: *et equivoce . . . . . et idem.* 29. Cod.: *dominium.* 34. Cod.: *modi* deest.

Digitized by Google

pristinam dignitatem; et per consequens placando Deum placaret quemcunque christicolam deiformem; atque pacificaret hec sentencia seculares dominos utrobique et ornaret sanctam matrem ecclesiam; nullos ergo offenderet nisi avaros, fatuos vel insanos clericos aut pro 5 dominio temporalium avare contendentes. Vocat Augustinus super Joh. Omelia VII *insanos* ad istum (inquam) sensum ut bona ecclesie sine civili dominacione clerici essent cuicunque communia; tam clerici quam domini seculares introduxerunt active et passive mediam dota- 10 cionem ecclesie, sic quod nunquam fuit aliquis sanctus papa vel episcopus, abbas vel clericus, quin plene renuncians civilitati contentatus est dimidio usu huiusmodi temporalium cum tytulo naturalis dominii. Et tale conferentis patet ex hoc quod aliter foret stultus aspirans 15 contra ordinem suum seculariter ad dominium onerosius ac inperfecius, quod tamen obviat sanctitati; et patet quod omnes sancti clerici vel una vice vel aliqua illud renunciant. Quod pro nunc tam racione quam cronica suadetur racio talis: Quandocumque est aliqua lex ge- 20 neralis de | perfeccione comitatus, non debet sibi dero- 91[d]
gari propter legem privatam superadditam sibi compossibilem, sicut patet de per se notis; lex generalis iniuncta cunctis clericis est abdicacio proprietatis civilis (ut patet ex primo capitulo), ergo dotacio temporalium 25 superveniens, cum sit accidentalis privata et prime legi compossibilis, ipsam non tolleret. Tunc enim foret lex iniqua et sic non lex. Et minor patet ex decretali Nicholai III. superius allegata in qua determinat et racio convincit quod stat habere nudum usum rei ex 30 titulo gracie sine civili dominio. Et illud foret levius et expedicius pro clerico ad eius officium peragendum.

Et ideo dotacio temporalium introducta non debet H eximere illam legem; per hoc enim argumentum probatur quod capitulum *Dudum* non repugnat capitulo 35 *Omnis utriusque sexus;* et indubie magis necessarium

2. *placaret* scil. glossa; ib. Cod.: *quamcumque.* 2, 3. *pacificaret atque.* 4. Cod.: *et* deest. 10. *mediam;* cod.: *meam.* 14. *tale;* deest verbum. 15. *conferentis* ita cod. 17. Cod.: *et* deest. 20. Cod.: *Quecunque est alia (aliu) lex.* 26. Cod.: *lege.* 27. Cod.: *non foret.*

6. St. Aug. Opp. tom. III, 2, 342. 29. *Exiit*; vide supra p. 204. 35. Decreti sec. pars, causa XVIII, q. II, cap. XXVII. 36. De Penitent. et Rem., V, 38, 12.

Digitized by Google

magis fundabile et minus repugnans est quod religiosus observet cum dotacione sua altissimam paupertatem quam quod omnis homo discretus confiteatur semel in anno proprio sacerdoti.

Example of Augustine.

5 Quantum ad cronicam scribit beatus Possidius episcopus Augustini discipulus in libro de Vita sancti Augustini qui conversatus est cum eo per annos plurimos et sic ex causa multiplici non suspectus: *Pauperum,*
92a inquit, *semper memor erat hiisque inde | erogabat. Unde*
10 *eciam sibi suisque omnibus habitantibus secum, hoc est vel ex redditibus possessionum ecclesie vel eciam ex oblacionibus fidelium... Et dum forte ut assolet de possessionibus ipsis invidia clericis fieret, alloquebatur plebem malle se ex collationibus magis plebis Dei vivere quam*
15 *illarum possessionum curam vel gubernacionem pati; et paratum se esse illis cedere ut eo modo omnes servi Dei et ministri viverent quo in veteri testamento leguntur altari deservientes de eodem comparticipari; sed nunquam illud layci suscipere voluerunt.* Ecce voluntas expropriet-
20 taria huius sancti et nunc nos semiclerici hoc arguentes per locum ab insufficienti similitudine et fallaciam consequentis notaremus modum dominandi huius sancti et temporalia occupandi. Tunc enim non deciperet nos ista fallacia: beatus Augustinus, dum fuit episcopus
25 dominatus est multorum temporalium, ergo civiliter habuit multas divicias, ergo ad consumendum ipsas seculariter pro se et suis habuit ista temporalia, ergo sollicitudinem civiliter adiacentem. Vixit enim parce sed honeste in victu, in vestitu, ut patet superius capitulo VI
30 huius. Non fuit tantum affidatus hiis temporalibus, quin voluit ipsa libenter deserere, ut timens leges hodiernas quibus statuitur quod homo usque ad mortem prosequatur ius suum, ne ecclesia defraudetur et ipse ex |
92 desidia peccet mortaliter. Sciunt enim ex methaphisica
35 quod si layci temporalia ipsa servaverunt sicut fuit in primitiva ecclesia clericis intendentibus speculacioni, cederent in possessionem ecclesie sine abieccione prohi-

5. Cod.: *Possidonius.* 10. *suisque;* cod.: *fuisset fidelium.* Adde: *erogabat.* 11, 12. Cod: *ecclesie — et dum* deest. 13. Cod.: *firet.* 14. Cod.: *malle — plebis* deest 16. Cod.: *quomodo.* 18. Cod.: *de — comparticipari* deest. 27. Cod.: *pro* deest. 31. *ut;* cod.: *aut.*

8. Vita St. Augustini episcopi auctore Possidio Migne Patrol Ser. Lat. XXXII, 1, 52 (cap. XXIII).

Digitized by Google

bita plus quam michi; et istam opinionem suam innuit Augustinus super Joh. Omel. VI, ostendens quod illi qui pretextu dignitatis clerici vendicant sibi proprietatem in temporalibus, sunt similes corvo proficiscenti qui Genes. VIII, 6 non est reversus ad archam ut columba. Nam de corpore ecclesie exeunt ut eius salvacionem provideant sed invento cadavere proprietatis temporalis proditorie requiescunt.

Unde confortans tales propter ablacionem tempo- I
ralium murmurantes ex hoc quod deficit illis spes ge-
mitus et tollerancia columbina Augustinus sic loquitur:
Modo deficientes ubique quid nobis proponunt? non invenientes quid dicant? Villas et fundos nostros tulerunt. Proferunt testamenta hominum, ecce ubi Gaius eius donavit fundum ecclesie cui Faustinus preerat. Et quia dicti
proprietarii sensibiles nimis communiter errant intel-
leccione et affeccione private ecclesie, sequitur in textu
Augustini: *Quid est ecclesia? Ecclesie dixit cui preerat Faustinus; sed non ecclesie preerat Faustinus sed parti* |
preerat. Columba autem est ecclesia; quid clamas? Non 92c
devoramus villas, columba illas habet; nostis fratres mei, quia ville iste non sunt Augustini; si putatis me gaudere in possessione villarum, Deus novit.

Christ the sole head of the Church.

Vult autem iste sanctus quod omnia bona clericorum
debent esse ecclesie universali communia, cui ecclesie
non preest iste Romanus pontifix nec aliquis citra
Christum; de qua ecclesia ipse sponsus dicit Cant. VI:
Una est columba mea; columba enim est universitas predestinatorum, que est sponsa Christi qui solus est
caput eius et sponsus. Presunt autem particularibus
ecclesiis pape Christi vicarii, ipso servante sibi primatum universalis ecclesie eius sive in laycis sive in clericis cui vere sunt omnia; unde in fine consulit Augustinus; *Veniant ad ecclesiam catholicam et nobiscum habebunt non solum terram, sed eum qui fecit celum et terram.*

Augustine avoided details of business.

Quantum ad solicitudinem temporalium, patet ex dictis quod in Augustino pro parva fuerat. Unde sequitur

1. *michi;* ita cod. 2. Cod.: *Augustinus* deest. 4. Cod.: *corvo perficiendo.* 12. *nisi;* cod.: *non.* 13. Cod.: *quod.* 14. Cod.: *Gaius et Sergius.* 15. Cod.: *ecce cum Faustinus erat.* 18–19. Cod.: *ecclesie — Faustinus* deest. 20. Cod.: *elemosinas non.* 33. Cod.: *cui* deest. 36. Cod.: *solitudinem.*

2. Opp. tom III. 1, 331. 11. I. c. p. 340. 27. Cant. VI, 8.

Digitized by Google

in Possidio ubi supra: *Domus ecclesie curam omnemque substanciam ad vices valencioribus clericis delegabat et credebat. Nunquam clavem, nunquam anulum in manu habens, sed ab eisdem domus prepositis cuncta et accepta*
92[a] *et e | rogata notabantur: que anno completo eidem recitabantur; quo sciretur quantum acceptum quantumque dispensatum fuerit et quid dispensandum remanserit; et in multis titulis magis prepositi domus sequens fidem quam probatum manifestatumque requirens domum, agrum seu*
10 *villam nunquam emere voluit; verum si forte ecclesie a quoquam sponte tale aliquid donaretur vel tytulo legati dimitteretur, non respuebat sed suscipi iubebat.*

Hec et multa alia de conversacione huius sancti et quotlibet sanctorum similium testantur quod ipsi cum
15 difficultate occuparunt tam temporalia quam primatus.

Nec ex illis occupacionibus sequitur quod in aliquo dominati erant civiliter. Ad istum sensum dicit quod *ville iste non sunt Augustini;* ymmo cum erant viri evangelici sapientes elegerunt dominacionem naturalem
20 cum simplici usu, cum ipsa sit dominacione civili prestancior et alia a Christo prohibita, Luc. XII: *Reges*
K *gencium dominantur eorum, vos autem non sic.* Et idem sensit beatus Bernhardus, ut narrat legenda aurea. *Quidam,* inquit, *abbas pro uno cenobio construendo sex-*
25 *centas marcas eidem misit, sed tota pecunia dum ferretur a predonibus sublata est; quo audito nichil aliud dixit nisi: Benedictus | Deus qui nobis pepercit ab onere; sed*
93[a] *in illis, inquit, qui tulerunt levius est ferendum, tum quia Romana cupiditas sustulit, tum quia pecunia magnam*
30 *eis temptacionis occasionem ingessit.* Videtur enim iste sanctus sensisse, quod ritus gentilis dominii, qui tunc viguit in Romanis fecit congregari tantas pecunias et ad tam sumptuosa edificia aspirare. Nec aliter haberent predones tantam evidenciam rapiendi; ideo contentus
35 est ille de nudo naturali dominio quod est sufficiencius et melius quam civile.

Bernard's carelessness of money.

Potest autem extollencia naturalis dominii et inferioritas civilis dominii ex septem accipi: primo ex

Seven proofs of the superiority of natural to civil dominion.

1. Cod.: *Possidonio;* ib. Cod.: *Dominus.* 1, 2. Cod.: *omniumque subanima ad vires.* 3. Cod.: *Iniquam.* 9. Cod.: *manifestum quod.*

1. l. c. pag. 54, cap. XXIV. 21. Luc. XXII, 25. Legenda aurea, i. e. Jacobi de Voragine.

Digitized by Google

1. Natural dominion existed before the Fall.

hoc quod primum ex institucione nature per se ante omne peccatum hominis inculpabile ordinatur, ut patet de primo . . . secundum autem ex institutione humana offendens in consilium et leges communitatis naturalis (ut patet capitulo proximo) occasione peccati inducitur Deo permittente, ut populus inobediens puniatur (ut patet Genes. III°, I. Reg. VIII°.)

2. It extends to the whole world.

Secundo, naturale dominium extendit se ad totum mundum: celum, terram et universa que celi ambitu continentur; civile vero dominium non se extendit ultra speram corruptibilium quoad profunditatem terre, non usque ad infimam generacionem mortalium nec quoad altitudinem aeris | usque ad supremum ascensum 93b nubium.

3. It needs no looking after.

Tercio, naturale dominium non requirit sollicitudinem vel domigerium secularium dominorum, placitorum vel inferiorum ministrorum, sed sufficit ad plenum pro eius conservacione cultus unius Dei gratus, facilis et iocundus; contrarium totum de civili dominio.

4. It cannot be taken away.

Quarto, naturale dominium non potest auferri per fures, predones vel alios eventus fortuitos, cum tam constanter servatur a Deo, quod nemo potest ab eo excidere nisi velit; contrarium totum de civili dominio.

5. It is free from the cares and temptations of civil possession.

Quinto, civile dominium implicat possessorem quotlibet curis mundi et periculis tam corporis quam anime, cum occasione illius necessitamur ad sedecim actus civiles (de quibus secundo huius), et sic patimur invidias, detracciones, insidias et mortes, incidimus in superbiam, gulam, luxuriam et omnia genera peccatorum; a quibus omnibus liberat paupertas evangelica, hoc est, conversa naturalis dominii.

6. It accompanies man through life, till it is fulfilled in bliss.

Sexto, naturale dominium foret subducto peccato homini perpetuo concreatum intrans beatudinem in qua recipit ultimum complementum, civile vero dominium non potest inesse omni homini, nec alicui pro semper, cum Christo non potest formaliter inesse, nec alicui de genere Adam pro statu innocencie vel post diem iudicii aut pro aliquo instanti originalis culpe, quia oportet ipsum in hac vita saltem in articulo mortis miserabiliter deficere.

1. Cod.: *nature (ne) persone.* 5. Cod.: *promittente.* 12. Cod.: *mutalium.* 28. Cod.: *indicimus et.*

Digitized by Google

L Unde naturale dominium competeret quasi omni homini et soli et semper, si non obstaret peccatum intelligendum per hominem contra naturam angelicam; et notando quod dominium deitatis est regula dominii creacione racionalis racionis equivoce, cum primum fundatur in opere creacionis, secundum vero requirit pro fundamento creatam graciam; sicut ergo illud est inperfectissime proprium, quod competit soli individuo date speciei, sed non racioni, nec semper sicut hominem canescere, sic civile dominium sonando in inperfeccionem dominium dicitur proprietarium.

7. It is social.

Septimo, ad naturale dominium requiritur grata societas ipsum corroborans, cum instar spiritualium et meliorum rerum communium sit communicabile. Sed ve soli civili dominio odienti consorcium, cum invideret quod alius foret ex equo condonans. Ideo nimirum propter defectum iuvaminis subiacet multis defectibus: clerici ergo, considerantes istum septenarium dictum ad quem universitas differenciarum horum dominiorum reduci poterit de nudo naturali dominio, contentantur, 93[d] specialiter cum sint de sorte magistri | sui Christi, qui hoc docet et precipit opere et sermone.

Different ways in which dominion may be common.

Sed pro ultima differencia de communicacione et proprietate horum dominiorum notandum (ut alias diffuse exposui): potest dici commune dominium tripliciter vel quoad subiectum vel quoad obiectum vel quoad suppositum genus humani dominii. Primum genus fit commune ad quodlibet et de quolibet eius singulari et ipsum genus quia communius est prestancius; secundo modo dicitur dominium commune quoad multa similia, quando multe persone dominantur ex equo super eodem dominabili in numero; et hoc potest intelligi tripliciter, vel pro dominio communi dominiis omnium istarum personarum super eodem dominabili seculari, vel secundo modo pro quocunque singulari dominio quoad subiectum habente quotlibet dominia civilia communicancia in specie et obiecto; vel tercio pro dominabili quod vocatum famose dominium est commune omnibus dominantibus eidem; et istis duobus ultimis modis dominium evangelicum competens clericis est commune iuxta illud

2. *soli;* cod.: *so*[s]. 3. Cod.: *contra* deest. 18. Cod.: *septenarium dierum.* 20. Cod.: *contentatur.* 26. Cod.: *vel* after *subiectum* deest. 27. Cod.: *cum genus sit.* 34. *secundo.* Cod.: *tercio.*

Digitized by Google

Act. IV, 32: *Erant illis omnia communia* et dominium excludens talem communionem vocatur dominium proprietarium quod est genus civilis dominii. Nam omnes homines citra Christum coexistentes in caritate communicant in quocunque dominato quod possident, sine hoc quod unus teneat dominium illud de reliquo, cum omne membrum ecclesie inmediate | tenet illud dominium de Christo domino capitali; et illud voco dominium naturale, dominium evangelicum, dominium originale vel dominium gracie secundum quadruplicem disparem racionem; quod quidem dominium supponitur fundanter ad civile dominium; nam illo modo dominaretur homo ex naturali origine primo tytulo gracie; post lapsum est per evangelium restitutum, preter quod omne dominium superadditum clericis foret superfluum; et sic docet Augustinus Epistola XXII ad Letum, quod debemus proferre communia, ut quod hec mulier est mater tua carnalis, est tibi proprium, quod autem sit soror est commune omnibus predestinatis secundum racionem qua procreatur ex connubio Christi atque ecclesie, ideo ista racio est carnali prestancior et docet theologum cognoscere istam communionem dominii.

True dominion is held by each man direct from Christ.

Tercio modo dicitur dominium obiective ut persona dominans multis bestiis habet tot dominia quot dominabilia; que omnia dominia sunt idem subiective, licet habet disparia obiective, et sic dominium aggregatum in eodem dato obiecto est commune cuilibet illorum dominabilium. Nam adquisito civiliter vel deperdito tali dominato correspondenter adquiritur vel deperditur eius dominium, sic quod super quot dominatis, super quorum quotlibet cadit appropriata civilitas, politicus dominatur, tot habet civilia | dominia obiective distincta. Et sicut est dictum de composicione proporcionum, quod omnis quarta componitur primo ex duabus nichil, non communicantibus in extremis, licet talis omnis proporcio sit indivisibilis quoad molem, sic omne tale dominium terminatum obiective ad dominabile dividitur proporcionabiliter ut partes illius dominabilis, super quibus cadit illa species dominii; ut si habeam quaternarium usque

A man may be said to have as many dominions as he has things to dominate.

6. Cod.: *tumeat.* 28. Cod.: *adquisitio.* 34. *quarta;* cod.: q^{ta} = 4ta; cf. De Dominio divino, p. 46, 8. 34, 35. sensus huius loci parum lucidus est. 34. *ex duabus nichil;* ita cod.

16. Ep. CCXLIII. Opp. tom. II, p. 869.

Digitized by Google

ad minimam partem, ut exempli gracia quarta modii super quam appropriate cadit civilitas, et correspondenter sicut in proporcionibus oportet calculantem notare dominia non communicancia in extremis, ut dominium
5 talis fabe aggregate componitur quotlibet dominiis modiis fabarum aliquibus communicantibus et aliquibus incommunicantibus in obiectus. Notandum tamen quod dominium civile non solum capit suam magnitudinem a quantitate vel numero dominabilium, sed pocius a valore,
10 ut dominans super quantamlibet aream sterilem est minor dominus ut sic quam dominans super minuto fundo fertili, cuius ususfructus est sibi valencior. Aliter enim dominans super massa auri obrisi non foret ut sic dicior quam precise civiliter dominans tanto plumbi
94ᵃ et sic de quotlibet conclusionibus | contrariis philosophie politice. Unde in tribus racione obiecti stat adquiri civile dominium: primo stante obiective in civili iusticia et adveniente parte dominanti sive continue sive indiscrete, quia utrobique respectu cuiuscunque
20 dominii oportet ponere unum dominabile continuum vel discretum; secundo modo stante utraque substancia dominante vel dominata crescente virtute dominati ut dominans bovi macro vel infirmo est ut sic pauperior quam cum dominatus fuerit eiusdem bovi crasso vel
25 sano; tercio modo stante utrobique extremo dominii crescente precio vel valore dominabilis in foro civili sine aquisicione virtutis vel accidentis alterius absoluti, et istam ditacionem noverunt mercantes; nec video quin adquiritur in tali ditacione dominium, cum non solum
30 cadit super bonis fortune palpabilibus sed super virtute, valore, usu, dominio et quocumque appreciabili in eisdem. Super omnibus enim talibus creaturis homini proficiencibus a Deo preficitur, ut si nunc dominor civiliter super B. predio solum pro mea periodo et adveniat
35 michi civile dominium super eodem B. pro me et meis heredibus, sum dicior dominus civilis, quia plenius dominans dato B. non diminuto dominio aliunde et do-
94ᵇ minium adveniens cadit | super dominium vel potestatem usus perante illicite.

N Unde videtur, quod talliantes terras suis heredibus secundum aliam racionem perdunt de civili suo dominio,

5. faba est tercia pars scrupuli unius, v. Du Cange III, 385. 6. Cod.: *faborum*. 7. *in obiectus*. Ita cod. 22. Cod.: *dominant*. 40. et seqq. Et hic textus corruptus esse videtur.

Digitized by Google

quia renuncciant ut sic potestati tenendi; que valet multis in civilitate sicut et usus atque proprietas, posito quod desint heredes ydonei; et patet quomodo dominium capit partes suas a dominabili secundum partes eius quantitativas vel aggregativas ex substanciis vel accidentibus absolutis vel respectivis; et per hoc tolluntur multe conclusiones quas calculantes inaniter elaborant.

As to dominion of Grace, he has most who has most charity.

Correspondenter dictum est de dominio gracie, quod non solum capit suam quantitatem a dominabili sed a fundamento dominii caritate, sic quod beati ut maioris caritatis magis dominantur, et sic de viatoribus in comparacione ad se invicem et beatos. Dominium enim non habet partes intensivas sed solum quantitativas, cum partes intensive dominati facerent quantitatem dominii, eo quod non habet partes quantitativas distinctas ab intensivis, ut stante dominio subiecti et obiecti intensi adquiritur in casu maius dominium recte intensionis subiecti; cuius dominii partes adveniunt a partibus intensivis obiecti et intensione sibi adveniente. Adquirens eciam capitale dominium civile super dominio proprietario prohibito plenius dominatur, quia paucioribus capitibus dominis | citra Deum subicitur et in hoc excellit naturale dominium, quod excludit huiusmodi dominos capitales; et presupponitur ut basis civilis dominii. Unde posito quod habeam civiliter saccum lane dominor ad minimum civiliter in casu super uno vellere, sed super qualibet parte pili in dicto sacco, sicut super quolibet eius accidente quod michi proficit, dominor dominio naturali; et sic civile dominium non potest sine dominio naturali fundante suppleri. Sed adveniente caristia subtiliatur civile dominium et ex fertilitate temporis ingrossatur, sic quod assistente copia auri, gemmarum et quorumlibet usibilium, sicut adest copia aeris inspirandi, cessaret civile dominium. Deo cessabit in patria, ubi non erit defectus usibilis; quod figuratum est III. Reg. X, 27 ubi dicitur quod *fuit tanta habundancia argenti in Jerusalem quanta et lapidum.*

95a

Natural dominion is presupposed as the basis of civil dominion.

Dangers of endowment.

Ex istis colligitur quod licet dotacio ecclesie clericorum per temporalia sit licita et meritoria utrobique, tamen status primevus fuit securior, meritorior atque perfeccior. Patet primo ex hoc quod Christus primevum statum

1. Cod.: *tendendi.* 11. Cod.: *ut sic.* 39. Cod.: *sint licita et mutatoria.*

Digitized by Google

instituit; secundum autem errabilis humana devocio. Ideo cronicantes notant quod in ista dotacione ecclesie vox angelica est audita in aere: *Hodie diffusum est venenum in ecclesia sancta Dei.* Secundo patet idem ex
95b hoc quod temporalium adiacencia involvit | clericos in errores multiplices, scilicet ipsa temporalia inordinate appetendo, irreligiose defendendo et inprovide consumendo. Que omnia cum tollerentur occasione semota, videtur quod hoc foret quantum ad evasionem peccati
10 securius. Nunc enim ad crementum meriti evacuatur muliebre consorcium, quare non temporalium affluencia; quis, queso, adiacente temporalium copia non ex hinc foret proclivior ad superbiam, accidiam, avariciam, gulam atque luxuriam? Revera status et persone ecclesie
15 pro primo tempore et alio illud.

To be without property is a part of perfection in a priest.

Tercio patet idem ex supereroganti complecione divini consilii de non dominando civiliter nec sollicitando circa proprietatem temporalium, ut patet ex multis dictis scripture sacre ac sanctis doctoribus qui verbo
20 et opere docuerunt hoc esse de perfeccione sacerdotis Christi. Et per idem sequitur quod status primitivus ecclesie fuit perfeccior quia ex maiori abdicacione propter Christum arcior, et cum perfeccius sit predicare, contemplari et spiritualia ministrare, quam ministrare
25 bona fortune (ut patet Actuum VI°), patet quod status primitivus sit sequente perfeccior, tum quia vix acceditur ad istum statum sine affeccione inordinata temporalium,
95c tum eciam, quia provide et discrete dispensare | hec indigentibus excedit discrecionem humanam. Et ista
30 sentencia patet ex lege ecclesie. Nam VI° decretalium capitulo *Exiit* docetur quod *via huius paupertatis est vita angelica altissima et perfectissima* (ut docetur supra capitulo VIII°); et in decretis sub auctoritate Prosperi causa prima, questione II, capitulo *Si quis* sic scribitur:
35 *Si clerici aliquid de fructibus suis ecclesie velud pro expensa sua contulerunt, non se preferant inani iactancia illis quos nichil habentes pascit et vescit ecclesia, quia*

15. *illud;* hic aliquod verba exciderunt. 16. Cod.: *superarrogantia.* 33. *auctoritate;* sequitur lacuna. *Prosperi* deest. Addidi e decretali *Si quis.*

3. Trialogus IV, XVIII, p. 309—310. Cf. Loserth Wyclif and Hus, p. 222. 31. Vide supra p. 115, 211. 34. Decr. sec. pars, causa I, q. II, cap. VIII.

Digitized by Google

profecto perfeccior est ille qui se rebus mundi exspoliat aut cum nichil habuerit nec habere desiderat quam ille qui ex multis que possidet ecclesie aliquid prestiterit eciamsi de eo quod prestitit forsitan iactat. Et patet ista sentencia ex prestancia boni spiritualis quod pauper ministrat super bona fortune que alius distribuit.

Bernard's praise of poverty.

Unde Bernhardus in sermone qui sic incipit *Super* P
bono nuntio sic loquitur: *Festinate igitur fieri pauperes spiritu et inopes rebus ut dominus sollicitus sit vestri. Huiusmodi enim paupertatis voluntarie, videlicet ex volun-*
tate necessarie, via secura et recta est, alioquin Christus non fuisset eam ingressus. Cetere vie etsi bone sunt plene | sunt tamen latronibus: Semita huius paupertatis 95[a]
quia ardua est et pauci per eam ascendunt insidias latronum ignorat. Non enim frequenter ponunt latrones insidias,
ubi frequens non est transitus viatorum. Dico vobis in veritate que Deus est, et experto credite quia hec via quanto arcior, quanto molestior videtur in ingressu, tanto lecior, tanto iocundior invenitur in progressu. Et loquitur iste sanctus indubie de gradu altissime paupertatis quam Christus servaverat nec unquam limitasset Trinitas Christo hanc viam pauperem tantum a mundana gloria, a voluptate et secularibus diviciis elongatam nisi fuisset accepcior et volentibus sequi Christum reccior et per consequens brevior atque securior. Et ex hoc evidet quod lex vie Christi est omniquaque prestancior. Est enim lex caritatis per se sufficiens sic quod vel fallor vel non est opus viatoris laudabile, quin posset plene ipsum exequi cum puro naturali dominio eciam perfeccius quam civili. Quod si suadetur omnis substancia operis caritativi viantis potest compleri cum puro naturali dominio, omne opus viatoris laudabile debet esse huiusmodi, ergo conclusio. Stat enim cum puro naturali dominio habere tantam temporalium et brachii secularis adia | cenciam et stat cum isto dominio ex tanto 96[a]
fervore caritatis et tam recta intencione facere opus vie, ergo stat cum illo puro dominio tam meritorium opus omniquaque perficere. Confirmatur ex hoc quod

1. Cod.: *perfeccio.* 8. Cod.: *bono necessario.* 9, 10. Cod.: *sit. Unde huius enim.* Correxi. 11. *necessarie;* cod.: *mane sive mane* 12. Cod.: *tam ingressus.* 16. Cod.: *viatoris.* 17. Cod.: *experta credulitate.* 18. Cod.: *arcior tanto.* 18. Cod.: *in* deest. 19. Cod.: *latior;* ib. *Et;* rectius: *Ecce.* 30. *suadetur;* ita cod.

7. Ep. CCCLXII, Migne I, 665.

Digitized by Google

opus meritorie repeticionis, opus meritorie occisionis et cuiuscunque meritorie castigacionis stat viatorem tam perfecte et perfeccius exequi cum puro naturali dominio (ut patet libro IV capitulo 14° et capitulo . . .) quam civili dominio, ut patet de Christo qui cum flagello de funiculis exagitavit bestias de templo (ut patet Joh. II). Potestas coactiva mixta cum maiori caritate et minori libidine dominandi est apcior ad subditos castigandum, ut patet de ducibus et prepositis . . . qui regunt reccius rempublicam quam iure hereditario civili vel periodico dominantes; ideo (ut dixi III° libro) non video quomodo non superfluerent iura civilia nisi propter theologorum desidiam qui torpent exequi practicam iuris sui. Exhinc enim est ius civile necessarium; sed perfeccius foret totum compleri per ius evangelicum, potissime cum dominans civiliter deficit a gracia humilitatis, que detestatur securitatem in seculo, mundanam gloriam et primatum; illa autem non abdicant a se omnes civiles domini propter Christum.

CAPITULUM QUARTUMDECIMUM.

Evidence from English law that the clergy should not hold property.

96b Restat ulterius confirmare supradictam sen | tenciam de expropriacione bonorum clericis ex testimonio legis humane et primo ex testimonio legum Anglie. Nam quando rex vel dominus regni nostri concedit clerico sive collegio aliquod temporale pro sua periodo, hoc concedit Dei ecclesie et persone private in perpetuam elemosinam, orando pro rege et regno, pro fundatore et suis progenitoribus. Sed ista acquisicio non sufficit fundare in clericis civile dominium; ergo cum non aliunde adquiritur eis civilitas dominandi, sequitur quod remanet in eis usus nudus vel usus civilis dominii sine civili dominio.

Maior patet ex hoc; aliter non foret elemosina opus misericordie, sed deficiente spiritu consilii non foret meritorium; dicitur enim elemosina ab *elemonia, misericordia*, et *sina, mandatum*, vel elemosina dicitur ab *Heli*

5. Cod.: *quantum;* ib. Cod.: *domino.* 9. *prepositis;* sequitur lacuna. 10. Cod.: *regunt cecius.* 17. Cod.: *qua detestatur securitate.* 24. Cod.: *regis nostri.* 36. Cod.: *mandatum misericordie.*

4. De Civili Dominio II, p. 166 seqq.

Digitized by Google

quod est Deus et *sina* mandatum quasi mandatum Dei. Et utrobique implicat quod secundum ordinem caritatis plus diligibile antepono, et per consequens in dictis in fine capituli VIII et XII oportet quod primo debet domino Jesu Christo, ungendo primo caput, secundo cor et tercio eius membra et per consequens quod debet clerico bona talia communicando ecclesie quam preponderat; aliter enim contra formam Constantini recitatam pro Christo capitulo . . . non daret temporalia clerico *profutura* nec foret elemosina sed peccatum. Et patet racionabilitas maioris.

The clergy have not civil possession since they may not alienate endowments.

Minor | autem probatur tripliciter, primo ex hoc quod 96c
precipua condicio civilis dominii est quod dominans suum dominium potest alienando vendere pro tempore necessitatis; quod non licet de tali elemosina, eo quod tunc iniuriaretur fundatori et suis progenitoribus; ergo non residet in illis clericis civile dominium. Similiter, ex forma illius concessionis, condonante tytulo elemosine ut oretur pro tali genere, manifeste videtur quod licet dirupta condicione elemosinam illam repetere; sed hoc non competit civili dominio, ergo conclusio. Non enim vendicari potest dominium huiusmodi ex titulo civilitatis nisi forma concessionis. Sed docto quod non perficitur ille finis ad quem elemosina data est sed evertendo fundatoris propositum (notetur undique) perit vis forme dandi, ergo et tytulus vendicandi. Si enim elemosina donata est michi solum ad hoc et ego perverto finem ad suum oppositum, quomodo utor lege donato meo? ut si prestetur michi equus solum ut infra triduum equitem Londoniam et econtra, ego autem in loco extraneo vexero equum illum per menses plurimos in quadriga, nonne abutor illegitime, scilicet in civili dominio, illo equo. Sed antecedens illius et declaracio racionabilitatis condicionis est in IV huius diffusius prosecuta.

Endowment was and remains incompatible with civil possession.

Similiter, donatum huiusmodi | fuit in principio fun- 96 B
dacionis pura elemosina et non desiit esse elemosina stante donato; ergo manet continue pura elemosina; ut forma dandi loquitur clerico sic et utendi, et tamen

2. Cod.: *quod* deest. 11. Cod.: *maior.* 19. Cod.: *quodlibet.* 26. Cod.: *vendiendi.* 30. Cod.: *London.* 31. Cod.: *vexo.* 32. Cod.: *abuto.*

8. Vide supra p. 215.

Digitized by Google

repugnat elemosinarium ex puro tytulo elemosine dominati super dominato suo civiliter, sequitur quod manet continue expers civilis dominii. Si enim pure ex titulo elemosine quis dominatur, tunc non plene secun-
5 dum leges humanas et sic non civiliter. Nam lex elemosine est pure lex evangelica, dicente Christo Luce XII, 33: *Vendite que possidetis et date elemosinam;* non enim docuit Christus hereditare pauperes civiliter sed relevare eos primo tytulo sue legis; ideo adoptans pu-
10 pillum in heredem civilem ex affeccione privata et non puro tytulo elemosine illud facit; quod tunc preferret communitatem et possessionem perfecciorem.

The true clergyman is incapable of civil possession,

Confirmacio autem magna illius est quod clericus sequax Christi et apostolorum non est capax talis
15 dominii, sed utilior foret sibi, dotatori et toti ecclesie quod haberet nudum usum cum tytulo gracie; et hoc debet fieri, et per consequens, cum omnis lex sit racionalis, sequitur quod non habet legittime fieri illius elemosina super civile dominium; patente autem maiori
20 principalis argumenti ex testimonio fundatorum, minor
97* videtur elemosina, cum non superest | ficcio, unde oriretur tytulus civilis dominii, quia nec ex nova empcione vel donacione a domino vel de occupante clerico nec ex novo spirituali merito, cum Christus non potuit sibi
25 mereri civile dominium, ymmo per idem omnis elemosinarius dignificando se ad donum meretur civile.

and to lay it on him is an undue burden.

Quod si dicatur donatorem transferre in clericum perpetuum civile dominium, patet quod illegitime onustat clericum, cum tunc non possit illud dominium resumi
30 in laycum, quia nec per clericum nec per dominum capitalem quod in processu temporis confunderet policiam.

Evidence from the civil law.

Secundo principaliter argumentatur ex parte iuris civilis, nam in Institutionibus *De Rerum Divisione*, *Nul-*
35 *lius* textus sic loquitur: *Nullius*, inquit, *sunt res sacre et religiose et sancte; quod enim divini iuris est, nullius in bonis est;* et sequitur que sunt sacra: *Sacra sunt que rite per pontifices Deo consecrata sunt veluti edes sacre et donaria que rite ad ministerium Dei dedicata*

1, 2. Cod.: *dominati.* 2. Cod.: *sue.* 9. Cod.: *adoptat.* 18. *fieri illius;* ita cod. 20. Cod.: *principaliter.* 34, 35. Cod.: *nullus.*

34. Inst. lib. II. titul. I. De rerum divisione et qualitate § 7. Incipit: *Nullius.*

Digitized by Google

sunt. Ex istis patet primo quod philosophi morales civiliter dominantes ex consensu regum et principum excluserunt bona clericorum que vocant *res sacras* a civili dominio, cum dicitur omne tale in nullius bonis est, loquendo indubie de possessione politica. Et videtur 5 michi secundum textum innui quod talia non sunt de- | dicata ecclesie, nisi que dotata sunt in tanta mensura 97b que promovet ad observanciam evangelice paupertatis. Et hoc intelligit pro utraque rite; et secundum grammaticos sonat recte. Ritus enim est consuetudo operis a 10 moribus contracta, ita quod ritus in re est, consuetudo in sermone, et virtus in mente, et dicitur a *ratus* vel *rectus*, quod a rege descendit. Ex quo videtur michi C tercio, quod res non sunt sacre quoad determinacionem donantis et donatorii super improvide dato clero; patet 15 ex descripcione rei sacre, cum dotacio talis obliqua non est rite dedicata nec trahitur (ut ostendi superius) a clerico sanctitate. Confirmatur ista sentencia ex illo Cant. IV, 4: *Sicut turris David collum tuum que edificata est cum propugnaculis; mille clipei pendent ex ea*, 20 *omnis armatura forcium*. Per collum intelligunt doctores communiter genus cleri, quia sicut collum continuat caput cum corpore ministrans ei rivaliter sensum et motum a capite, sic clerus debet in corpore Christi mistico Christo capiti proximo copulari et iufluenciam 25 quam ab ipsis recipit instar moncium in populum derivare, ut docet Augustinus super Joh. Omelia prima. Istud autem collum debet esse ratum firmitate morum ut turris, sicut docet | Augustinus Epistola XXII ad Letum 97a exponens illud Luce XIV: *Si quis homo volens turrim* 30 *edificare* (ut exposui 4° huius). Propugnacula sunt eminencie virtutum cum perseverancia; mille clipei sunt universitas defensionis fidei, que debet in clericis spiritualiter residere iuxta illud I. Petri III, 115 *parati semper ad satisfaccionem omni poscenti vos racionem de* 35 *ea que in vobis est fide*, ymmo ut breviter dicatur: Omnis virtus populi christiani que est armatura interioris hominis dependere debet causaliter a clericis et

The clergy are the neck by which the body is joined to its head, Christ.

5. Cod.: *loquens*. 7. *dotata (seu donata)*. 8. Cod.: *promovent*. 18. Cod.: *sanctitatem*. 20. Cod.: *eo*. 35. Cod.: *omnium*; ib. Cod.: *racionem* deest.

27. St. Augustini Opp. tom. III, 2, 291. 30. l. c. tom. II, p. 868.

Digitized by Google

consonat tota anathomia colli condicionibus clericorum. Sicut ergo foret monstruositas in homine quod collum in grossicie excedat caput vel humeros, sic longe monstruosius foret in corpore Christi mistico quod genus clericorum excedat in civili possessione Christum vel laycos. Sicut ergo collum habet tantum duas vias, scilicet ysophagum et trachiam arthoriam, quibus communicat cum medio extrinseco, unum ut sit via sibi cibi et aliud ut sit via aeris, sic secundum Apostolum I. Thim. VI, 8 regula clericorum est quod *habentes alimenta* quoad ysophagum que est nutrimenti *et tegumenta* quoad cannam pulmonis, ne ex defectu tegumenti deveniant 97[d] reumata indispositi cavere verbum Dei. | Quod si deridetur hoc argumentum a simili, dicendo quod ex tali sensu mistico possunt quotlibet argumenta et oppositum fabricari, profiteor si quis protestare sciret racione, scriptura, testimoniis sanctorum et decretis ecclesie vallare suam misticam sentenciam, sicut vallatur ista, inferre tam pertinenter ad sensum scripture, tunc argumentum ex sensu mistico verum concluderet; sed (si non fallor) sic non potest fulciri altera istarum racionum: *fecit Deus duo luminaria luminare maius ut preesset diei* etc. ergo papa dominatur super imperatorem civiliter: Apostoli confessi sunt in comitiva esse *duos gladios*, ergo quilibet successor Petri habet potestatem tam evangelice quam civiliter dominandi (de isto inferius).

D Tercio arguitur principaliter ad idem secundum iura ecclesie; nam in tercio Decretalium De Donacionibus capitulo secundo sic scribitur: *Fraternitatem tuam credimus non latere quod cum episcopus et quilibet prelatus ecclesiarum rerum sit procurator, non dominus, condicionem ecclesie meliorare potest, facere vero deteriorem non debet.* Super quo dicit Hostiensis: *Non ergo superbiat cornutus episcopus, quia non est dominus*, ut hic et XII, questione prima, capitulo *Nulli episcoporum* et questione II[a] *Casellas. Licet*, inquit, *in ecclesia sublimior* Evidence from the decretals.

3, 4. Cod.: *monstruosus.* 4. Cod.: *genus.* 8. Cod.: *sibi tibi.* 11. Cod.: *tegumenti.* 13. *cavere;* ita cod. 16. *protestare* in marg. ib. in marg.: *nota.* 29. Cod.: *fervitatem.* 35. Cod.: *si nulli* sic. 36. Cod.: *cassellas.* In sequentibus aliquot verba exciderunt Adde e distinccione XCV: *Episcopus in ecclesia et in consessu presbyterorum sublimior sedeat; in seqq.: intra domum vero collegam se presbyterorum esse cognoscat;* ib. Cod.: *in* decst.

21. Gen. I, 16. 24. Luc. XXII, 38. 33. De Hostiensi vita De Ecclesia, p. 518. 35. Decreti sec. pars, causa XII, q. I, cap. XXVII. 36. Decreti sec. pars, causa X, q. II, cap. I.

Digitized by Google

sedeat; in camera tamen se collegam cognoscere debet, XLV distinccione *Episcopus.* Et rogo | notemus leges 98ᵃ
quas dictus doctor allegat pro ista sentencia. Nam in fine prime questionis cause duodecime sic scribitur ex decreto synodi habite Rome per Eugenium papam: 5 *Nulli episcoporum liceat res mobiles aut inmobiles de subiectis plebibus aliisque piis locis in proprio usu habere, ne maiores enormiter locupletentur et minores tali facto pauperes inveniantur, contra agens auctoritate canonica coartatus existat.* 10

Si igitur res omnino non quasi proprie sed quasi communes habende sunt, cum de communi nullus dicat hoc meum est, nec de rebus ecclesie hec mea est potest aliquis dicere ne videatur non imitari caritatem illorum, in qua nulli aliquid erat proprium sed erant illis omnia communia. 15 Hec sancta synodus.

Ex quibus plane patet quod negat omnes clericos esse civiles proprietarie propter duo, primo ne status clericalis tanquam collum monstruosum enormiter cum temporalibus ingrossetur, et secundo ne communitas 20 pauperum quorum sunt hec temporalia defraudetur. Unde quia speciales clerici habent specialem proprietatem usus vel ministerii non civilis dominii in bonis sue custodie deputatis, ideo Gracianus hoc postmodum exponit; *hiis* inquit, *ita respondetur: sicut perfeccione* 25 *caritatis manente secundum di* | *screcionem ecclesiarum* 98ᵇ
distribucio fit ecclesiasticarum facultatum, dum aliis possessiones huius ecclesie ad dispensandum committuntur, ex quibus, licet res omnibus debent esse communes, primum tamen sibi et sue ecclesie servientibus necessaria 30 *subministret reliqua que supersunt fidelium usibus ministraturus. Ita et prebende ecclesiarum eadem caritate manente pie et religiose possunt distribui. Nec tunc rebus ecclesie ut propriis sed ut communibus utilitatibus deservituris ex hiis que sibi assignata sunt, primum neces-* 35 *sarium sibi percipiat sed que supra suas necessitates supersunt in communes usus ecclesie expendat.* Unde

1. Cod.: *sederat alius.* 25. Cod.: *perfecte.* 26. Cod.: *districcionem;* ib. Cod.: *ecclesiasticorum.* 28. Cod.: *dispensaciones huius.* 34, 35. Cod.: *deserviturus.* 36. Cod.: *participet.*

2. Rectius (ut supra) dist. XCV, cap X. 11. Gratianus ad decretalem *Nulli episcoporum.* 24. Gratianus ubi supra.

Digitized by Google

Augustinus ad Bonifacium episcopum XXXIII: *Si privatum possidemus ultra quod nobis sufficiat, non illa nostra sunt, sed quorum procuracionem quodammodo gerimus, non proprietatem nobis usurpacione dampnabili vendi-*
5 *camus.*

E Hec exposicio manifeste innuit, quod sicut in humano corpore quodlibet membrum ordinate sumit sibi de alimento quantum est necessarium et non ultra, illud quod est supra sustentacionem convertit in communem
10 utilitatem membrorum omnium (ut dicit Apostolus I^a Cor. XII), sic in corpore Christi mistico singula membra
98* debent ad necessitatem non ad do | minacionem de bonis ecclesie inpertiri. Unde III decretalium tytulo De Testatis capitulo *Quia nos* super verbo testamentum
15 dicit Bernhardus: *Clerici de rebus ecclesie nullum possunt facere testamentum, cum eorum proprietates non sunt sua, cum solum usum habeant, sed tantum victu et vestitu contenti esse debent* (XII, questione I^a, *Clericus*, X, questione II, *Episcopus*) et totum superfluum pauperibus
20 erogandum (XII, questione I^a, *Clericus*, capitulo ultimo). Iste leges canonice ex vita et doctrina Christi ac apostolorum sunt per doctores utriusque iuris elaborate, ut discantur, ut predicentur, ut practisentur; et eo debent diligencius doceri et servari quo sunt conclusiones scrip-
25 ture sacre et articuli fidei per quarum observanciam regeretur ecclesia lege Christi; non enim interdicitur clericis dominacio vel proprietas preter civilem, cum debent habere dominium naturale cum omnibus christianis et potestatem ad spiritualiter dominandum gladio
30 spiritus, et debent habere proprietatem ad usum et ministerium, non autem ad civiliter dominandum. Et istam distinccionem dominii proprietatis oportet notare ad reprimendum nostram superbiam, ne accipiamus unum pro reliquo; leges enim concedunt seculares

The community should be like the human body, where each member takes only what is needed for its sustenance.

1, 2. Cod.: *primatum*. 4. Cod.: *usurpacionem*. 8, 9. Cod.: *illum quod sustentacionem*. 14 and 16. Cod.: *testium*. 20. Et hic textus corruptus est, id quod ex duplici annotatione decretalis *Clericus* apparet.

1. Non est St. Augustini ad Bonifacium episcopum sed ad Bonifacium comitem ep. L. Cf. et Decr. sec. pars, causa XII, q. I, cap. XXVII. 14. Decretalis *Quia nos* (Decr. Gregorii IX, lib. III, tit. XXVI De Testamentis) non est Bernardi sed Alexandri papae III et non est eiusdem tenoris. 18. Decreti sec. pars, causa XII, q. I, cap. IV, *Clericus*. 19. Rectius (ut supra) dist. XCV, cap. X.

Digitized by Google

ecclesie esse dominos et negant hoc a clericis, ut | patet Luce XXII et I. Petri II; quod oportet intelligi 98[a]
de civili dominio, non evangelico, ut patet III huius II° capitulo. Similiter, causa prima, questione secunda ex dictis Prosperi de vita contemplativa, libro II, capitulo XII 5 sic scribitur: *Sacerdos, cui cura dispensacionis commissa est, non solum sine cupiditate sed eciam cum laude pietatis accipit a populo dispensanda et fideliter dispensat accepta, quia omnia sua aut parentibus reliquit aut pauperibus distribuit aut ecclesie rebus adiunxit et se in* 10 *numero pauperum paupertatis amore constituit, ut, unde pauperibus subministrat, inde et ipse tanquam pauper voluntarius vivat. Clerici quoque quos pauperes aut voluntas aut nativitas fecit, cum perfeccione virtutis vite necessaria sive in domibus suis, sive in congregacione* 15 *viventes accipiunt, quia ad ea accipienda non eos cupiditas ducit sed vivendi necessitas cogit. De talibus videtur dicere Apostolus* I. Cor.: *Qui in sacrario operantur que de sacrario sunt edunt, qui altario deserviunt cum altari participant. Qui nisi de contemptoribus facultatum sua-* 20 *rum vellet intelligi nunquam secutus adiungeret. Ita et Deus ordinavit hiis qui evangelium anuncciant de evangelio vivere.* | *De evangelio vivunt, qui nichil proprium* 99[a]
habere volunt nec habent nec aliquid concupiscunt. Nam sunt omnium communium possessores. Quid est aliud de 25 *evangelio vivere nisi laborantem inde ubi laboret necessaria vite percipere?*

A wealthy man becoming priest should relieve himself of his possessions.

Ex istis videtur quod omnes pure clerici debent esse F
pauperes evangelici in specie altissime paupertatis, quia debent renunciare omni proprietati civili pro suo per- 30 petuo. Si enim mundo dives fuerit clericus ante accepcionem officii clericatus, debet aliquo trium modorum totam civilitatem suam relinquere, ut docet regula Prosperi; et si pauper fuerit ab origine, debet multo evidencius in ingressu clericalis ordinis hanc pauper- 35 tatem evangelicam profiteri. Unde XII, questione prima,

9. Cod.: *relinquit.* 10. Cod.: *adiungit.* 13, 14. Cod.: *aut — aut* deest. 19. Cod.: *que.* 20. Cod.: *participantur quod.* 26. Cod.: *laborantem ut.* Correxi.

3. De Civili Dominio I, p. 8—16. 5. Cap. IX. 34. Ut supra De contemplativa vita lib. II, cap. IX, X et XI et decretalis exinde deprompta *Sacerdos.* 36. Est decretalis *Scimus* causa XII, q. I. cap. IX.

Digitized by Google

de rebus ecclesie Christi sic scribitur: *Clerici successores eorum sunt de quibus dicitur: Multitudinis credencium erat cor unum et anima una; necesse est ergo ut eorum consequantur vitam quorum ecclesiasticum gradum ad-*
5 *ministrant. Non enim alique proprietaria vendicabant sibi sed erant eis omnia communia.* Et loquitur universaliter de clerico, ut patet ex dictis XI capitulo huius V.

A man who accepts clerical office to gain wealth or power sins mortally.

Secundo videtur michi sequi quod quicunque clericus accipit religionem privatam, primatum, episcopatum vel
99[b] dignitatem | ecclesiasticam ut voluptuose vivat, ut habundet secundum fastum seculi vel civiliter dominetur, peccat mortaliter in ingressu et perseverat in peccato mortali continue, quamdiu istam intencionem servaverit, vel in proposito vel effectu. Patet ex hoc, quod *oculus*
15 talis vocati clerici *est nequam,* faciens ex testimonio Veritatis, quod sit scilicet *totum residuum corporis tenebrosum.* Unde beatus Bernhardus in sermone qui sic incipit *Super bono nuntio. Vos ipsi iudicate: Nonne miseri estis et insani qui ad religionem venturi delicias*
20 *carnis queritis? Venientibus quippe ad religionem non est consideranda carnis fragilitas ut ei delicate subserviatur sed impedimenta fervoris spiritus, ut sollicite fugiantur, quia,* ut paulo ante asserit, *quicunque in carne sunt, sive in habitu sive extra habitum religionis, si*
25 *verax est, ymmo quia verax est Apostolus Deo placere non possunt.* Et sequitur: *Si enim caro et sanguis, regnum Dei possidere non possunt, carnalibus profecto consolacionibus spirituales sociari inpossibile est.* Ex quo patet quod quicunque clerici vel claustrales veniunt |
99[a] ad ordinem clericatus, ut laucius et secularius vivant, contradicendo sibi, ipsi dampnabiliter retrocedunt; et quod timorem incuteret sic consumendo bona ecclesie aliena rapiunt ut predones; procuracionem, dicit glossa, quod prelati loco Domini habent, cum bene

16. Cod.: *residuum operis.* 18. Cod.: *bono necessario.* 28. Cod.: *saciari.* 29. Cod.: *venierunt* (sic). 33. Cod.: *sapiunt.*

2. Rectius (ut videtur) in decretali legitur: *Scimus vos non ignorare quia hactenus vita communis inter omnes christianos viguit, et maxime inter eos, qui in sortem Domini sunt electi . . . sicut in Actibus legitur apostolorum: multitudinis autem etc.* ut supra. Causa XII, q. I non habet aliquam aliam decretalem eiusdem tenoris vel similis. 16. Matth. VI, 23. 17. Bernardi Ep. CCCCLII (Migne I, 663). Vide supra.

Digitized by Google

ministrant, cum male ministrant loco predonis. Et habetur Digestis pro empcionibus lege *Si fundus et Si tutor*. Et rapina ista de tanto est gravior de quanto apostata qui debet ecclesie esse magis domesticus ex falsitate similata peccat gravius persona layca bona ecclesie depredante.

So do those who help and favour him.

Ex quo tercio correlarie sequitur quod parentes talis G clerici vel mundani omnia sibi querentes ad quascunque artes sive sciencias promoventes, prelati et procurantes seculares domini, ut ipse clericus taliter dominetur, peccant mortaliter ex consensu. Patet in canone; I, questione I sic scribitur: *Sunt quidam qui vel violencia vel favore non permittunt ecclesias regulariter ordinari; hos autem decernimus ut sacrilegos iudicandos.*

Ex quo iunctis duabus supposicionibus famosis patet conclusio, quarum prima est quod omnis plene consenciens peccato mortali peccat mortaliter; secunda quod omnis talis | dominacio pretensa in clerico repugnat 99[d] regulis sacrorum canonum quibus docetur quod omnes clerici debent esse exproprietarii habentes omnia in communi, ymmo cum omnis talis intencio ut clericus dominetur civiliter sapit peccatum mortale, manifestum videtur quod omnis talis consensus sapit peccatum mortale, licet effectus non sequatur.

The clergy should distribute church goods to all who have need.

Tercia lex canonica ad idem faciens est dictum Gregorii incorporatum XVI, questione VII, capitulo *Decimas*, ubi postquam probavit decimas a laicis solvendas presbiteris sic scribit: *Has decimas sub manu episcopi fore censemus, ut ille qui cunctis preest omnibus iuste distribuat nec cuiquam persone honorabilius exhibeat; unde alii scrupuloso corde moveantur, sed sint omnia communia, quia inhonestum videtur ut alii sacerdotes habeant, alii detrimentum paciantur, sed sicut una est fides catholica, ita necesse est ut ille qui provisor est loci, quamvis multe sint ecclesie, omnibus tamen fideliter distribuat.* Ista ergo fuit intencio fundatorum ecclesie, ut omnia eius bona sint cunctis communia; et ut exclusa

2. Recte: *De contrahenda emtione;* ib. *lege qui funderet.* 4. *qui debet;* cod.: *quidem.* 9. Cod.: *prolati.* 14. Cod.: *discernimus.* 19. Cod.: *sacrarum.* 26. Cod.: *questione VI.* 32. Cod.: *quia* deest. Addidi e decret. 35. Cod.: *sint necessaria omnibus.*

2. Digg. lib. XVIII, I, 6, 1. 11. Decr. sec. pars, causa I, q. I, cap. CXXV. 27. Decr. sec. pars, causa XVI, q. VII, cap. I.

Digitized by Google

proprietate distribucio fiat indigenti discrecius sine accepcione persone, ordinati sunt rectores in privatis |
100ª ecclesiis et super ipsos episcopi istis equis distribucionibus inter alia intendentes; et ad hoc sonant quotlibet
5 leges. Unde XII, questione I, capitur ex regula beati Augustini: *Non dicatis*, inquit, *aliquid proprium, sed sint vobis omnia communia.* Et infra, I questione, sub auctoritate Prosperi sic scribitur: *Expedit facultates ecclesie possideri et proprias perfeccionis amore contempni. Non*
10 *enim proprie sunt sed communes ecclesie facultates. Et ideo quisquis omnibus que habuerit dimissis aut venditis, fit rei sui contemptor, cum prepositus foret ecclesie omnium que habet ecclesia efficitur dispensator.* Unde Archidiaconus in Rosario, XII, questione I, *Episcopi* super isto
15 verbo *In Jure* sic scribit (ut probat hoc per leges multiplices).

The priesthood is an office of service, not of honour.

H Ex istis videtur michi (sicut dicit beatus Jeronimus) quod nomen clerici est nomen oneris et non nomen honoris vel commodi secularis; tenetur enim clericus
20 et specialiter superior in ecclesia renunciare seculo et omnibus pompis eius, de parco victu, vestitu et ornatu contentari et se et suis ac sollicite bona ecclesie indigentibus dispensare. Unde X, questione VI, capitulo *Decimas* sic scribit Gregorius: *Pervenit ad nos fama*
25 *sinistra quod quidam episcoporum non sacerdotibus proprie diocesis decimas atque christianorum oblaciones conferant*
100ᵇ *sed | pocius laycalibus, personis militum videlicet sive servitorum, vel (quod gravius est) consanguineis. Unde si quis episcopus amodo inventus fuerit huiusmodi divini*
30 *precepti transgressor, inter maximos hereticos et antichristos non minimus habeatur et, sicut Nicena synodus de symoniacis censuit, et qui dat episcopus et qui accipiunt ab eo layci, sive precepto sive beneficio, eterni incendii*

7. Cod.: *IV questione.* 9. Cod.: *et* deest; ib. Cod.: *affeccionis amoris.* 25. Cod.: *sinistra* deest; ib. Cod.: *quidam illorum.* 28. Cod.: *vel* deest. 31. Cod.: *non nisi minimus;* in marg.: *non;* ib. Cod.: *cena;* in marg.: *Ni (Nicena).*

5. Decr. sec. pars, causa XII, q. I, cap. XI e sermone tertio Augustini de communi vita cleriorum. 8. Causa XII, q. I, cap. XIII. 13. Archidiaconi Rosarium mihi ad manum non est. 24. Non X, q. VI, capitulo *Decimas* sed causa XVI, q. VII, cap. III *(Pervenit ad nos fama).* Est inter materias ad decimas pertinentes, unde error; ib. Gregorius VII papa in Concilio Lateranensi.

Digitized by Google

ignibus deputentur. Ecce quantum periculum est in communicacione bonorum ecclesie, non quasi proprie sed ut communes et domino oblate cum summo timore non in alios quam in prefatos usus sunt fidelibus dispensande. Et Stephanus papa (ut patet questione II eiusdem XII): *Qui,* inquit, *Christi pecunias et ecclesie aufert et fraudat et rapit, homicida in conspectu iudicis deputabitur.* Et post vocatur omnis talis sacrilegus; quod potissime capit veritatem de deputato ad ministerium bonorum ecclesie que non solum sunt clericorum sed ut plurimum pauperum laycorum. Unde XII questione I ex concilio Anthioceno sic scribitur: *Episcopus ecclesiasticarum rerum habeat potestatem ad dispensandum erga omnes qui indigent cum summa reverencia et timore Dei. Participet autem et ipse, quibus indiget tam in suis quam fratrum, qui ab eo | suscipiuntur necessariis usibus* 100c *profuturis, ita ut nulla qualibet occasione fraudentur iuxta sanctum Apostolum sic dicentem: Habentes victum et tegumentum hiis contenti simus. Quod si contentus hiis minimis fuerit, convertat autem res ecclesie in suos domesticos usus et eius commoda vel agrorum fructum non cum presbiterorum dyaconorumque consciencia pertractet; sed horum potestatem domesticis suis atque propinquis aut fratribus filiisque committat, ut per huiusmodi personas occulte res ledantur ecclesie, synodo provincie penas iste persolvat. Si autem et aliter accusetur episcopus aut presbiteri qui cum ipso sunt ea que pertinent ad ecclesiam vel ex agris vel ex alia qualibet ecclesiastica facultate sibimet usurpent, ita ut ex hoc pauperes affligantur criminacionibus vel blasphemiis tam sermo predicacionis quam hii qui dispensant taliter exponantur, et hoc oportet corrigi, sancta synodo id quod condecet approbante.*

Further proof from decretals that endowments are common to the whole church.

Et eadem sentencia patet ex consilio Martini episcopi, I et ponitur in decretis X, questione II, capitulo *Episcopus habeat,* ubi in fine capituli pro transgressoribus limitatur sub hac forma: *Si vero contra hanc prohibi-*

2. *proprie;* i. e. *oblacionet.* 9. Cod.: *et ministerium.* 12. Cod.: *consilia Antiocena.* 13, 14. Cod.: *erat omnis qui indiget.* 15. Cod.: *aut iste quibus.* 22. Cod.: *non tam.* 26, 27. Cod.: *et realiter ociositas episcopi aut.* 27. Cod.: *cum eo.* 30. Cod.: *comminacionibus.* 33. Cod.: *comprobante.*

6. Decreti sec. pars, q. II, cap. I. 11. Decreti sec. pars, causa XII, q. I, cap. XXIII. 35. Decreti sec. pars, causa X, q. II, cap. VII. Est annotatio Gratiani ad hanc decretalem.

Digitized by Google

cionem aliqua de rebus ccclesie episcopum vendere con-
100[a] *tigerit, et res ipsa ecclesie | restauranda et ipse gradu suo eiciendus discernitur.* Patet ergo ex dictis XII et XIII huius quod nec domini temporales nec clerici rite
5 volunt aut voluerint donare vel recipere clericaliter bona ad dotacionem ecclesie, nisi ut toti ecclesie forent communia; ymmo cum tam clerici quam layci, qui huius pars ecclesie, participare debeant istis bonis, non pocius deputarentur clerici quam laici ad eorum custodiam,
10 nisi quia ecclesia supposuit clericos in se ipsos parcius vivere et maiorem diligenciam ad servandum dicta bona tribuere. Et illud ostendit Canon. XII, questione I, ubi sic: *Precipimus ut in potestate sua res ecclesie episcopus habeat.* Et probatur racionabilitas huius precepti, per
15 hoc: Si, inquit, *anime hominum preciosiores illi sunt credite, multo magis oportet eum curam de pecuniis agere, ita ut potestate sua res ecclesie huius indigentibus omnia dispensentur per presbiteros et dyaconos et cum timore ac omni sollicitudine ministrentur.* Videtur igitur
20 quod stat quod dotacio illius eidem ecclesie in temporalibus perseveret cum hoc quod omnium temporalium eius ministracio preter necessaria vite clericorum deputetur laycis, supposito quod dicta bona melius per laycos quam per nostros clericos pauperibus ministren-
101[a] tur; patet | ex hoc quod ista sunt bona universalis ecclesie que plus habet de laycis quam de clericis; et toti illi ecclesie debent illa esse communia, et quod, isti parti vel isti deputetur eorum ministracio est solum per accidens. Quotlibet itaque sunt leges huiusmodi ex
30 scriptura sacra, sanctis doctoribus et racione invincibili derivata, que docent quod omnia bona cleri debent esse communia sine dotacione civili.

Our opponents cite the gloss of Johannes Monachus,

Sed contra istud arguitur sic iuxta decretum XII, questione I, *Episcopi: licet episcopis de rebus propriis*
35 *vel adquisitis vel quicquid de proprio habent amicis suis dare et heredibus suis relinquere.* Et ideo duabus legibus sequentibus docetur quod debet esse manifesta distinccio inter bona episcopi propria et bona ecclesie. Istud

2. Cod.: *ipsas ecclesie restaurandas.* 11. Cod.: *et* deest. 15. Cod.: *preciose.* 19. Cod.: *ac animi.* 29. Cod.: *Quodlibet.* 33, 34. Cod.: *X, q. I.* Correxi.

13. Cap. XXIV. 34. Cap. XIX. 37. Cap. XX, XXI.

Digitized by Google

dubium solvit Gracianus eadem questione cum verbo: *Notandum*, inquit, *episcopos orientales uxores habere et filios, quosdam autem ex nostris partibus cum in laycatu sive in minoribus ordinibus constituti habeant uxores et filios, sive morte uxorum interveniente, sive continencia* 5 *pari voto servata ad sacros ordines accedere: hiis omnibus conceditur habere propria ad suos et suorum usus.* Et aliis clericis non licet, sed quia non civilis proprietas sed proprietas usus limitatur solum istis tribus generibus sacerdotum; ideo glossa Johannis dicit *Gracianum male* | 10 *solvere. Hodie*, inquit, *clerici possunt habere propria et* 101[b] *si qui talium contrarium dicunt, vel locuntur de consilio, vel secundum tempus primitive ecclesie vel de hiis qui tacite vel expresse renunciant propriis.*

but this doctor is in gross error,

Unde ad illud in epistola beati Clementis: *Obedire* K *precipimus doctrinis apostolorum* dicit glossa: *id est monemus;* sed si hodie preciperet, deformaret statum universalis ecclesie. Et inter omnia dicta que audivi de aliquo doctore est illud dictum magis erroneum, cum hoc preceptum observatum conformaret ecclesiam vite 20 Christi et apostolorum; quod non foret deformitas sed morum formositas. Ideo absit theologum credere istam sentenciam sanctorum theologorum, qui a Christo didicerunt statum ecclesie. Unde licet iste fuit magnus doctor in propriis, in theologia non est credendum 25

and any how he has authority only so far as he founds his teaching in Scripture.

sibi, nisi de quanto se fundaverit in scriptura, ymmo, sicut allegavi super verbo *audivit*, sic dicit Archidiaconus: *Cuicunque licet magno doctori non habeo credere nisi suum dictum probetur per autenticam scripturam.* Sed notum est ex fide ecclesie quod nulla racionabilis 30 scriptura docet quod preceptum omnibus Christi clericis *habere omnia in communi* deformaret statum universalis vel particularis ecclesie, cum ecclesiam apostolicam fecit formosam; ideo credendum | est glosse Augustini 101[c] in hac parte quod *reservantes sibi proprietatem civilem* 35

3. Cod.: *partibus* deest; ib. Cod.: *laicali.* 10. *sacerdotum;* adde: *habere licet.* 11, 12. Cod.: *et si que talia contrarium.* 17. Cod.: *preciperetur.* 20. Cod.: *confortaret.* 22, 23. Hic aliquot verba excideruntur; *istam sentencium;* adde: *contrariam sentencie sanctorum* . . . . 25. Sensus obscurus. 26. Cod.: *in scriptura* deest. 27. Cod.: *dicitur.* 27, 28. *Achid* = *Archidiaconus.* 34. Cod.: *glossa.*

1. Gratianus ad cap. XXIV *Praecipimus* § 1. 10. Johannes Monachus, cf. De Ecclesia 419. 11. Hodie, Johannes Monachus died 1313.

Digitized by Google

non sunt pure clerici, cum dimidium clericatus illis deficiat (ut patet XI capitulo huius 2[1]). Unde Augustinus in regula communi omnibus clericis exponens illud I. Cor. XIII, 5: *Caritas non querit que sua sunt. Hoc,* 5 inquit, *sic intelligitur, quia communia propriis, non propria communibus anteponit. Et ideo quanto amplius rem communem quam propriam curaveritis, tanto res amplius vos profecisse noveritis.* Ex quo dicto manifeste sequitur, cum omnis clericus omnia propria potest habere ex- 10 cellencius in communi quam proprietarie, quod, remanendo civilis proprietarius et quocunque, de tanto deficit ab excellencia caritatis; nec implicat dictum Graciani quod *episcopi habentes preter bona ecclesie propria ad uxores et filios et servos dominentur propriis illis civi-* 15 *liter, sed quod sint eis appropriata ad tale ministerium;* licet communia bona ecclesie membris ecclesie distribuenda quod consonat legi Christi. Et sic intelligi possunt verba Johannis, quicquid senserit, et ita, si diligenter inspicimus, nec dicta Graciani nec dicta 20 Johannis glosantis implicant quod licet clericos esse civiles proprietarios sed quod licet eis habere bona 101[a] quedam ministerio privato ad distribuendum | egentibus membris ecclesie. Sed nunquam potest fundari quod aliquis pure clericus simpliciter de sorte Christi summe 25 exproprietarii cum hoc dominetur civiliter, cum secundum Augustinum, Jeronimum et Bernhardum sit oppositum in adiecto; ut sic enim non est clericus, ideo ista obieccio in nullo militat contra conclusionem in principio capituli huius positam.

Even John's words will bear an orthodox meaning.

L. Sed movet quomodo corvi ypocrite exeuntes ab archa ecclesie regrediuntur ad seculum sub specie sanctitatis. Contingit enim vocatum clericum dominari pretense civiliter ex duplici tytulo bypartito: vel sic quod ex hereditate aut laboricio habuit civilitatem ante

Plea that the priest may possess what was his before ordination.

7. Cod.: *propria vestra.* 8. Cod.: *vos* deest; ib. Cod.: *proficere.* 13, 14. Rectius: *ad uxorum et filiorum et servorum usus.* 20. *Johannis* (i. e. Monachi vide supra); cod.: *Ja;* ib. Cod.: *implicat.* 29. Cod.: *principio enim capituli.* 30. Cod.: *existentes ab.* 34. Cod.: *civitatem.*

2. St. Augustini Opp. tom. II, 786 in Epistola ad Sanctimoniales. Cf. et Augustini Regulae clericis traditae fragmentum; Opp. tom. I, 789 et App. I, 39. 12. Gratianus ad decretalem *Praecipimus*, cap. XXIV, q. I, causae XII. 30. Corvi exeuntes cf. De Civili Dominio II, 1. Corvus, i. e. socius de ordine St. Benedicti.

Digitized by Google

ordinem clericatus, adveniat sibi hereditarie vel ex impetracione de donis ecclesie aut de privato officio civile dominium. Si primo modo, tunc debuit in accepcione illius ordinis omnem civilitatem relinquere, ex quo debet cognoscere de sibi utilibus habere omnia in com- 5 muni. Aliter enim non est proprie clericus pocius quam Zacheus, ut patet per beatum Clementem, Augustinum, Prosperum et Jeronimum, si autem placet sibi habere civiliter hoc proprium, tunc illicitum est, secundum talem duplicitatem reaccipere bonum ecclesie, dicente 10 Hostiensi super I Decretalium De Rescriptis que prius obieci, ubi: *si tamen queris utrum tales habentes patrimonium licite utuntur tytulo seu* | *beneficio sibi gratis* 102ª *concesso, dico quod sic*, dummodo honeste vivant, nec pravam intencionem *ditandi parentes habeant cum opere* 15 *subsecuto et dummodo servicium ecclesie faciant; quod si servicium non faciant vel in malos usus expendant pena suos teneat auctores: quia ipsorum vicia non palpabo. Si non credunt michi credant Jeronimo dicenti: Quia qui bonis parentum sustentari possunt et opibus, si quod* 20 *pauperum clericorum esse debet accipiunt, sacrilegium incurrunt* et *per abusionem talium iudicium sibi manducant et bibunt*. Et ponitur in decretis I questione II sub auctoritate Jeronimi epistola XXII ad Damasum papam. Tales clerici debent communicare bona privata egenis, 25 abdicando civilitatem, cum hoc requiritur ad honestatem clericorum. Unde eadem questione sub auctoritate Prosperi sic scribitur: *Pastor ecclesie eis quibus sua sufficiunt, non debet aliquid erogare, quo niam nichil aliud sit habentibus dare quam perdere. Nec illi qui sua possidentes sibi* 30 *dari aliquid volunt sine grandi suo peccato unde pauper victurus erat accipiunt. De clericis quidem Spiritus Sanctus dicit: peccata populi mei comedunt. Sed sicut clerici nichil habentes proprium non peccata sed alimenta quibus indigere videntur accipiunt, ita possessores non* | *alimenta* 102ᵇ *quibus habundant sed aliena peccata suscipiunt*. Et Jero-

1. *clericatus;* adde: *et*. 11. et seqq. in textu plane corrupta sunt. Correxi e Summa Hostiensis: De Rescriptis et eorum interpretationibus. 12. Cod.: *si cum quod clerici habentes*. 14. Cod.: *dico quod sic* deest. 15. Cod.: *nec pronam*. 16. Cod.: *et* deest. 18. Cod.: *quia verum*. 19, 20. Cod.: *Qui in bonus; quia* deest. 20. Cod.: *operibus*. 22. Cod.: *abusionem pauperum*. 29. Cod.: *debetur;* ib. Cod.: *fit*. 32. Cod.: *clericis quibus*.

23. Decr. sec. pars, causa I, q. II, cap. VI. 28. cap. VII.

Digitized by Google

nimus Epistola XXXIV ad Nepocianum: *Episcopi et sacerdotes se sciant non esse dominos;* quod probat ex hoc quod I. Petri V, 2 precipit sacerdotibus: *Pascite qui in vobis est gregem Domini non dominantes in clero.* 5 Et infra sic dicit Jeronimus: *Procuratores ac dispensatores domorum alienarum atque villarum, quomodo possunt esse clerici, qui proprias iubentur contempnere facultates; ab amico rapere furtum est, ecclesiam fraudare sacrilegum est, aliquid erogandorum pauperibus subtra-* 10 *here omnium predonum crudelitatem superat. Ipse est optimus dispensator qui nichil sibi reservat.*

M Ex istis patet quod non licet clericis ambulare duabus viis secundum quarum unam sunt civiles domini et secundum aliam pauperes evangelici, cum oportet 15 eos ut sic non esse dominos sed ob amorem Christi, cuius sorti se obligant, iubentur contempnere proprias facultates. Patet secundo quod predacio sacerdotum est ceteris periculosior, et tercio quod status securior est hominem relinquere omnia propter Christum. Quotlibet 20 sunt talia dicta doctorum qui idem sentenciant.

The clergy cannot tread both roads civil and evangelical.

Et patet de racione. Nam cum omnia bona ecclesie sunt bona pauperum, patet quod quicunque ultra 102c necessitatem | consumit bona ecclesie iniuriatur pauperibus. Notandum tamen quod stat clericum habere secu- 25 laria dominia que prius habuit proprietarie atque civiliter post clericatum nudo tytulo gracie tanquam bona communia distribuenda egenis ecclesie, sicut fecerunt beatus Antonius et multi alii sancti; tales dant in principio clericatus bona sue ecclesie, renunciando 30 civilitati et reservando usum ac officium ministrandi pauperibus: quod potest fieri meritorie, licet eleccio inopie propter Christum foret perfeccior, ut patet III, questione II, *Si quis.* Et in hoc decepti sunt multi, putantes quod licet clericis dominari civiliter, eo quod 35 licet eis habere dominia civilia ad distribuendum pauperibus. Et ista est sentencia beati Jeronimi in epistola ad Damasum papam et ponitur in decretis XVI, questione 1a: *Quicquid,* inquit, *habent clerici pauperum est*

9. Hieronymus rectius: *quod pauperibus erogandum sit.* 26. Cod.: *quod nudo.*

1. St. Hieronymus ad Nepotianum De Vita Clericorum Opp. tom. I, 15. 5. ib. p. 19. 33. Rectius ut videtur Causa I, q. III, cap. II *Si quis dator vel acceptor . . .* 38. Rectius Decret. *Quoniam quidquid,* causa XVI, q. I, cap. LXVIII.

Digitized by Google

et domus illorum omnibus debent esse communes, suscepcioni peregrinorum et hospitum invigilare debent. Si enim se ipsos Christo offerunt, multo evidencius bona sua. In isto tamen fuco oportet ecclesiam relinquere intencionem, ministracionem, propriam indigenciam con- 5 sciencie occupantis, et ex talibus cauterisatis conscienciis fraudatur ecclesia. Si autem post officium | clericatus 102[a] quis cum bonis ecclesie que vel prius habuerat vel in clericatu collegerat, appropriat sibi civiliter quodcunque dominium, videtur michi quod nedum degradatur ab 10 ordine clericatus sed anathema ac sacrilegium incurrit.

The priest who makes property his own, alienates it from the Church.

Probatur sic: Omnia bona talis proprietarii pro tempore quo fuit clericus erant expropriata communia bona ecclesie. Sed de illis emendo dominia civilia facit ipsa esse propria a communione ecclesiastica aliena, ergo 15 ut sic alienat bona ecclesie. Sicut enim dotare ecclesiam est de bonis propriis facere ipsa esse ecclesie communia sic alienare bona ecclesie est ipsa ecclesie communia, facere privatim propria; et hinc dare quotlibet bona ecclesie egenis laycis, pauperibus et captivis, non est 20 alienare bona ecclesie, ut patet IV libro XIV capitulo. Talis ergo factus proprietarius ex dictis capitulo II huius ad quidditatem clerici decidit a nomine clericatus et propter alienacionem bonorum ecclesie excommunicacionem incurrit, ymmo percipiens aut emens 25 de bonis ecclesie incurrit anathema, quousque ecclesie bona restituet, ut patet XII questione II *Apostolicos.*

Monastic appropriations.

Ex quo videtur michi correlarie sequi quod qui per N collegium quodcunque possessionatorum dominando civiliter acquisierit sibi per se vel mediam personam de 30 bonis | ecclesie redditus vel proventus ut eis civiliter 103[a] dominetur ex alienacione bonorum ecclesie incurrit penam consimilem. De hoc inferius. Si autem clericus ex privato officio quesiverit pecuniam ut fiat civilis proprietarius, peccat dupliciter: primo in hoc quod obligatus 35 occupare se plene in ministerio clericatus assumit contra ordinem suum peregrinum officium, secundo in hoc quod bona que eo ipso sunt communia bona ecclesie,

2. Cod.: *et vigilare.* 4. Cod.: *Isto cum fuco.* 22. *factus;* cod.: *sanctos.* 27. Cod.: *Apostolos.* Correxi. 28. Cod.: *quod qui.*

2. De Civili Dominio II, cap. XIV, p. 166 seqq. 27. Cap. XIII.

Digitized by Google

non alicuius clerici, seculariter alienat; sicut enim privata collegia religiosorum habent omnia bona illis communia, sic universale collegium universitatis clericorum debet habere omnia bona ecclesie universali communia. In hoc enim debet clericorum caritas exsuperare caritatem civilium dominorum. Aliter enim secundum sanctos doctores non sunt pure clerici, ut affirmat Bernhardus in sermone de colloquio Symonis et Jesu capitulo IX: *Heu data est ipsa providencia clericorum in occasionem carnis, et qui sibi pariter et aliis in celo thabernacula eterna parare debuerant, in terra coniungunt domum ad domum et copulant agrum agro; quis rapuit ab ore apostolorum huius luminis verbum gracie, fiducie, verbum ecclesie: nos reliquimus omnia et secuti sumus te; ecce enim ut populus sic sacerdos; volunt similiter*
103b *divites fieri, ymmo et habundancius hic suam | preripiunt consolacionem; similiter amicis egent et ipsi ut aliena thabernacula recipiantur. Clericus,* inquit, *qui habet partem in terra non habet partem in celo.* Item, *quia clericus, si habuerit quippiam preter Deum, pars eius non est Deus, verbi gracia, si aurum, si argentum, si possessiones, si variam supellectilem, cum istis dominus pars eius fieri non dignatur.* Istis sanctis credendum est de nomine puri clerici, et Hostiensi clerico pocius quam Johanni, quia non video quin si stat clericum dominari civiliter, tunc stat ipsum esse civilem dominum ut militem, baronem, comitem, regem, uxoratum, bellatorem et quomodocunque licite vivit dominus secularis; non enim expressius prohibetur in scriptura vel lege, in sanctis doctoribus vel racione unus talis actus quam reliquis a clerico nisi forte expressius civilis dominacio propter maius periculum; nunquam credimus stat cum statu regni nostri et ordine clericatus quod primogenitus regis et primogenitus cuiuscunque domini secularis fiat sacerdos vel episcopus et mortuis parentibus omnes dominaciones civiles regni nostri transferantur ad ordinem clericatus; sic enim con-
103c *funduntur status et ordines, cum nemo dominatur | civiliter* nisi liceat sibi suum dominium regere plene secundum omnem speciem legis humane, dicto domino pertinente.

Bernard and Hostiensis rather to be followed than John.

The Kingdom might come under clerical domination.

1. *non;* cod.: *que.* 14. Cod.: *relinquimus.* 27. Cod.: *quocunque.* 30. Cod.: *unius.*

7. Hunc locum in operibus Divi Bernardi non inveni. 13. Matth. XIX, 27. 18. Sic et Ambrosius, De fuga saeculi, cap. II.

Digitized by Google

A cleric may hold his inherited property as a trust for the poor.

Si autem lex aliqua permittit clericum tytulo succes- O
sionis hereditarie occupare dominium est ex donacione
ad clericum et matrem ecclesiam et non ex tytulo civi-
litatis quod meritorie potest fieri, posito quod clericus
habendo fructus illius dominii fratribus in communi 5
caritatem distribuat et opus clerici prudenter perficiat,
residente civili domino per eum dominum capitalem,
ut si tales heredes collegialiter se congregent et tanquam
de bonis ecclesie inter se pauperem vitam vivant et de
remanente prudenter distribuant. Sic enim faciunt multi 10
clerici materialiter habentes civile dominium, manentes
pure clerici et vere pauperes.

Et sic intelligo ego Hostiensem et alios doctores,
quod licet cuicunque clerico seculari habere proprium,
hoc est, ad debite ministrandum, non autem ad civi- 15
liter dominandum. Et ne videar fingere istam sentenciam,
est Hostiensis ubi supra recitans sex opiniones in ista
materia: *Excusantes in peccatis scripserunt quod iura
allegata de consilio loquuntur quod utique crederem si iura
inducerent que non habent. Alii autem dicunt quod est pre-* 20
ceptum sed non intelligitur de hiis qui occasione divi | ciarum 103[d]
*patrimonialium superbiunt. Tercii quod locuntur de hiis
qui usurpant quartam decimarum pauperibus assignatam.
Quarti dicunt quod leges iste intelligunt, quando ecclesia
non sufficit in omnibus eius oneribus in quo casu debent* 25
*de suis pocius subvenire. Hugucius dicit, quod ad bene dis-
pensandum conceditur quando ius habet in beneficio, alias
contrarium est verum. Ego autem intelligo ut dixi.* Hec
Hostiensis. Et fundans de lege multiplici adiungit istam
racionem: *Ad hoc*, inquit, *ut litera impetrata ab ordi-* 30
*nato valeat, duo requiruntur, scilicet ut nullum habeat
beneficium ecclesiasticum et quod sit pauper, ergo si
pauper non est, quamvis nullum habeat beneficium eccle-
siasticum, succumbet, sed qui sufficiens habet patrimonium
pauper non est, ymmo dives et saltem a Deo a quo omnia* 35
*bona sunt beneficium habere intelligitur, quod et bene-
ficium ecclesiasticum censetur.* Isti autem racioni Hosti-

7. Cod.: *resitente* (sic); hic locus corruptus est. 8. *collegialiter;* cod.: *coll'et*. 18. Hostiensis: *Excusantes tamen excusationes.* 27. Cod.: *concedunt conservis;* ib. Cod.: *quando ius* deest. 27. Cod.: *in ius patet in alias.* In Hostiensi sic legitur: *Hug(ucius) dixit, quod ad bene dispensandum conceditur ar. XXX. di. Hoc scripsimus et XII, q. I Habebal. Hoc potest exaudiri, quando ius habet in beneficio, alias contrarium est, ut no. ss e. ver. et regule iuris.*

18. Hostiensis De Rescriptis ubi supra lib. I.

Digitized by Google

ensis superaddo et aliam: nunquam propter accidentale inperfectum adveniens essenciali perfeccioni tolli debet illud essenciale, sed renuncciacio proprietatis civilis est officio cleri essencialis; deputacio vero ad ministrandum temporalia ecclesie est accidenter adveniens et minus perfecta, ergo propter ius adventum tolli non debet com-
104ᵃ possibile prius | atque perfeccius; quod autem dicta renunciacio sit essencialis clericatui, per doctores patet superius allegatos: Clementem, Augustinum, Jeronimum et Bernhardum. Unde rogarem adversarios dicere racionem, quare tempore apostolorum usque ad dotacionem ecclesie censebantur solum illi clerici qui renunciarunt omni civili proprietati et tempore Augustini atque Jeronimi describebantur solum tales clerici, docendo quod proprietarii non sunt clerici. Et tercio tempore beati Bernhardi confirmabatur per eum eadem descripcio clericorum, ut patet ex dictis. Unde non
P staret hodie eadem sanctorum sentencia. Idem enim est dicere quod dispensatur cum clerico, ut cum hoc sit civilis proprietarius et dispensatur cum eo ut peccet et sit civilis clericus et non clericus; possimus enim vocare calidum frigidum sicut vocamus tyrannum regem et dominum, symoniacum sacerdotem atque episcopum. Sed omnia ista dicuntur equivoce, cum secundum sanctos sint nomina officii connotancia caritatem.

Renunciation is essential; the office of distribution only accidental.

Et patet quod non licet clerico propter civile dominium deserere statum altissime paupertatis. Quod autem licet clerico habere appropriate civile dominium, patet ex dictis . . . capitulo huius, et hoc quietaret quemlibet clericum modestum qui cogitat de Christo nobilissimo, ditissimo et tamen propter ipsum pauperrimo; genere
104ᵇ siquidem . . . secundum carnem assistente virtute in | humilitate ac paupertate fundata sunt communiter sacerdotes Christi devotissimi ac edificatores ecclesie utilissimi et si subvertantur ad condiciones oppositas, sunt aput Deum reprobissimi et ad subversionem ecclesie periculosissimi.

Tercia racio ad idem est talis: eo ipso quo christianus vovet vel profitetur statum aliquem, vovet vel obligat se explicite vel implicite ad omne consequens, et quod debet consequi ad eundem; sed ad omne sacerdocium christianum debet consequi castitas, evangelica pau-

The priestly profession binds to all that priesthood implies.

9, 10. Cod.: *Clementem, Augustino, Jeronymo et Bernhardo*
10. Cod.: *rogares.* 32. *siquidem;* hic verbum *(nobiles?)* excidit.
33. Cod.: *fundate.*

Digitized by Google

pertas et obediencia Christi consiliis, ergo omnis christianus assumendo statum sacerdotalem obligat se implicite vel explicite ad hec tria. Primum patet ex forma conferendi ordines et punicione sacerdotum pro lubricitate carnis, ymmo christianus tenetur servare casti- 5 moniam eciam coniugatus; et de paupertate que consistit in renunciacione seculi, patet per quotlibet leges et dicta sanctorum.

In return or priestly power a man must obey the counsels of the Chief-Priest.

Et quoad consilia evangelica patet quod omnis sacerdos cum deberet esse mediator inter Deum et populum, 10 potestatem supremam in terra habet conficiendi, absolvendi ac benedicendi, eciam tantum quantum ad ordinem pertinet, sicut papa vel quivis apostolus; quomodo non obediret secundum totam sufficienciam summi sacerdotis | consiliis? Revera qui ab istis deficit tanquam 104c ingratus sic vocanti eum ad statum proprii ordinis offendit in primum mandatum decalogi. Sicut ergo sacerdos mancipat omnia naturalia sua divino servicio, renunciando seculari laboricio, sic multo magis debet renunciare proprietati boni minimi et per consequens 20 civili dominio. Et post concordancia omnium istorum doctorum verum est (ut glossat Johannes) quod leges sanctorum loquentes de renunciacione clericorum intelligunt de consiliis; sed omne consilium abbatis nostri

All counsels of Christ are commands.

Christi debet esse cuicunque sacerdoti de suo conventu 25 preceptum. Locuntur eciam secundum statum primeve Q ecclesie; que debet nobis esse exemplum ad faciendum similiter et sic talia, ut hoc tacite vel expresse debent renunciare proprietati civili sicut proprietati secularis desiderii. Igitur hoc unicum verbum Johannis offenderet 30 pium theologum quod *lex clericorum de habendo omnia in communi deformaret statum universalis ecclesie*, et sic intelligi debent sine repugnancia sex opiniones quas recitat Hostiensis. Sicut enim confidens de provida dispensacione bonorum ecclesie potest recipere multa 35 ecclesiastica beneficia que omnia sunt unum beneficium, ut dictum est | superius capitulo ... de duabus tunicis, sic 104d potest clericus tenere patrimonium cum prebenda, sed caveat, quod bene dispenset, quia aliter occupat duo onera contra legem. Et sic intelligitur Hostiensis ubi 40 supra: *Si*, inquit, *abutens in beneficio, licet iura defi-*

11. Cod.: *inter conficiendi; habet* deest. 41. Cod.: *abutes;* ib. *in* deest.

Digitized by Google

ciant, propria tamen consciencia vel naturalis racio te convincet; nec licet tibi bene dispensare, nisi ius habeas, ymmo gravaris pocius quam iuveris. Ideo dicit quod complecio clericalis officii ostenditur *ex opere subsecuto.*
5 Ex istis colligo septem conclusiones que videntur michi probabiles, quia catholice et religioni christiane et ipsas servantibus nutricie, licet cum formidine hec proferam et cum protestacione retractandi sentenciam, si oportet.

Seven conclusions, 1. All bishops, priests and religious are bound to poverty.

Prima conclusio: Omnes episcopi christiani, sacer-
10 dotes simplices vel curati nec non et religiosi possessionati tenentur imitari Christum in specie altissime paupertatis et per consequens omnem dominacionem pro suo perpetuo abdicari; patet ex hoc quod omnes clerici facere sic tenentur, omnes predicti debent esse
15 clerici, ergo conclusio. Aliter enim peccarent, cum faciliter illud possunt eciam cum summis diviciis.

2. The Church would be safer without endowment.

Secunda: licet dotacio ecclesie clericorum per temporalia fuit licita et meritoria utrobique, tamen status
105* primarius quem Christus instituit | fuit securior, meri-
20 torior atque perfeccior; patet ex capitulo XIII huius quinti.

3. No endowment is lawful unless it is treated as a trust for the poor.

Tercia: nec domini temporales habent potestatem nec clerici ydoneitatem ad principiandum dotacionem cleri Christi in temporalibus, nisi ad fovendum ac defenden-
25 dum clerum in evangelica paupertate et ut procuret, conservet vel dispenset fideliter dicta temporalia pauperibus et egenis, quibus precipue per Christum et ecclesiam sunt collata. Patet ex principio huius XIV capituli et multis aliis sparsim ostensis. Omnes enim
30 clerici possessionati, ut sunt teneri procuratores pauperum et usum temporalium secundum parsymoniam in se servant, ideo (ut dixi superius) officium dotati clerici est nomen oneris non honoris.

4. Any clergy using endowments for the indulgence of them or theirs are worse than thieves.

R Quarta: Sive superiores clerici sive inferiores bona
35 ecclesie secundum fastum seculi, ventris ingluviem in se vel suis consumserint gravius peccant in alienando bona ecclesie quam in hoc facerent fures layci vel predones; patet tum quia in maiori ingratitudine et dissolucione maioris obligacionis spoliant matrem suam, tum
40 eciam quia in maiori gracia cadentes peccant multi-

6, 7. Cod.: *et religiones christiane ipsas servantibus nutriciem.*
21. *quintuplici* in cod. 24. Cod.: *ac* deest. 27. *per* Cod.: *post.*
36. Cod.: *consumserint in alienando bona ecclesie gravius.*

Digitized by Google

plicius et specialiter ypocrisi similata, ideo vocantur a doctoribus (ut patet isto capitulo) non solum *predones* vel *raptores* sed *heretici, sacrilegi et blasphemi.*

5. Endowment might be administered as well by laymen as by clergy.

Quinta conclusio: | Si per possibile bona ecclesie 105b
dedicata forent moraliter per laycos quam per clericos 5
distributa, foret ecclesie utilius atque legalius, quia Deo placencius quod oblata forent a clericis et limitata ministerio; patet ex hoc quod si aliquid fiat moraliter, melius tunc ipsum est et Deo placencius, cum approbacio beneplaciti et volicio Dei sit per se causa bonitatis 10
cuiuslibet creature; et cum in complecione voluntatis divine consistit ecclesie utilitas atque legalitas, ut patet Math. VI, 10; *Fiat voluntas tua, sicut in celo et in terra;* patet conclusio. Possibilitas autem assumpti ex tribus elicitur: primo suppono quod bona ecclesie dedicata 15
superioribus pauperibus distribuenda sunt bona fortune donata corpori Christi approbante episcopo; que bona tangere et distribuere cum non fuit sacramentum, potest laice persone competere. Tunc arguo sic: Clerus enim bene sed non summe distribuit ista bona, sed potest 20
remitti in distribuendo dicta bona usque ad non gradum; layci autem possunt incendi in distribuendo ipsa ex fervore caritatis, ergo possibile est quod layci meritorie distribuerent dicta bona que modo de facto clerus distribuit. 25

The clergy may be so corrupt that the church mainly consists of laymen.

Secundo confirmatur exemplo veteris testamenti, cum oportet secundum Joachim | proporcionale nobis con- 105c
tingere vel saltem proporcionabilitas illa est Deo possibilis; sicut ergo in veteri testamento deteriorata est synagoga ex supercilio phariseorum et avaricia sacer- 30
dotum, sic possibile est ecclesiam Christi concuti ex ypocrisi religiosorum et fastu pontificum. Sed patet respicienti ad Dei potenciam permissivam et cursum ecclesie et per consequens possibile est ecclesiam Christi pro morula viacionis preeminenter residere in laycis. 35

Example of Augustine.

Tercio confirmatur idem ex facto beati Augustini recitato proximo capitulo qui libenter voluit cessisse possessioni prediorum et redditiuum que layci sibi contulerant, vivendo cum suis pure de decimis, oblacionibus

5. *moraliter;* ita cod.; ib. *quam;* cod.: *quod.* 8. *ministerio;* adde: *civili;* ib. Cod.: *si* deest. 9. Cod.: *et* deest 14. Cod.: *et patet* 22. Cod.: *intendi.* 26. Cod.: *confirmatur ex hoc veteris testamenti tibi;* Cf. exemplum in IV. Reg. XXIV ubi destructum est regnum Judae. 31. Cod.: *cum sic.* 32. Cod.: *fastum pontificum.*

Digitized by Google

et elemosinis laycorum; sed verisimile est tam sanctum nec hoc voluisse nec ad hoc hortari laycos nisi utrobique fuisset licitum; ergo layci possunt ex auctoritate pontificis illud ministerium licenter recipere et pari evidencia, quia de una particulari ecclesia et de qualibet; sic enim limitatur distribucio bonorum ecclesie laycis devote tenentibus hospitalitatem et predia, ymmo decime ecclesie limitantur militibus ad defendendum ecclesiam; que ergo absoluta necessitas ut clerici tali custodia occupentur?

S Unde Hostiensis in Summa super tercio decretalium | 105[d] titulo *De Decimis*, capitulo *Consuevit*, sic obicit: Num. XVIII sic scribitur: *Nichil aliud possidebunt decimarum oblacione contenti et ibi in terra eorum nichil possidebitis nec habebitis partem inter eos, ego pars tua et hereditas tua in medio filiorum Israhel, nam secundum hoc contenti debent esse clerici decimis et aliis bonis spiritualibus, ergo aut debent relinquere temporalia, aut non debent exigere hec spiritualia.* Movet hunc doctorem sentencia quarti argumenti in capitulo XII huius quinti, ubi docetur quod sacerdotes Christi debent esse spiritualiores quam sacerdotes Levitici. Unde Hostiensis solvendo sic scribitur: *Ad quod respondeo: Verum est quod ex precepto divino non possunt petere nisi spiritualia tantum, sed non prohibentur quin ex largicione imperatorum vel ex donacione fidelium possunt ipsa habere et recipere.* Ecce fidelis sentencia huius cardinalis quod non pure ex lege Dei sed ex donacione elemosinaria dominorum secularium est quod ecclesia sic dotetur. Ideo notaret hoc, quo iure expetit hoc et quo fine.

Rulers may take away wealth from clergy who abuse it.

Ex istis videtur michi correlarie sequi sentencia quam dixi XXXVII capitulo tercii huius, quod *domini temporales possunt legitime auferre divicias a clerico abutente.* Nam populus potest licite auferre divicias a sancto 106[a] ipsis gravato, ut patet de beato Augustino; | ergo multo magis hoc possunt ab ecclesiastico abutente. Stat enim

13. Cod.: *scribit;* Recte: *ubi dicitur.* 16. Cod.: *ergo secundum.* 23, 24. Cod.: *Consilium est vel verum est.* 24. *verum;* cod.: *unum est;* ib. Cod.: *divino* deest. 26. Cod.: *imperatoris.* 30. Cod.: *docetur.*

11. Hostiensis, Summa lib. III De Decimis et Primiciis (Ed. Venet. 1498), fol. 231. 33. De Civili Dominio I, 265.

Digitized by Google

laycos servando caritatem et videndo periculum ac frenesim clericorum, ea intencione ut caveant periculum et edificetur ecclesia, temporalia eciam ab eis invitis eripere; hoc enim foret maior fervor caritatis quam capere a clericis illud rogantibus (ut patet II capitulo huius V). 5 Potest autem illud confirmari in exemplo racionabili, ut posito quod Petrus freneticus habeat gladium et velit maniace in ipsum irruere, Paulus autem assistens et videns nullum alium oportunius impedire, nonne ex lege caritatis auferret a Petro eciam invito gladium? 10 Non oportet expectare aliam auctoritatem quam Christus caput ecclesie Math. VII, 12 dedit cuilibet christiano: *Omnia quecunque vultis ut faciant vobis homines hec et facite illis.* Nec status dignitas impedit, quia talis furiosus est in valde malo et abiecto statu, et revera longe evi- 15 dencius auferret secularis dominus civile dominium a clerico spiritualiter furioso in casu quo ad hoc fuerit sufficiens et viderit nullum alium inpertinens hoc implere; manubrium enim civilis dominii et scindula potestatis coactive longe periculosiorem mortem minatur | 20 in furioso clerico vel abbate vel episcopo quam foret 106b mors corporalis frenetici, quia mors prelati anime extingueret spiritualiter tam se quam subditos, quod est infinitum gravius; supra quo culpa laycorum preclu- T dencium clericis temporalium necessaria ad suum offi- 25 cium foret stultissima, legi nature contraria et infidelitate deterior; stultissima quidem, quia ex commutacione huiusmodi reciperent laici bonum infinitum prestancius, ut docet Apostolus I. Cor. IX, et declaratur XLI capitulo tercii huius libri; foret eciam legi nature contraria, 30 quia iuxta dicta 12° capitulo huius quinti: *Omnia debent esse communia.* Est ergo contra legem nature, quod os pauperis evangelici obturetur. Ideo iniuriacio facta pauperibus ex iniusta detencione temporalium que eis sunt debita est peccatum contra naturam factum 35 *clamans ad Dominum* (ut patet . . .) et est tercio infidelitate deterior, eo quod de fideli facit infidelem, quia mortaliter peccantem in Deum et membrum matris

The offending clergy are like a madman with a sword; the handle civil lordship, the blade coercive power. It must be taken from them in pure kindness.

7. Cod.: *gladium;* secuntur verba ad rem haud pertinentia: *et secundum faciem ecclesie de sua iusta possessione.* 35. Cod.: *secundum.* 36. Cod.: *ut patet 175* (sic).

10. Hoc exemplo instar Johannis de Wyclif utitur et Johannes de Hussynecz. Cf. Loserth, Wyclif and Hus, p. 232. 29. De Civili Dominio I, 330.

Digitized by Google

sue dignissimum; quod tanquam patrem magis domesticum debet amare precipue iuxta illud Apostoli I. Thim. V, 8: *Si quis autem suorum et maxime domesticorum curam non habet, fidem negavit et est infideli*
5 *deterior;* ideo secundum Apostolum I. Cor. IX, 11: *Si*
106c *nos vobis spiritualia seminavimus,* | *magnum est si ex eorum providencia carnalia remetamus?*

Septima ergo tangens officium quod clericus debet subiectis suis rependere est ista: Quicunque clericus
10 habitualiter vel pertinaciter proprietarie abutitur bonis ecclesie, debet redargui tanquam hereticus; patet primo ex hoc quod *omnis talis habet realiter dogma falsum scripture sacre contrarium pertinacissime defensatum;* ideo iuxta dicta VII capitulo huius est realiter here-
15 ticus, periculosior quam verbalis. Est autem scriptum Luc. XIV de renunciacione et reliccione temporalium clericis contraria; cuius scripture sensus capi debet ex vita et doctrina apostolorum et suorum doctorum sequencium; quorum conversacio docet quod clerici omnes
20 debent exproprietarie vivere et ministrare dispensacione evangelica bona pauperum, si que habent. Unde Origenes in libro de Mendacio docet exemplo multiplici quomodo ex factis sanctorum colligimus quemadmodum oportet illa accipi quod facile in aliam partem dicere-
25 tur, nisi exemplo revocaretur. Notemus ergo scripturam sacram de expropriacione bonorum clerici et testimonia sanctorum doctorum et legum nec non cronicas sanctorum conversancium in primitiva ecclesia et diu post,
106d et colligere possumus, attendendo ad | versacioni cleri
30 hodie, si dogma eorum reale circa temporalia sit scriptura sacre contrarium et pertinaciter defensatum.

7. The clergy who misuse the goods of the Church are heretics in deed.

Secundo confirmatur eadem sentencia ex dicto Gregorii (ut posui in questione octava huius capituli) dicentis, quod *si episcopus inventus sit proprietarie expen-*
35 *dere bona ecclesie, tanquam divini precepti transgressor inter maximos hereticos et antichristus non minimus habeatur;* hodie quidem regnare videtur in clero tanquam pertinax obstinacio contra istam sentenciam, quod pauper ipsam promulgans nedum vocatur hereticus sed machi-

A bishop so acting is to be counted among the worst heretics and antichrist.

6. Cod.: *vobis* deest; ib. Cod.: *spiritualia laicis;* ib. Cod.: *seminamus modicum.* 34. Cod.: *si* deest. 36. Cod.: *Antichristos.*

12. Est definitio haeresis usitata apud scriptores medii aevi.

Digitized by Google

natur vulpina reticula, quomodo extingui poterit; abusus quoque temporalium defendunt vigilancius quam mandatum divinum vel leges proprias. Ad tantum enim invaluit iste error in clero quod hodie (si fas est dicere) sunt plures iam viantes et prelati ex parte evangelio et proprie legi opposita quam sunt ex parte Christi pro fide ecclesie defendenda, et (quod dolencius refero) nos theologi tam seculares quam religiosi tanta cecitate vel formidine servili percutimur, quod nedum non audemus pro causa Dei et fide ecclesie contra sacerdotes Baal nos ipsos exponere, sed parti adverse infideliter adiuncti invenimus excusaciones, machinamurque media palliata per que possimus in adversantes | inpingere. 107a

Our prelates like the Pharisees excommunicate those who exhort them faithfully.

Iam enim conspiraverant pharisei et sacerdotes cesaris, quod si quis confiteatur hanc legem Christi, extra synagogam fieret, in tantum quod *quidam cecus natus, a Christo ad intelligendum scripturas illuminatus, quia hortatur Judeos ut discipuli Christi velint fieri tanquam hereticus est proscriptus.*

They come under the judgment of those who do not provide for their own household.

Tercio confirmatur dicta sentencia ex dictis Apostoli I ad Thim. V, 8: *Si quis suorum et maxime domesticorum curam non habet fidem negavit et est infideli deterior.* Quod potissime caperet veritatem de nostris satrapis. Ipsi enim cum curam non habent ministrandi temporalia pauperibus sue parrochie, quomodo haberent curam ad seminandum illis doctrinam evangelicam verbo vel opere exemplari? Et ex cura quam animabus debent impendere, est eis ministerium temporalium ab ecclesia limitatum, ut (patet conclusione V huius capituli), ille ergo qui palliat sibi leges ad rapiendum temporalia de subiectis, quomodo foret sollicitus ad seminandem eis salubriter verbum vite? Nostri igitur pastores qui factis negant pastorum officium fidem negant; que negacio cum sit sceleracior quam verbalis, patet infidelitas ac heresis, in quam prius vocatus sacerdos Christi incidit. Est enim fides christiana, quod vicarius Christi debet precipue pascere oves suas | secundum formam scripture 107b sacre, non inducendo tradiciones sibi contrarias, ut patet Joh. ultimo: *Pasce oves;* ymmo generaliter qui-

6. Cod.: *quam scilicet.* 17—20. Haec verba ad Johannem de Wyclif referenda esse videntur. 26. Cod.: *quomodo non.* 29. Cod.: *ministerio.* 31. Cod.: *sapiendum.*

40. Joh. XXI, 17.

Digitized by Google

libet sacerdos Christi ex fide scripture sic debet pascere iuxta illud I. Petri V, 2: *Pascite qui in vobis est gregem Domini.* Sacerdos ergo qui factis pertinaciter facit opposita isti officio, est eo periculosius et realius hereticus quo gradus a quo cadit est alcior, dampnificacio populi ex defectu spiritualis ministerii est periculosior ut dispensacio spiritualis est corporali prestancior. Quibus notatis cum legibus de persequendis hereticis et lege de rectificando pacem populi in suis domesticis, ut docetur XVII capitulo quarti huius et dictis alibi, patet quod domini temporales non solum possunt sed tenentur auferre a talibus legitime convictis bona ecclesie, ne sua dotacio defraudetur.

Sed obicitur per textum Apostoli I. Cor. XI, 19 *oportet hereses esse* secundum opinionem veridicam necesse est Antichristum succedere, cum aliter secundum Apostolum II. Tessal. II, 2: *Non veniet dies iudicii,* ergo superfluit niti ad impediendum hoc tam necessarium, cum vanum sit niti ad statum inpossibilem peragendum.

We must not be discouraged because heresies arise.

Hic dicitur quod sicut necesse est dissensionem a lege Christi venire et demum auxilium exspiracione
107[a] supercilii sacerdotum, sic necesse est | fideles ad hoc preordinatos se exponere ad mitigandum maliciam membrorum dyaboli; cum ergo hoc sit in potestate cuiuslibet christiani propter premium infinitum perficere, patet quod omnis fidelis debet ad hoc specialiter modo suo intendere; per hoc enim distinguuntur membra Christi a membris dyaboli. Et sic non intendit qui ex Deo est verba diaboli que audit ut non veniat dissensio vel malicia Antichristi, sed ut quantum Deus voluerit mitigetur.

CAPITULUM QUINTUMDECIMUM.

Post hec restat venari vulpeculas quibus vulpina membra apri singularis de silva demoliuntur vineas florentis ecclesie; prima autem astucia dicit, quod licet

2. Cod.: *I. Petri primo.* 6. Cod.: *et* deest. 8. Cod.: *legibus et.* 11. *solum* in marg. alia manu. 19. Cod.: *inpossibile.* 25. Cod.: *diabolo.* 30. Cod.: *verba que dei audit.*

10. De Civili Dominio II, 233 seqq. 17. II. Thess. II, 2: *quasi instet dies Domini.* 35. Psalm. LXXIX, 18.

Digitized by Google

It is urged that civil possession is lawful to the clergy with imitations e. g. they may not fight.

clericis habere civile dominium exercendo quemlibet actum civilem et per consequens occupando se quantumlibet civiliter circa ipsum, quia iuxta dicta XI capitulo satis est ad excludendum dominacionem civilem quod non habeatur possessio plene secundum leges humanas; et ad tollendum istam plenitudinem sufficit quod non liceat clericis pro suis temporalibus pugnare vel quemcunque alium actum excludere, et per consequens quemlibet actum civilis dominii licet clerico exercere. Hic dicitur quod quilibet actus dominacionis civilis est clerico prohibitus, ut patet discurrendo per singulos. Est autem | 107[a]

Answer: The difference between civil and evangelical action is essential.

actus vel operacio civilis actus politici factus secundum leges humanas, actus autem evangelicus est actus quem facit christianus secundum leges Christi; finis autem primi est civilis proprietas et finis secundi est communicacio bonorum ecclesie, unde (sicut supra capitulo II declaravi) partes descripcionis actus civilis; post hoc enim quod subiectum eius est politicus, qui est civilis dominus, philosophus vel iudex distinguuntur a quocunque actu sacerdotis Christi. Et quia stat politicum facere multos actus evangelicos, cum sit christianus, sciens legem nature et legem evangelii, ideo ad distinguendum actus suos civiles ab aliis secundum leges humanas, intelligo illas ut supra; non enim est possibile actum civilem fieri nisi multe leges humane exemplent concurrentes in universali vel particulari; nec oportet si leges evangelice causent actus civiles remote quod sunt forme exemplares proximo dirigentes actus civiles; talem enim circumstanciam signat secundum . . . ut patet per philosophos. Et patet scienti distinguere inter iura civilia et evangelica quomodo actus illorum iurium distinguuntur; distinccionem autem illorum iurium innuit canon ex dictis beati Augustini XIV, questione V: *Neque*, ubi dicitur quod *licet quis ruri paterno vel iuste quesito* | *avarus incumbat*, 108[a] *ideo culpanda est iuris civilis regula qua possessor legitimus factus est*. Sed VII De Civitate Dei in fine vocat Augustinus *theologiam civilem* quam gentes sibi statuerant, ut extollant deos suos. Sic ergo actus civilis

17. Hic aliquot verba deesse videntur. 23. Cod.: *intelligendo*. 29. *secundum;* hic quaedam verba desunt. 34. *ruri*; cod.: *iuri*. 34, 35. Cod.: *avarus — civilis* deest. Addidi e decret. cap. IX.

33. Cap. IX. 36. Opp. tom. VII, p. 188, 189.

Digitized by Google

distinguitur penes subiectum, penes principium et penes finem, sic breviter quod, sicut quilibet actus moralis presupponit habitum virtutis a quo procedit, sic quilibet actus civilis presupponit dominacionem et potestatem civilem a qua procedit. Ex quo patet quod sicut Deus non potest exercere actus civiles nec homo in statu innocencie vel patrie, sic illicitum est cuicunque clerico actus huiusmodi exercere; patet ex incapacitate civilis dominii in omnibus hiis.

Distinction between evangelical ministration and civil giving.

B Unde notandum quod propter conformitatem operacionum et actuum evangelicorum et civilium plurimi ignorantes equivocacionem accipiunt unum pro reliquo, ut patet primo de dando, cuius equivocacio detecta est capitulo XXXV tercii libri. Est emendacio equivoca ad dacionem, ad ministracionem, ad auctoritatem; potest ergo homo ministrare alteri bona fortune tripliciter, vel tanquam nudus servitor civilis dominii vel tanquam civilis dominus, ministrans egeno secundum tytulum talem vel tercio ex titulo empcionis aut convencionis transferendo
108b in dotarium civile dominium sive dominatum, sit | res mobilis sive res intransferibilis, ut predia. Et talis dotacio subdividitur secundum modos civiliter dominandi. Unde ad distinguendum modum dandi clerici Christi a modo dandi politici vocat scriptura dacionem sacerdotis Christi *ministracionem, communicacionem* vel *dispensacionem,* dicente Apostolo I. Cor. IV, 1: *Sic nos existimet homo ut ministros Christi et dispensatores misteriorum Dei.* Et Gal. VI, 6: *Communicet is qui cathechizatur verbo eo qui se cathechizat in omnibus bonis.* Et I. Petri IV, 10: *Unus quilibet sicut accepit graciam in alterutrum illam administrantes, sicut boni dispensatores multiformis gracie Dei.* Et videtur michi (ut sepe dixi) quod ista sit religiosa locucio et competens sacerdoti, cum Apostolus dicat Rom. XV, 8: *Dico autem Jesum Christum ministrum fuisse circumcisionis* id est gentis Judaice circumcisi. Et Hebr. VIII, 6 dicit quod Christus *melius sortitus est ministerium* quam sacerdotes veteris testamenti; quam sentenciam Apostolus didicit ex magistro suo Matth. XX, 28 et Marc. X, 45 dicente quod *venit non*

1. Cod.: *et penes* after *distinguitur.* 10, 11. Cod.: *operacionem.* 13. Cod.: *dand eius.* 18. Cod.: *iale.* 27, 28. Cod.: *ministeriorum.*

14. De Civili Dominio I, 249. Of Grants in Perpetuity.

Digitized by Google

ministrari pro tempore sue viacionis, *sed ministrare.* Et indubie, si ad hoc venit, implevit illud plenarie, ut docet Luc. XXII, 27: *Ego*, inquit, *in medio vestrum sum sicut qui ministrat.* Ex istis colligitur quod maior honor, qui posset | consequi sacerdotem Christi pro tempore huius 108[e]
vie, foret vere vocari et ministrum esse Christi et sponse sue ecclesie. Patet ex hoc quod, de quanto viator post habuit ius nominis de tanto est honoracior aput Deum, ut Christus dicit Luce XXII et exponitur supra capitulo XI. Confirmatur ex hoc quod Num. XVIII, 1—2. 10
Deus, instruendo Aaron, sic eum alloquitur: *Tu autem et filii tui ministrabitis in thabernaculo testimonii.* Multo ergo magis nos sacerdotes in testimonio humilitatis et gracie, videndo regem nostrum et summum sacerdotem summo ministerio mancipatum, gaudenter assumeremus 15
nomen eius ministerii secundum vaticinium Ysaie LXI, 6 prophetantis de nobis: *Vos*, inquit, *filii sacerdotes Dei vocabimini; ministri Dei nostri, dicetur vobis.*

We should desire to be called servants

Ex istis sequitur correlarie quod nomen huius mini- C
sterii est a quolibet sacerdote Christi sine erubescencia 20
honorate, sollicite et effectualiter amplectendum. Nam Rom. I, 16 dicit Apostolus: *Non enim erubesco evangelium.* Et Rom. XI, 13 *Quamdiu apostolus sum gencium, ministerium meum honorificabo;* et II ad Thim. IV, 5 alloquitur suum discipulum et eo episcopum *ministerium* 25
nostrum. Sed in omnibus exhibeamus nos sicut Dei ministros, unde II. Cor. XI, 23, quando pseudoapostoli magnificabant se super Apostolum ex hoc ministerio,

but now a days our bishops claim titles of honor.

ita scribit: | *Ministri Christi sunt et ego*, supple, sum 108[d]
minister Christi et plus quam illi; hodie ergo, quando 30
facti sunt sacerdotes cesarii plus irreligiose quam in primitiva ecclesia, vocari volunt patres et sanctissimi et domini reverendissimi. Et illud peccatum luciferinum plus est timendum in pace ecclesie quam ypocrisis latens in persecucione ecclesie primitive, cum hoc sit 35
demonium meridianum. Sunt enim sacerdotes *domini evangelici*, ut patet per Augustinum epistola XLI et exponitur III huius capitulo, sed non *civiles domini.* Ideo

7. *post* (sic); cod.: *p'* an *pocius* seu *prius?* 16. Cod.: *Ysaie XVI.*
38. Cod.: *exponit.*

27. II. Cor. VI, 4 36. Psalm. XC, 6.

Digitized by Google

cum hodie sumus proni, audito de homine quod sit dominus, subintelligere de civili dominio, quod quia preponderancius est cordi propinquius, ideo religiosum esset, imitando scripturam perspectissimam et sub-
5 tilissimam, vocare clericos non dominos sed ministros. Unde dicitur quod monachi post dotacionem non vocaverunt se dominos, ymmo *per syncopam* solum domnos; nomen tamen ministri vel servi foret securius quo utuntur pape et fidem colligendo; ergo ad differenciam
10 dominacionis evangelice et civilis, patet quod in hoc primo differunt, quod omnis civilis dacio originatur a civili domino conferente; omnis autem dacio evangelica auctorisatur primo a Christo capite ecclesie sine dotacione civili auctorisante; et hinc (ut dictum est) civilis
109ᵃ dominus utitur pluraliter verbo dandi sed | humilis sacerdos Christi utitur verbo ministrandi. Secundo differunt in intencione secundo modo dandi, cum civiliter dans dat tanquam dominus dati sui querens ut plurimum laudes et grates mundanas ex merito dacionis; dans vero
20 evangelice recognoscit se nudum ministrum Christi habentem ut sic ministerium inferius quam membrum Christi cui ministratur, iuxta doctrinam I. Petri IV, 11: *Si quis loquitur, quasi sermones Dei, si quis ministrat, tanquam ex virtute quam administrat Deus ut in omnibus*
25 *honorificetur Deus per Jesum Christum.* Recolit enim quod quicquid habet ad distribuendum pro Christo est gracia Dei prestita ad indigenciam sui meriti; in qua principaliter ministerio cooperatur Deus tanquam serrarius movens serram; et sic condescendit conclusioni
30 Apostoli I. Cor. X, 31: *Omnia in gloriam Dei facite.* Et recognoscit istam conclusionem evangelicam quod non plus meretur ex tali dacione quam minister suus ad preceptum suum dispensans, nisi fuerit in gloria ampliori, ymmo quod egenus recipiendo ex paupertate
35 evangelica est magis laudabilis quam ipse ex occupacione bonorum Domini. Recognoscit enim conclusionem Augustini super Luc. Sermone XV quod *Deus fecit divites et pauperes propter se reciproce, quod dives plus indiget*

Evangelical giving is better descrited as ministration;

in which the minister claims no thanks or merit.

4. *perspectissimam;* cod.: *ppissimam* = *perpissimam.* 9. Cod.: *ad* deest. 24. Cod.: *in hominibus.* 26. Cod.: *ad* deest.

37. Cf. St. Augustini Serm. CXIII De vertis Ev. Lucae XVI.

Digitized by Google

paupere quam econtra. Iste conclusiones putantur | deliramenta a civili datario. 109[b]

The evangelical giver's one aim is the service of the Church.

Tercio dator evangelicus dat solum ad finem, ut servicium ecclesie ministretur. Et sic non dat ad civilem dominacionem, ad sustinendum fastum seculi vel ut remuneracionem secularem accipiat, econtra vero dator civilis; et sic differunt iste daciones in fundamento in forma et in fine. In fundamento, quia sicut civilis dacio habet in substancia civile dominium pro fundamento, sic dacio evangelica habet pro fundamento dominium naturale; primus dator dat tanquam dominus, sed alius ut minister; dator intendit civilitatem vel retribucionem secularem pro fine extrinseco, secundus vero pure profectum ecclesie secundum leges Christi et retribucionem celestem; et in extremis istarum racionum in clerico inficiunt nimirum suum ministerium. D

Ex istis colligitur quod totipliciter dicitur unum oppositorum quot et reliquum, quod sicut triplex est dacio pertinens proposito, sic et recepcio, scilicet celestis, evangelica et civilis. Celestis Luce VI, 38: *Mensuram bonam et confertam et coagitatam et superefluentem dabunt in sinum vestrum.* Evangelica, ut Luc. VI, 35: *Mutuum date nichil inde sperantes et erit merces vestra multa in celo.* Et civilis, ut Luce VI, 34: *Si mutuum dederitis hiis | a quibus speratis recipere, que merces stat vestra?* Stat enim civiles dominos dare evangelice et stat vocatos clericos tam *dare* quam *accipere* nuncupative civiliter licet false. 109[c]

So also in lending.

Correspondenter dicitur de secundo pari actuum civilis dominii, qui sunt *prestare* atque *repetere.* Clericus enim prestat fratri suo tanquam nudus minister Christi Dei, qui prestat nobis habunde omnia ad fruendum, ut dicit I ad Thim. VI, et non tanquam dominus boni prestiti; licet enim sit ex titulo gracie dominus boni quod prestat sed tanquam minister domini qui prestat omnia; et sicut Deus requirit a prestario racionem in die iudicii, sicut patet in parabola Salvatoris de talentis prestitis ad usuram, Math. XXV, sic minister Christi factus eadem persona cum sponso in patria repetit a suo prestario racionem, cum beati dicent sibi reciproce quicquid racionabile vel irracionabile gesserint hic in via. Sed civilis prestacio multum differt ab evangelica, cum

2. Cod.: *dotario.*

Digitized by Google

prima presupponit dominacionem civilem prestantis in prestito; secundo prestans sic quicquam a prestario exuit a se pro tempore ius utendi suo prestito. Et tercio reservat sibi potestatem repetendi prestitum secundum leges humanas ad suum usum civilem. Aliud
109[d] est de prestitore evangelico; ipse enim considerans
E quod Deus prestat nobis quitquam habuerimus (ut patet in oracionibus ecclesie et scriptura) considerat dominium Dei sui et tanquam servus eius ministrat bona dominii suo conservo, non tanquam habens in prestito proprietatem dominii sed humilis ministerii, quia proprietas dominii sapit in Deo excellenciam et presumpcionis peccatum in homine, dicente Augustino in De Verbis Domini, Sermone XXXIII: *Habere*, inquit, *villam, tenere, possidere, homines sibi in illa subdere, dominari delectat. Vicium malum, vicium primum. Primus homo dominari voluit qui dominum habere noluit. Quid est dominari nisi propria potestate gaudere?* Secundo prestans evangelice quitquam alteri non ex hinc excidit ab usu eius vel dominio. Nam propter spiritualitatem usus atque dominii naturalis caritative prestans quitquam alteri utitur spiritualiter prestito in prestario quantumlibet distante, eciam utilius communiter quam perante, sicut evangelicus dans elemosinam in tanto habet illam fertilius sine prodicione dominii quam prius habuit, cum dominium gracie compatitur plurimos super eodem simul equaliter dominari.

Lending supposes 1. civil ownership, 2. Temporary loss to the lenders, 3. Recall at some time of the loan.

Et tercio prestans quitquam evangelice ut non repetit ipsum in via, vel si repetit hoc facit ad utilitatem
110[a] patrimonii et precipue | matris ecclesie; non autem ut super prestito civiliter dominetur.

Et patet quomodo civilis repeticio differt ab ipsa; repeticio quidem civilis procedit ab habitu civilis dominii et est ut plurimum contenciosa secundum leges humanas ad finem ut repetens civiliter dominetur. Et patet quod leges evangelice vel canonice non docent homines pro iure vel pro officio suo modesti in foro competenti repetere, in tantum quod possibile est clericum ex desidia illius

Passages in the decretals allow suits for the recovery of loans.

5, 6. In cod. legitur perperam: *civilem suum dominium, totum prestarium de prestitore evangelico. Ipse* . . . Totus hic locus corruptus est. 7. Cod.: *preest nobis.* 13, 14. Cod.: *De virtute Domini.* 17. Cod.: *dominium.* 24. *tanto* (?); cod.: *cato.* 34. Cod.: *vel repetens.* 36. *modesti;* ita cod.

13. St. Augustini Opp. tom. V, 564.

Digitized by Google

repeticionis peccare mortaliter. Et sic intelligo omnes leges in contrarium allegandas; nam XV questione VI capitulo *Auctoritatem* legitur quod Nicolaus papa precipit episcopo Treverensi et eiusdem ecclesie filiis *ut spirituali simul et materiali gladio tam diu malignos illos possessionum et rerum ipsius ecclesie eorumque fautores insequantur quousque cum integritate possessiones et res illius ecclesie per alios occupate revocentur.* Et similiter ponitur in capitulo *Cum in canonibus. Iniquum,* inquit, *esse censemus ut pocius custodes cartarum quam defensores rerum creditarum ut preceptum est iudicentur.* Et Innocencius tercius huius decretalium De Judiciis capitulo *Deputati* decrevit quod *licitum sit fratribus milicie Templi super litigiosis negociis curam gerere* et inhibet auctoritate apostolica *ne quis repellat eos in prosecucione causarum.* Unde paulo ante | statuit quod 110b *principales persone non per advocatum sed per se ipsos factum proponant.* Aliter enim decretales summorum pontificum forent casse. Quotlibet tales leges et testimonia sanctorum sentenciant, quod licet clericis bona ecclesie repetere, eciam litigare circumstanciis ponderantibus observatis; dictum est enim in IV libro capi- F tulo XIV quod non licet vel layco litigare secundum leges humanas, nisi litigans observet primo undique regulas caritatis, secundo quod habeant secundum humanas leges iusticiam ad petitum, et tercio quod pars adversa tunc deficit a iure humano quoad dominium vendicati. Si ergo ista requiruntur in layco legitime placitante, videtur michi quod in legitima contencione clerici oportet tres alias condiciones superaddere: primo ut prosequatur secundum leges evangelii vel nature; sicut enim porci vel alie bestie iuvant naturaliter similes sibi in specie, sic multo evidencius de lege nature debet omnis homo posita sufficiencia et nota indigencia succurrere fratri suo. Sed et lex evangelii

but all such actions, even on the part of a layman must be carried on in accordance with charity and human justice; a stricter rule binds the clergy.

4. Cod.: *Treverenci.* 5, 6. *malignos illos*; cod.: *occupatrices et possessionum.* 8. Cod.: *revocentur* deest. 15. Cod.: *inhabitet*; ib. Cod.: *in* deest. 18. Cod.: *proponet.* 28. *legitime* in marg. al. man.

3. Decr. sec. pars, causa XV, q. VI, cap. II. 9. Capitulum supramemoratum in decr. non extat. 12. Recte capitulo *Quum deputati.* Decret. Gregor. IX, lib. II, tit. I, cap. XVI. 17. Paulo ante i. e. Decret. Greg. IX ubi supra cap. XIV. 22. De Civili Dominio II, 166—187.

Digitized by Google

Math. VII illud mandat, cum ergo clerici litigantes debent se proximo superiori suo submittere et in defectu illius pro Christo supra ipsum et sic usque ad ultimum;
110[c] et quilibet talis iudex clerici | habet sufficienter ex lege
5 evangelii ut iudicet fratrem suum, ut patet capitulo XLIV secundi huius; manifestum est quod clericus non debet prosequi pro suo iure nisi secundum legem evangelii vel nature. Quod si obicitur multos prepositos esse ignaros, cum legem non noverint et sic repetens pate-
10 retur iniuriam, habet consilium vel ministros qui illud faciant, cum lex consciencie sit per se in isto sufficiens. Modicum est ex indifferencia ponere clericum custodem bonorum ecclesie quod verisimile creditur ad hoc magis ydoneum; quod si repetenti iniuriatum est, paciencia
15 iniurie foret sibi magis meritum quam quantumlibet exacta persecucio secundum leges hominum; ideo debet obedienter se submittere iudicio sui ordinarii; et si bene circumspicit exoneratur ex alleviacione ministerii temporalis.

Every cleric who goes to law should be sure that he seeks not his own but the good of the Church.

20 Nec quelibet lex humana sine dubitante errore iudicat in talibus, quia ignorat quem Deus ad datum officium plus acceptat. Ideo clericus bona sua repetens duo debet attendere, quod non propter affecionem proprietarii dominandi, sed propter utilitatem matris ecclesie ac
25 consequenter cuiuslibet proximi prosequetur. Patet tripliciter: primo quia caritas non querit esse sic proprietaria ex proximo capitulo, secundo quia clericus non est capax talis dominii, et tercio quia tunc propter
110[d] bonum | privatum postponeret honorificenciam matris
30 ecclesie; et si illud notaremus, credo quod pauci nostrum tam impetuose contenderent, cum debemus cognoscere, quod natura clerici specialiter ministrantis temporalia est nomen abiectum inter clericos, nomen seculare
G oneris vel honoris. Examinemus ergo nos ipsos si in-
35 tencio sit rectificata et non propter affeccionem proprietatis prosequamur; et circumspiciamus tercio quod occasione illius intencionis non debemus offendiculum evangelio vel nostro ministerio nec scandalum proximo. Offendiculum damus evangelio, quando ex nostra avaricia

5. After *sium: ut;* cod.: *et.* 15. *quam;* cod.: *quoniam.* 35. Cod.: *sic rectificata.*

5. Rectius tercii huius = De Civili Dominio I, 394 seqq.

Digitized by Google

vel conversacione culpabili ab evangelio discordi facimus quod auditorium remissius ipsum credat; damus et offendiculum per nostra ministeria quando a predicacione vel disciplina evangelii, a cultu Dei vel ministerio cuiuslibet sacramenti sumus per huiusmodi placitum retardati.

Et patet quod in ista fallacia consequentis clerus deciditur: licet clerico cum istis paribus bona sua repetere, ergo quomodocunque libuerit; cum notaremus dictum Apostoli I. Cor. VIII, 9: *Videte ne forte hec licencia vestra offendiculum fiat infirmis.* Unde sequitur: *Quapropter si esca scandaliset fratrem meum, non manducabo carnem in eternum, ne fratrem meum scandalisem.*

The pope cannot dispense with the commands of Scripture.

Sed forte obicitur per glossam ordinariam super lege al | legata superius XV, questione VI *Auctoritatem*, ubi glossa dicit quod *licet papa non potest dispensare contra evangelium vel articulos fidei, dispensat tamen contra Apostolum.* Et allegat pro se leges multiplices. Et sic nunc non teneretur credere secundum Apostolum, sed dictum istud videtur michi periculosum, quia negando scripturam sacram et specialiter apostolum, in quo Christus locutus est, neganda foret fides catholica; quia iuxta Augustinum epistola IX ad Jeronimum quelibet scripture particula . . . Si enim dominus papa dispensat contra apostolum, cum non sit pertinens in quo dispensacio pape est sibi contraria nisi in scriptura apostoli quam nos vocamus *scripturam sacram*, sequitur quod dispensacio pape est scripture sacre contraria, et, cum illa dispensacio sit racionabilis atque vera, sequitur quod scriptura sibi contraria est irracionabilis atque falsa et per consequens contra fidem. Dico eciam quod glossator iste in hoc ostendit suam inherciam, quia legis contrarium scripture sacre ignoranciam; potissime qui- 111*

2. *auditorium* in marg.; in textu *adiutorium.* 3. Cod.: *per* deest. 7. *quod;* rectius: *quod si in ista.* 16. Cod.: *auctoritate.* 25. *particula;* sequentia verba desunt; adde: *credi debet.* 26. *pertinens;* ita cod.: *perspienum* (?) 32. Cod.: *et per* deest. 34. Cod.: *ignorancia.*

12. I. Cor. VIII, 13. 16. Vide supra pag. 270. Cf. glossam ordinariam ad hanc legem (Ven. 1595), p. 1013. 24. St. Augustini Epistola ad Hieronymum XL (al. IX, Opp. II, p. 84: *Si enim ad scripturas sanctas admissa fuerint velut officiosa mendacia, quid in eis remanebit autoritatis? . . . Non potest literis explicari quanta inexplicabilia mala consequantur.*

Digitized by Google

dem videtur dispensare contra Apostolum in supradicto textu Apostoli et dicto suo I. Cor. IX, 12 quod *non usus fuit potestate sua* accipiendo vite necessaria de avaris Corinthis, *ne daretur offendiculum evangelio* vel illis.

Example of St. Paul who did not take what he might have claimed as a right.

H Sed rogo que repugnancia quod Apostolus fecit tunc cum illis paribus hoc opus supererogacionis et modo
111b dominus papa racionabiliter precipit clericis | cum circumstanciis rectificantibus prosequi iura sua. Nam secundum Aristotelem *contradiccio non est nominis tantum sed rei et nominis, ymmo repugnancia est eiusdem secundum idem simpliciter et in eodem tempore.* Que omnia desunt in proposito iam dicto; illa non stant opposite in figura. Notaremus eciam dicta Augustini in De Mendacio capitulo XV, quod aliud est dare homini potestatem quod liceat sibi sic facere et aliud precipere sibi ut ita faciat. *Dictum est,* inquit, *apostolis, ut nichil secum portantes in viam de evangelio viverent in loco quod et ipse Dominus signavit. Cur hoc dixit, cum addidit: Dignus est enim operarius mercede sua, ubi satis ostendit permissum hoc esse non iussum, ne forte qui faceret ut in opere predicacionis verbi aliquid ab eis quibus predicaret in usus huius vite sumeret, illicitum aliquid se facere arbitretur. Posse tamen laudabilius non fieri in apostolo Paulo satis demonstratum est, qui cum diceret: Communicet autem is qui cathechisatur verbo, ei qui se cathechisat in omnibus bonis; et multis locis illud salubriter fieri ab eis quibus verbum predicatur ostenderet, sed tamen ego non sum usus hac potestate. Potestatem ergo dedit Dominus, cum ista diceret, non imperio constrinxit.* Iste sanctus doctor nescivit quicquam racionabile contrariari hiis dictis | vel factis Apostoli evan-
111c gelicis: ergo supportare inbecillitatem infirmorum, non accipiendo ab eis quicquam temporalium, est opus supererogacionis et extremum optimum; vivere vero de evangelio est sanctum medium virtuosum, exigere vero a subditis temporalia, non reinpendendo spiritualia

13. Cod.: *proposita.* 15. Cod.: *XVI;* correxi. 22. Cod.: *ubi aliquid.* 23. Cod.: *in usu.* 26. Cod.: *autem quis se cathechizat.* 29. Cod.: *Potestatem* deest. 32, 33. *evangelicis;* cod.: *evangelium (exxtu).* 33. Cod.: *suportandum.*

10. Cf. Aristoteles: *Περὶ ἑρμηνείας* (De Interpretatione) cap. VI et VII. 17. St. Augustini Opp. tom. XI, 437. 26. Gal. VI, 6. 29. I. Cor. IX, 12.

Digitized by Google

ministerium est pessimum dyabolicum, peius quam symoniace vendere sacramenta. Et tamen ex verbis inprudentibus ignorancium scripturas posset credi quod prepositus eo ipso peccaret graviter quo subditis temporalia remitteret, vel eos acute persequi pro ipsis omitteret, nesciens distinguere inter permissionem Dei et iussionem, nec inter posse licenter temporalia recipere et melius facere ministrando subditis illa abnuere; quandoque autem (licet in minori parte) foret salubrius temporalia evangelizantibus debita modeste repetere, quando scilicet prepositus ex labore spirituali est dignus ipsa repetere et ob amorem ac salutem detinencium nec non profectum ecclesie hoc repetit, postposita avaricia et consciencia similata; sed hoc raro vel nunquam evenit. Ideo notaremus quando Augustinus rogavit populum *retinere redditus collatos sue ecclesie* (ut patet capitulo XIII huius V libri). Notaremus eciam diligencius quando Apostolus II. Cor. XII, 13 quasi derisorie | sed 111[4]
verius yronice (ut magis inprimeret) ita scribit: *Quid est enim quod minus habuistis pre ceteris ecclesiis, nisi quod ego ipse non gravavi vos? Donate michi hanc iniuriam.* Illi ergo qui acucius pro notato iure ecclesie prosecuntur, minus aliis librant communiter equivalenciam laborum ut commutacio fiat iusta. Et tamen debemus secundum regulam qua per se dignificamur infinitum excellencius et valencius ministrare; aliter enim plus excidimus a iusticia, recipiendo quicquam a subditis, quam falsissime communicantes.

Some speak as if permission to receive temporal things were an order to enforce tribute.

A glosser tries to shew that the Decretals dispense with a command of Scripture.

Videtur ergo michi quod omnes christiani et specialiter theologi possent resistere glossatori dicenti quod *dominus papa vel alia creatura sic dispensat contra apostolum vel scripturam*, specialiter cum non fundatur ubi hoc factum est aut quomodo vel quo iure. Allegat autem pro se duplicem legem, quarum prima ponitur XXXIV, capitulo *Lector*, secunda LXXXII distinccione, *Presbyter;* quarum legum prima dicit quod *lector si viduam alterius uxorem duxerit, in lectoratu permaneat, aut si necessitas fuerit, subdiaconus fiat, nichil autem supra.* Nec video cui scripture apostolice hoc decretum

2. Cod.: *Et cum ex.* 5. Cod.: *remittere vel eis.* 6. Cod.: *nescientes.* 21. Cod.: *quod eo ipso.* 24. Cod.: *et cum debemus.* 26. Cod.: *et aliter.* 32. Cod.: *specialiter tamen.* 36. Cod.: *prima* deest. 37, 38. Cod.: *lectoratu aut permaneat si.*

34. Distinctio XXXIV, cap. XVIII. 35. Cap. V.

Digitized by Google

sompniaretur contradicere, nisi forte fuerit diccio Apostoli I. Thim. III, 2 et ad Titum I, 6, ubi dicit quod *oportet episcopum esse unius uxoris virum*, et idem dicit
112a I. Thim. III, 12 de diacono. Et revera hec | non sunt
5 contraria propter tria: primo quod Apostolus non specificat istam legem nisi ad episcopos atque diaconos; decretum autem licenciat quod *lector fiat subdyaconus* et non ultra; secundo quia decretum dicit quod *lector huiusmodi, si necessitas fuerit, fiat subdyaconus*, Apostolus
10 dicit quod oportet *virum;* quod notum est pueris non stare contrarie in figura; et ideo non solum quia condicionalis non implicat, sed quia subdyaconatus ordo est inferior; et tercio si Apostolus dixisset quod oportet quemlibet clericum de aliquo septem ordinum *esse*
15 *unius uxoris virum,* quod nos non habemus in nostris codicibus, adhuc non repugnat quod pro tempore apostolorum oportet vel est optimum sic fieri, et tamen post in processu ecclesie si necessitas fuerit licet cum clerico huiusmodi dispensare. Non enim est contrarium
20 sed consonum verbis Apostoli qui precipit I. Cor. XIV, 40 quod *omnia honeste et secundum ordinem fiant,* Innocentius autem dicit pro parte sua quod *non licet dispensare cum bigamis,* supple, quoad superiores, ut fundatur Extra, De Bigamis, capitulo *Nuper,* et distinc-
25 cione L *Si quis viduam.* Et patet infundabiliter inhercia dicti huius glossatoris quantum ad primam legem qua videtur similiter dominum papam dispensare contra Apostolum. Quantum ad secundam legem est idem |
112b iudicium. Nam distinccione LXXII sic scribitur: *Presbyter*
30 *si fornicacionem fecerit, secundum canones apostolorum debeat deponi, tamen iuxta auctoritatem beati Silvestri pape, si in vicio non perduravit, sed sua sponte confessus adiecit ut resurgeret, decem annis in hunc modum peniteat.* Et explicat modum, qui si foret hodie practi-
35 satus ad unguem, relinqueret paucos presbyteros. Sapit ergo ista ficticia multiplicem calumpniam, primo in hoc quod sicut non sunt contraria eundem esse prius

The decretals and Scripture are not really at variance.

So too with another case which he tries to make out.

2 et 4. Cod.: *II. Tim.* 4. Cod.: *Si revera.* 10. Cod.: *que notum.* 15. Cod.: *habuimus.* 22. *pro;* deest in cod. 27. Cod.: *an simpliciter.* 29. Cod.: *Presbyter* deest. 30. Cod.: *fecerit;* sequitur: *quicunque licet,* quae verba in decretali desunt. 31. Cod.: *cum iuxta.* 33, 34. Cod.: *annos in hunc mundum puniat.* 35. Cod.: *quia si.* 37. Cod.: *esse post.*

24. Decretal. Greg. IX, lib. I, tit. XXI, cap. IV. 25. Cap. VIII. 29. Cap. V.

Digitized by Google

bonum et post malum moraliter, sic non repugnat presbiterum fornicarium pro tempore apostolorum ut sic a presbiteratu excidere et tamen pro tempore beati Silvestri presbiterum consimilem subire novum modum pene; secundo detegitur huius contrarietatis ignorancia per hoc quod semper quando sacerdos committit fornicacionem deponitur a statu sacerdocii, ut patet XXXII, questione V, *Ad Deum*, et semper debet deponi quoad homines nisi causa racionabilis hoc excuset. Nec credo in scriptis apostolorum ut in litteris sanctis ecclesie quicquam invenire huius contrarium.

A pope may rightly order what his successor may rightly dispense with.

Tercio convincitur hec ignorancia glossans per deducens ad conveniens quod per idem quilibet papa succedens dispensando | ex causa racionabili cum illo quod tempore predecessoris sui fuit ex circumstanciis licitum et honestum, dispensat contra predecessorem suum atque ecclesiam, quod notum foret esse inconveniens, licet per locum a sufficienti similitudine inferatur. Redeundo ergo conceditur quod licet clericis bona sua repetere sed non nisi ab occupante bona huiusmodi abutente. Nam Deus non potest nisi tunc bona sua repetere, ut patet de expulsione primorum hominum a suo dominio, sicut declarat dominus Armachanus primo libro De Pauperie XXV capitulo. Si occupator bonorum clerici non iuste occupat hec, quomodo repeteret ea clericus tanquam bona ecclesie, cum ecclesia dominans ipsa habet? repetere enim est ab iniuste occupante sua querere. Et patet in parte quomodo hii duo actus congruunt sacerdoti.

Buying and selling imply each other; indeed are the same; since when I buy goods, I sell money.

Tercium par actuum civilium sunt *empcio* et *vendicio*, quos notum est ex scriptura equivoce posse intelligi; quandoque enim non sonat in actus civiles, sed in actus sapiencie sive prudencie pure secundum legem divinam, ut ostendit dominus Armachanus XXVIII capitulo primi libri De Pauperie Salvatoris; est enim *vendere* possessorem dare rem suam pro dato precio, et *emere* | est naturam racionalem recipere rem suam pro dato precio, et sic *empcio* et *vendicio* inferunt se mutuo dupliciter fundate in duplici redempcione et duplici dacione; unde *vendere* dicitur quasi

3. Cod.: *et cum pro.* 7, 8. Cod.: *ut patet II q. VII.* Correxi. 8. Cod.: *ad Deum* deest; ib. *debent exponi.* 39. *fundate;* cod.: *funte.*

7. Cap. VII. 24. Wyclif, De Dominio Divino p. 317. 33. De Dominio Divino p. 322 seqq.

Digitized by Google

venum id est redicioni dare, ut quando emo cibum pro pecunia vendo pecuniam quam alius emit, sic emo cibum quem alius vendit; emo cibum in quantum ipsum recipio pro precio et vendo pecuniam in quantum do ipsam pro precio. Sic ergo *Christus nos redemit*, ut dicitur Gal. III, 13, et precium scriptura limitat, cum Gal. I, 4 dicitur quod *dedit semetipsum pro peccatis nostris*. Unde I. Cor. VI, 20 dicitur: *Empti estis sed precioso sanguine quasi agni incontaminati.*

Yet in Christ's buying the human race there was no transference of possession.

Ex quibus scripturis propriis et subtilibus tam in loyca quam in methaphysica potest theologus attendere, primo quod propriissime empcio atque vendicio non dicit mutuam translacionem et abdicacionem venditi sive empti. Nam Deus pater vendidit Christo genus humanum quod ipse passione redemit, et tamen non Deus pater transtulit a se dominium humani generis, nec Deus filius ex acquisicione illa acquisivit super humanum genus dominium quod non prius habuit; adquisivit enim sibi in peculium secundum novum modum habendi, stante
113a plenissime antiquo dominio, | quia aliter superplenissime adquireret Deus ex nova donacione infinities replicata superflue infinita dona, ut deducit dominus Armachanus capitulo XXVII primi libri De Pauperie.

Different kinds of dominion; God in granting dominion does not lose it.

L. Et potest hoc capi faciliter noscendo quod Deus potest quotlibet modis habere idem dominabile, stante eodem dominio, sicut eciam homo potest. Non enim variatur dominium proporcionaliter ad variacionem dominabilis sive usus. Confirmatur ex hoc quod Deus, dando quicquid alteri non abdicat ut sic a se eius dominium sed habet multiplicius, communicando dominium suum, non alienando nec abdicando a se possessionem donati, quia hoc solum est verum dominium in proprio, civili dominio inperfecto. Et patet quod oportet omnem predestinatum emere a Deo regnum celorum sine commutacione precii. Et ideo dicit Christus Marc. X, 21: *Da pauperibus et habebis thesaurum in celo.* Quantumcunque enim christianus dat quicquam alteri in nomine Christi, tunc dat precium illud Christo, et Christus vendidit sibi premium tanquam mercator benignissimus;

1. Cod.: *venus*. Cf. De Dominio Divino, p. 319. 19. Cod.: *peculum*. 20. Cod.: *superplenissime* (sic) *duarum*. 21. *donacione*; cod.: *donante*. Hic locus corruptus esse videtur. 22. Cod.: *infinite*. 24. Cod.: *quo Deus*. 29. Cod.: *aliter*. 32. Cod.: *verum Dei*; Correxi *verum dominium*; alias sensus non adest. 33. Cod.: *et* deest. Addidi.

Digitized by Google

Christ is a generous dealer he sells even without price.

dans precium laboris cessione preciosissimum: valet enim Zacheo *dimidium omnium bonorum suorum*, Luce XIX, 8, valet vidue paupercule *duo minuta* Marc. XII, 42, valet alteri *calicem aque frigide*, ut patet Marc. IX, 40, et alteri archam cordis repletam *bona voluntate*. Unde | 5 Ysa. LV, 1 signanter et vere dicitur: *Venite et emite* 113[b] *absque argento et absque ulla commutacione vinum et lac.* Et istud declarat propheta inferius: *Inclinate*, inquit, *aurem vestram et venite ad me, audite et vivet anima vestra.* Ecce satis est emptori quod audiat et custodiat 10 verbum Dei. Ex dicto eciam prophete videtur ulterius quod mercimonium quod Deus proclamat venale in suis nundinis est vita eterna; que consistit in subtili visione succedente loco fidei tamquam *vinum* et indulti fruicione tanquam *lac* sacians loco spei, et cum nec Deus alienat 15 a se venditum nec emptor precium sed servatur iocunda commutacio utrobique, patet quod signanter dicitur sicientibus aquam sapiencie quod emant *absque ulla commutacione* vel abdicacione transferendo precia vendita sive empta. Et ista sunt eo plus predicabilia quo sunt 20 de virtute sermonis infringibilia.

Three kinds of buying: celestial, evangelical, civil.

Tertio patet ex dictis, quomodo triplex in genere est humana empcio atque vendicio, prima celestis secundum regulas sapiencie, secunda evangelica secundum regulas prudencie et tercia civilis secundum regulas legis humane. 25 Per primam emuntur spiritualia eterna propter caduca temporalia; de qua dicitur | Apoc. III, 18: *Suadeo tibi emere* 113[c] *aurum ignitum et probatum, ut locuples fias.* De secunda dicitur Joh. IV, 8: *Discipuli eius abierant in civitatem, ut cibos emerent.* Et de tercia dicitur Genes. XLVII, 19: 30 *Eme nos in servitutem regiam et prebe semina.* Nam quodlibet civiliter dominabile potest indifferenter esse precium in ista commutacione civili et non solum es, ut patet 63 racione, experiencia et scriptura. Fuit autem contractus talis civilis, antequam moneta fuerit adinventa, ut 35 patet V Ethic. de iusticia commutativa. Et hinc secundum M Augustinum primo *De Libero Arbitrio*, XV capitulo,

19. Cod.: *vel* deest. 20. Cod.: *que sunt.* 27. Cod.: *eme.* 37. Cod.: *XXV cap.* Cf. St. Augustini Opp. tom. I, 583, ubi sic habetur: *Ad extremum pecunia, quo uno nomine continentur omnia, quorum iure domini sumus* . . . .

8. Isaiae LV, 3. 36. Aristoteles, Eth. Nic. lib. V, cap. V: *ἐφ' ὃ τὸ νόμισμ' ἐλήλυθε* . . .

Digitized by Google

omnis talis possessio vocatur pecunia, quia olim stetit possessio patrum in pecudibus a quibus pecunia trahit nomen, duo autem posteriores contractus in tribus differunt, primo in hoc quod emens civiliter acquirit sibi ut sic super empto dominacionem civilem vel civile ius utendi, ut patet de domino et servo politico emente quicquam civiliter, sive civiliter substanciam rei, sive eius usum sive quicquam aliud; illud super quo cadit civilis empcio subicitur iuri dominacionis vel iuri utendi ementis, et econtra vendens civiliter exuit se ut sic a iure utendi vel dominandi rei vendite, econtra in toto
113[d] de empcione et vendi | cione evangelica. Nam Christi familia cum habuit solum dominium naturale, idem precise dominium habuit super pecuniam data atque empta cibaria ante dacionem et empcionem quod post habuit; sed adquirendo illa habuit novum modum habendi, quia novum usum. Ideo differunt isti duo contractus secundum fines vel intenciones pro quibus fiunt; et tercio penes formam et legem secundum quam fiunt. Finis enim contractus civilis est civilis proprietas, sed finis contractus talis evangelici est nuda supplecio indigencie nature lapse, ut Deo direccius serviatur. Unde non credo apostolos emisse necessaria tanquam civiles institores vel velle repetisse ablata ab eis secundum suffragia legis humane, cum Christus qui non potuit dominari civiliter fuit lex eis sufficiens.

Difference between civil and evangelical buying.

Ex istis patet quare inhibetur clericis civilis mercacio; debent enim omnes esse exproprietarii ab omni negocio seculari; et hec racio legis posite in decretis XIV, questione IV, sub precepto Gelasii pape: *Clerici ab indignis questibus noverint abstinendum et ab omni cuiuslibet negociacionis ingenio vel cupiditate cessandum. In quocunque vero gradu sint si cessare noluerint, mox*
114[a] *clericalibus officiis abstinere | cogantur;* et post, eadem questione, istud explicatur expressius ex concilio Tarraconensi: *Canonum,* inquit, *statutis firmatum est ut quicunque in clero esse voluerit emendi vilius vendendi carius studio non utatur; quod si exercere voluerit*

The clergy may not trade.

9. Cod.: *dominacioni.* 31. Cod.: *questionibus;* ib. Cod.: *abstindendum.* 32. Cod.: *negocio.* 34, 35. Cod.: *eadem quod istud.* 35, 36. Cod.: *consilio Tragonensi.* 37. Cod.: *vendendo.* 37, 38. Cod.: *ut qui tantum.* 37. Cod.: *emendibilius.*

30, Cap. I: *Clerici.* 36, Ibid. cap. II: *Canonum,*

Digitized by Google

cohibeatur a clero. Et infra ex consilio Martini: *Si clericus per diversas species vini vel frugis vel cuiuscunque rei emendo vel vendendo aliqua incrementa suscepit, de gradu suo deiectus alienus habeatur a clero.* Quotlibet sunt tales scripture super expropriacione tali fundate, que questum et turpe lucrum a clero prohibent sub pena deieccionis a clero et omissione officii clericatus, ut patet ibidem ex decreto Niceni consilii. Unde ne ignoretur vel fingatur quid nominis terminorum, N docet ibi Julius papa quod *quicunque quicquam comparat ut carius vendat hoc turpe lucrum dicimus.* Nam quamvis licet clericis emere vite necessaria sed non intencione ut questus gracia revendant carius; quod si simplici corde clericus emat quicquam et postea succedat casus alienandi legitimus, tunc vel donet emptum pauperibus vel iuxta preceptum Martini pape ipsum quod dedit sine ullo augmento recipiat. Et sic videtur michi illicitum clerico maiori vel minori et specialiter domui religiose possessionate alicui yconomie intendere, multas fru | ges, pecudes vel quecunque civiliter usibilia 114b habere, nisi de quanto sunt necessaria sibi, suis conclericis ac sue familie ad alimenta et tegumenta.

Selling is worse in a clergyman than buying.

Et patet quod vendicio huiusmodi plus alienatur a clericis quam humana empcio: talis est licita clericis propter peccatum populi, cum nunquam inest clericis nisi propter peccatum populi ministrantis, sed vendicio talis videtur inesse propter defectum caritatis qua clericus gratis communicaret bonum sibi superfluum Christi pauperibus, vel secundo in defectu populi ministrantis egenis committat bona ecclesie ut apcius inperciatur pauperibus, aut tercio provideat sibi de aliunde necessariis ad suum officium; sed quarto fit communissime propter lucrum et fastum seculi defendendum.

Ex istis patet solucio arguciarum quas clerici nostri mercantes adiciunt ad excusandas excusaciones in peccatis: dicunt enim, cum habent thesaurum ecclesie, quod licet eis ipsum ad ecclesie honorem et utilitatem quomodolibet licitum commutare, specialiter cum

3. Cod.: *crementa.* 20. Cod.: *multitudo.* 21. Cod : *habere* deest. 35. Cod.: *excudas.*

1. Decreti sec. pars, causa XIV, qu. IV, cap. III. 9. Ibid. cap. VIII. 10. *ibi;* non ibi; sed cap. IX.

Digitized by Google

huiusmodi commutacio fuit per Christum et apostolos exemplata.

Hic dicitur cum Crisostomo quod *omnis mercacio propter questum sit illicita,* tamen in clerico foret abhominabile mortale peccatum. Nec plus sequitur: Opus tale foret licitum in layco sine mortali, ergo per idem in clerico quam sequitur de carnali coniugio, de corporali bello et seculari iudicio cum suis sequentibus; non ergo foret honor vel utilitas ecclesie, quod clerici in eius thesauro taliter mercarentur, sed cum tam honor | quam profectus ecclesie precipue in sanctitate sacerdotis sacros canones observantis, patet per locum a contrario convertibili quod utilitas ecclesie atque deformitas staret in eius opposito.

What is lawful for laymen may be forbidden to the clergy.

114[c]

Ideo dicit Damasus papa, ut recitatur I, questione I, quod *vilissimus computandus est episcopus nisi precellat sciencia qui est honore prestancior.* Et Augustinus Epistola LXXV ad Valerium presbiterum, et ponitur in canone distinccione XL: *Sicut nichil est in hac vita hominibus acceptabilius episcopi, presbiteri vel diaconi officio, sic si functorie et adulatorie res agatur, nichil aput Deum miserius, tristius et dampnabilius.* Item in decretis causa VIII ex dictis Augustini sic scribitur: *Sunt quidam,* inquit, *in ecclesia prepositi, de quibus Apostolus dicit: sua querentes nec Christum gratis diligentes, non Deum propter Deum querentes sed temporalia pocius consequentes, lucris inhyantes, honores ab hominibus appetentes. Hec quando amantur a preposito et propter hec servitur Deo, quisquis talis est mercenarius, inter filios se non computet.*

Quotlibet sunt talia testimonia que docent quod prelati sequentes Christi vestigia exproprietaria, paupertate decorarent se ipsos atque ecclesiam, divertendo autem ad seculum, licet in facie ecclesie appareant gloriosi, tamen vilissime deturpant se ipsos atque ecclesiam quo ad Deum. Et patet duplex error Johannis glossantis, primo | de turpacione ecclesie clericorum ex observancia legis Christi in hoc quod magnificat Petri successorem

Double error of John the glosser: 1. as to dispensing with Scripture,

114[d]

12. *observantis;* adde: *consistit.* 17. *qui;* cod.: *sicut.* 18. Cod.: *ad Balenum.* 28. Cod.: *amantur opposito propter.* 36. *quo* deest.

16. Cap. XLV. Non est Damasi sed Symmachi ad Laurentium epist. Mediol. post sextam synodum Romanam. 19. Cap. VII. 23. Causa VIII, q. I, cap. XIX.

Digitized by Google

2. as to allowing trade for the benefit of the Church.

dispensare contra apostolum. Quantum ad secundum de utilitate ecclesie ex tali mercacione, patet quod exinde incurrit ecclesia summum dispendium, cum amittit in multis regnum celorum circa quod assidue mercaretur. Nec moveat elemosina quam clerici faciunt ex huiusmodi turpi lucro, quia hoc ex causa multiplici plurimum nocet ecclesie; primo inficit clericos bona ecclesie dampnabiliter ministrantes; secundo indisponit eos ad mediandum in gracia quos Deus instituit inter ipsum et populum. Et tercio necesse est ut degradacio clericorum qui forent membra precipua sponse Christi deturpet et distemperet totum corpus ecclesie. Notum est quidem theologis quod si quis facit meritorie elemosinam, oportet ipsum esse in caritate, secundo de suis tribuere, tercio vero pure ob amorem Dei postposita inani gloria voluntarie tribuere indigenti. Dico primo quod talis elemosina inficit clericos, quia, si homo demeretur continue quicquid fecit in mortali, quantum demeretur, qui debet esse sequax Christi propinquior et contra eius mandatum inmiscet se cum seculo, de parte quam Christus sibi instituit non contentus; quod contra Augustinus in De Verbis Domini, sermone XIX, dicens quod *christianus, si de bono Dei contentus non fuerit, sed querit amplius hoc ipso, incipit carere quod meruit*. Et sequitur: *Nam et catholicus clericus hac* 115a *sentencia retinetur. Si enim non contentus stipendiis fuerit que de altario domino iubente consequitur, sed exercet mercimonia, intercessiones vendit, viduarum munera libenter amplectit; hic negociator magis potest videri quam clericus.*

Those who misuse goods are not rightful owners of them.

Notemus ergo, si clericus tam ingratus Deo de suis P communicat, cum omnis iniustus iniuste occupat bona sua, ut patet XIV questione IV *Quid dicam*, ubi sub auctoritate Augustini Epistola LIV ad Macedonium, ut allegavi III huius capitulo sic dicitur: *Nonne omnes qui videntur sibi gaudere conquisitis eisque uti nesciunt, alienum possidere convincimus?* Et postquam ostendit quod idem est hominem suum possidere, concludit ex opposito: *Omne igitur quod male possidetur alienum*

9. Cod.: *quem Deus*. 34. Cod.: *34*. 36. Cod.: *que videntur*. 36. Cod.: *conquestis*.

22. Cf. St. Augustini Opp. tom. V. Appendix p. 149. 33. Cap. XI.

Digitized by Google

est, male possidet autem qui male utitur. Sed quis dubitat, quin omnis clericus existens in mortali abutitur bonis Dei? Ideo docet Gregorius, ut patet XIV, questione V, quomodo elemosina debet fieri; *elemosina illa re-*
5 *demptoris oculis placet que non ex illicitis et iniquitate congeritur sed que de rebus concessis et bene acquisitis inpenditur.* Deus enim attendit ad modum faciendi pocius quam ad substanciam operis, cum plurimos..., quia bonum male faciunt. Unde Gregorius in registro suo,
10 ut recitatur XV, questione V, *Scriptum est: Victime impiorum abhominabiles Deo, vota iustorum placabilia; neque enim omnipotentis Dei iudicio quid, sed a quo |*
115[b] *et qualiter detur inspicitur. Hinc est enim quod scriptum est: Respexit Deus ad Abel et munera eius, ad Caym*
15 *autem et munera eius non aspexit; dicturus quippe quia dominus ad munera premisit solicite quia respexit ad Abel. Ex qua re patenter ostenditur quia non offerens a muneribus sed munera ab offerente placuerunt. Dona quippe iniquorum non probat altissimus nec respicit in*
20 *oblaciones eorum nec in multitudine sacrificiorum propiciabitur peccatis eorum, quia longe est Deus ab impiis et oraciones iustorum exaudiet.* Et illud supercilium phariseorum creditur nostros prepositos excecare eciam superiores ecclesie.

25 Quoad tercium de exemplacione mercacionis Christi et sui collegii certum habeo ex fide mea quod, sicut impossibile fuit Christum exercuisse amodo actum civilem in persona propria sic prohibuit et preservavit omnes suos apostolos, ne pro tempore sui perfecti
60[d] apostolatus actum huiusmodi exercerent. Sed ignorancia loyce et methaphysice scripture sacre confundit inscios, putantes ex ignorancia fallacie consequentis: Si Christus et suum collegium habuerunt loculos atque pecuniam cum quibus emerant sibi cibum, ergo civiliter. Ad tantum
35 enim sunt clerici nostri in mercandia civili usitati quod
Q non putant esse aliam preter illam. Quomodo, inquiunt, est possibile quod emam rem que plene antea continue
115[c] fuit mea? Quomodo | non foret vanitas michi emere bonum

Our clergy are so used to civil possession and traffic that they can understand no other way.

1. Cod.: *possidetur.* 8. Cod.: *cum plurimos.* Hic aliquot verba exciderunt. 20. Cod.: *ablacionibus.* 28. Cod.: *sicut.* 35. Cod.: *mercadia.* 38. Cod.: *sanitas.*

4. Decr. sec. pars, caus. XIV, q. V, cap. VII. 10. Decr. sec. pars, caus XIV, q. V, cap. XI. 18. Eccli. XXXIV, 23.

Digitized by Google

proprium, aut quomodo vendo licite bonum meum cum hoc quod continue post vendicionem eque plene eidem dominetur sicut antea? nunquam usus sic venditi post vendicionem foret michi licitus, ut non emerem cibos nisi ante empcionem eis deficeret ius ad illos nec emerem in foro aliter venali nisi civiliter. Hic dico quod clericus in veritate sic ministrans est valde indispositus ad cognoscendum admirabile commercium Salvatoris. Ipse enim emit naturam perditam non a dyabolo tanquam venditore, cum non fuit verus eius possessor, sed tyrannice usurpans nature quam iniuste captivat dominium, ut ostendit Lyncolniensis dicto X. Nam nec hic habuit licenciam vendendi se illi tyrranno, nec dyabolus ad seducendum vel sic incarcerandum hominem, licet ipse et angeli boni homini potestatem ad puniendum Domini proditores. Empcio autem et vendicio creature non est licita sed nuncupatur vel usurpatur, nisi prehabita licencia a domino capitali, solvendo sibi servicium continue debitum; que cum obmissa fuerint, patet quod dyabolus tyrannisavit, non habens super hominem verum dominium, et per consequens Christus iustissimus non emit ab ipso honorem sed a tota Trinitate que habuit super eum plenum et iustum | dominium. Emit autem Christus pro se ipso dominium hominum a Trinitate ad vitam ac libertatem, prescienciam sibi ipsi, et hoc est redimere: ad iteratum statum emere. Ideo Apok. V, dicitur: *Redemisti nos Deo.* Redemit autem hominem de servitute diaboli iuxta illud Gal. III, 13: *Christus redemit nos de maledicione,* et Apok. XIV, 3: *Hii empti sunt de terra.* Precium autem datum dicitur Gal. I capitulo ipse Christus qui singulariter emit hominem paciendo, licet tota Trinitas solvit precium, et sic emit predestinatos perfecte ad gloriam. Sed et omnes presciti quos liberat a peccato secundum presentem iusticiam redempti sunt, licet ex sua desidia incomplete, et sic opera Trinitatis non sunt indivisa ad extra; Christus a se ipso emit hominem et vendidit sibi ipsi, et tamen dominium ac possessionem illius empti et venditi habuit continue post et ante. Sic enim oportet de fide concedere quod Deus donavit homini multa bona et tamen inpossibile est ex hinc, quod decidat

Christ bought us, but not from the devil who had no rights over us.

115[a]

5. Cod.: *emerent.* 11. *captivat;* cod.: *captit.* 13. Cod.: *hoc.* 16. *proditores.* Verbum *dederint* deest. 17. *nuncupatur.* An *mancipatur?* 24, 25. Cod.: *hominem.*

Digitized by Google

ab eorum dominio. Et cum empcio et vendicio non possunt ultra simplicem dacionem atque recepcionem nisi actus geminos cum contractu, manifestum est quod licet homini vendere ac emere bona sua, ut Christus et
5 veri evangelici emunt sensibile ut vescibilia quorum per-
R ante habuerunt plenum dominium, nec adquirunt empcione tali novum dominium talis cibi, sed illum
116a cibum adquirunt ad novum usum, cuius usus | sensibilis adquirunt dominium. Et sic dans pauperi evan-
10 gelico denarium non dat sibi ut sic novum eius dominium, cum antiquum sufficit, sed dando sibi quod suum est dat sibi novum usum cuius usus adquirit novum dominium. Sicut ergo Deus donat homini multa dona a quorum dominio non exinde excidit sed pocius
15 copiosius dominatur, et homo dat Deo multa a quorum dominio non exinde excidit sed pocius securius et plenius dominatur, sic Christus mercator subtilissimus dat Trinitati humanum genus, cuius perante habuit plenum dominium, et noviter nobis ad nostrum comodum et
20 sic operum nostrorum, eo quod proporcionaliter ut creatura incipit Dei dominium super illa re. Et patet fidelibus quod prima conclusio licet sit mirabilis est tamen vera; mirabilis dico quia Christus et veri evangelici nunquam fuissent sic necessitati emere cibaria,
25 quorum prius habuerunt plenum dominium, nisi occasione peccati miserabilis per quod cecidimus a lege status innocencie et induramur in malicia proprietatis civilis quod non ministramus viris evangelicis eis debita ut debemus. Est enim ex alio latere obediencia et amor
30 fraternus mirabilis quo tam verus dominus ne detur scandalum fratribus tam humiliter emit sua. Sicut enim civilis dominus quandoque emit pacem in exclusione perturbacionis atque molestie pro re cuius continue prius
116b habuit civile dominium, sic Christus dans nobis | hu-
35 militatis exempla emit a subditis bona sua, cui empcioni propter elongacionem a statu innocencie ipse humanitus non interfuit, ut vel sic diceret nos pro temporalibus non contendere, sed paciendo iniurias discolis obedire. Et forte aliquis diceret hanc fuisse causam inter alias

In buying e. g. food we do not buy a new dominion over it, but obtain a new use of it.

5. Cod.: *sensibilem vescibilia.* 10. Cod.: *donarium.* 14. Cod.: *a quarum.* 15—21. Hic locus in cod. plane corruptus sic habetur: *et hoc dat Deo multa que quorum dominio sed pocius ut securius et plenius dominatur, sic Christus* . . . . . 17. Cod.: *subtilissimam.* 26. Cod.: *mirabilis.* 32. Cod.: *et exclusione.*

Digitized by Google

quare Christus noluit ex cibo quem apostoli emerant manducare. Si enim occupantes illum cibum fuerint infideles vel in mortali pro illo tempore empcionis, tunc non fuit empcio illa sive vendicio nisi nuncupative equivoca, licet in apostolis fuit licita.

Christ's humility was shown in buying what was already his.

Miremur ergo humilitatem Domini, quia voluit apostolos sic emere sibi cibos, super quibus tunc habuerunt plenum dominum et clarissimum ius utendi. Sed credamus hoc ex fide scripture sine repugnancia, cum rex vel alius dominus capitalis emit multa a subditis, licet super emptis capitaliter dominetur. Oportet ergo iura civilia esse ex scriptura sacra fundata (ut patet III De Libero Arbitrio capitulo XIII) cum non aliter esset iusta. Nec credo istos sensus et conclusiones spiritualis commercii latuisse nec scriptura sacra et fides ecclesie ipsas assereret, cum nostri professores equivocando ab ipsis dissenciant, in tantum quod nostri clerici ex proprietate civili cecati negant aliquod preter civile esse commercium, nisi Deus ordinasset ad testificandum sanctos et approbatos | doctores fundantes se 116[c] ex seminibus scripturarum, quod ex fide oportet credere Christum nos redemisse de carcere. Et patet reponsio ad sex conclusiones obiectas.

Quibble from the passage where Nebuchadnezzar is told to redeem his sins.

Sed obicitur quod scriptura non sit vera de virtute S sermonis, cum Danielis IV, 24 dicit propheta regi: *Peccata tua elemosinis redime*, quod inpossibile est cum nemo potest quicquam redimere nisi quod potest dominanter habere; sed nemo potest dominari super peccata sua, non ergo precium solvendum est pro possessione huiusmodi conquirenda. Dicitur quod non inpugnatur scriptura ista de virtute sermonis, tum quia oracio imperativa non est proporcionaliter vera vel falsa, tum eciam quia verum est quod propheta dixit sic, et proposicio scripture complete est vera, sed sensus prophete consulentis fuit quod redimat membra sua et opera peccancia; ipsa enim dicuntur materialiter peccata, sicut preter peccatum formaliter dictum dicitur secundo peccatum sacrificium pro peccato; quando ergo homo est in mortali peccato, tam membra quam opera desunt sibi quoad possessionem iustam simpliciter; sed contritus

14. Cod.: *Et credo.* 16, 17. *equivocando;* cod.: *e'do.* 18. Cod.: *negaret.* 25. Cod.: *Danielis VII.* 26. Cod.: *elemosinas.* 29. Cod.: *est* deest. 31. Cod.: *de veritate sermonis.* Corr. in marg. alia manu. 33. *quia* in marg. alia manu.

Digitized by Google

faciendo elemosinam adquirit eorum dominium et sic emit sicut emit fructum procedentem occasionaliter ex peccato; vel tercio debet homo redimere malum ut ipso privetur, quomodo *Christus tradidit semetipsum* pro peccatis nostris, ut dicitur Gal. II, 20. Et istam equi-
116[4] vocam empcionem specificat, | cuius empcionis bonus vel malus; non enim Christus dedit se precium peccatorum, ut ipsa adquireret, sed ut suos ab ipsis exueret. Sic ergo homo redimit peccata sua, quando dat precium ut ab ipsis per redemptoris graciam emendetur; talis autem non fuisset civilis empcio, licet civilis dominus ipsam compleverit; multo magis empcio apostolica que nec processit ex civilitate nec gracia adquirende civilitatis nec secundum formam civilem. Notemus ergo nos clerici, arguentes: si apostoli emerunt ergo civiliter, quomodo empcio evangelica est cuicunque solvenda necessaria, ut patet de Nabugodonosor; empcio autem civilis solum per accidens est necessaria, incompossibilis statui innocencie et beatitudinis ac statui medio clericali; ymmo cum omnis temporalis mutua recepcio ac dacio pro precio dicit empcionem et vendicionem, videtur quod quidam contractus sunt tam in statu innocencie quam in patria; utrobique enim foret mutua beneficencia communis et ex hinc tamquam pro precio mercedis recepcio; in patria autem perpetuo dant ut et recipiunt beatitudinem accidentalem, sicut beneficiati a quibus emimus in via bonum patrie tunc habendum dant nobis emptum in possessionem perpetuam. Et istam mercanciam nos clerici specialiter notaremus.

Evangelical buying is necessary to all, not so civil buying, which is incompatible with a state of innocence.

T Ex istis colligitur quod genus actuum quos Christus
117[a] ordinavit clericis suis | competere sit longe perfeccius quam actus cesarii, quos civiles domini mendicant de seculo. Nam beacius est dare *mensuram bonam et confertam* in celo propter munusculum temporale, ut faciunt pauperes evangelici, ut patet Luc. VI, 38, quam dare in via minimum munusculum corporale pro morula undique inperfecta; ymmo (si bene conspicimus), pauper evangelicus reddit datori suo eciam hic in via doctrinam, sacramentale ministerium vel spirituale

The work of a priest far higher than any civil acts.

5. Cod.: *Gal. III.* 6. *Cuius;* hic aliquot verba desunt; an *eius* legendum? 22. Cod.: *videtur quoddam contractus sunt;* ib. Cod.: *sunt tamen.* 26. Cod.: *dat.* 33. Cod.: *quos* deest. 38. Cod.: *imperfecte.*

Digitized by Google

suffragium, quod est quantumlibet prestancius quam dictum temporale munusculum, et per idem, in prestacione ad tantum prestacionem civilem exsuperat, quantum prestitum suum et accomodatum de quo requirit racionem in patria excedit civiliter prestitum temporale. 5

Priests, like Christ, should give far more and more worthily than they receive.

Nec licet clerico mercari vendendo vel emendo nisi det quantumlibet prestancius pro recepto. Hoc enim docet summus sacerdos qui vendit homini regnum celorum et per consequens se ipsum pro quantumlibet vili precio, sicut redemit peccatores quantumlibet in- 10 feriores pro se ipso. Sicut ergo Christus nescit emere vel vendere nisi supereroganter donando, prestando pro minori, ita debent clerici mercantes cum laycis in tantum quod debent benedicere persequentibus et multo magis suis venditoribus quod est quantumlibet 15 prestancius quam numisma. Ideo propter regaliam et eminen | ciam sacerdotum Christi debent ultra iusticiam 117b commutativam secundum iusticiam distributivam magnifici facere recompensam; quod si in istis defuerint, tunc *eadem mensura qua mensi fueritis laycis remecietur* 20 *eis* a Christo quantum ad mercacionem celestem, quod oportet cum ipso pro regno celorum contrahere. Ideo Math. V, 7 dicitur: *Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur.* Est enim omnis elemosina opus misericordie; sicut ergo septem sunt opera mise- 25 ricordie quoad corpus que decent laycos, sic sunt septem opera misericordie que decent clericos. Et omnia ista possunt dici elemosine secundum Augustinum in De Verbis Domini Sermone III: *Quid est, facite elemosinam, facite misericordiam?* Et sequitur: *Quid est* 30 *elemosina? Misericordia.* Et ex hoc deducit quod homo debet incipere facere elemosinam anime proprie mendicanti iuxta illud Ecclesiast. XXX, 24: *Miserere anime tue placens Deo,* et aliter decime laycorum non sunt elemosine, ut tamen docet Augustinus ibidem quod 35 debent esse, et per consequens debent ab iniustis sacerdotibus detineri fructus, et Apostolus: quando dicit II. Cor. XII, 15: *Ego autem libentissime impendam et super-*

3. Cod.: *exsuperet.* 6, 7. Cod.: *nisi debet.* 23. Cod.: *Matth. VII.* 37. Cod.: *est apostolus.*

20. Lucae VI, 38. 29. Non est Sermo III De Verbis Domini sed Sermo CVI al. XXX De Verbis Domini. Vide August. Opp. tom. V, pag. 549.

Digitized by Google

impendar. ego ipse pro animabus vestris. Iste ergo qui ponit animam suam pro amicis suis pro beneficio temporali, emit ab eis pro vita propria suffragium corporale et vendit eis se ipsum ac conversacionem suam virtuosam
117[a] pro eodem precio instar | Christi. Et sic licet nemo
V debet emere Spiritum Sanctum civiliter, tamen sicut Deus se ipsum debet vendere, ita christianus debet empcione spirituali emere Spiritum Sanctum a Deo. Sed non audeo dicere quod nos viantes damus aut
10 vendimus ipsum spiritum vel virtutes, sed oramus pro fratribus, ut a Deo ista accipiant. Et ita cum utrobique mercamur cum Deo, sicut mercando cum proximo, patet quod a Deo recipimus mercacionem proporcionalem ad mercacionem cum proximis, ut diffuse
15 ostendit beatus Augustinus Epistola XXXI, exponendo illud Math. VII, 2: *In qua mensura mensi fueritis, remecietur vobis,* vobisque non sit equalitas mercedis ad meritum vel secundum molem vel secundum diuturnitatem aut ydempnitatem specificam vel valorem. Non
20 enim oportet: stuprum fecero, stuprum paciar, sed bona vel mala, que est mensura meriti; et in illa stat causaliter mercedis retribucio, ita quod proporcionaliter ad eius bonitatem sive maliciam taxat Deus equivalencie dignitatem. In ista itaque dignitatis equalitate
25 mercedis ad meritum stat latens subtilitas divini iudicii, ut, sicut Deus supereroganter premiat voluntatem iusta retribucione beatitudinis, sic supereroganter dat mercedem eterne dampnacionis voluntati finaliter obsti-
117[d] nate, utro | bique tamen misericorditer, ita proporcion-
30 aliter ut utrumque istorum generum hominum negociatur cum proximo, Deus proporcionabiliter negociatur cum illo; sic quod ordinat omnem creaturam tam salvatos quam dampnatos cedere primis ad gloriam, quia omnibus illis benefecerunt in via, et omnes dictas
35 creaturas ordinat cedere secundis ad penam, sic quod illi ut sunt iniuriati fraudulenter proximis in via, ita dyabolus perpetuo iniuste illudet eis puniendo in iehenna; substanciam autem penitencie ordinavit Deus ad hunc finem, et defectum comitantem permisit propter maius

God will give to us, as we have given good or evil to our neighbours.

The whole creation works for the glory of the blessed and the punishment of the damned.

26. Cod.: *sicut Deo.* 30. *hominum;* cod.: *homi.*

15. Cf. St. Augustini Librum ad Deogratias seu. Ep. CII, Opp. tom. II, 281.

Digitized by Google

It is better for the damned to be punished than to be left unpunished in their sins.

bonum, cum bonum sit dampnatis sic dampnari quod forent infinitum deformiores stante in eis peccato huiusmodi sine pena. Et sic genus boni manet ut pena penes dampnatos et bonum utile, bonum honestum ac bonum moris manet penes Christum et suos cives, sic 5 quod licet misericorditer punit eos quia ad eorum bona, ne ex planacione pene deterius eis contingeret; pena tamen non est illis graciosa, honesta vel utilis sed excludit maiorem reprobacionem et inhonestacionem et inutilitatem, si cum paribus pena huiusmodi non inesset. 10

The damned ought to desire their own damnation.

Et ut videtur ex contrarietate oppositorum dominorum obligancium, scilicet Dei et insolubilis peccati, | obligatur 118ᵃ dampnatus ad impossibile absolute, scilicet ad volendum in particulari dampnacionem pro patria, cum debet in universali velle omne iustum. Nec videtur quin eo ipso quo 15 desistit a volendo illam in particulari peccaret mortaliter. Numquid ergo peccatum excusat ab obligacione huiusmodi? Si ergo debeo sub pena peccati mortalis velle in X particulari dampnacionem meam et non possum meritorie, videtur quod sim insolubiliter obligatus ad impossibile. 20 Alias autem dixi quod possibile est dampnatum velle in particulari suam dampnacionem, inperfecte tamen sicut mercator vult proicere merces in mare; nec vult ex hoc quod sit sibi pena; nec stat cum hoc quod non habeat quicquid vult, et sic nulla obligacio terminatur 25 ad absolute inpossibile, licet Deus et angeli volunt caritative, tamen non debet insolubili obligacione caritative velle quod beati volunt dampnacionem huiusmodi. Sed sicut ipse non obmittit obligare Deum ad volendum sui beatitudinem, ita Deus obligat eum ad volendum 30 meritorie sui dampnacionem, sic quod ipse non potest ipsam beatifice intueri, quam tamen alii beatifice intuentur, sicut ipse non potest oculis istis ipsos correlarie intueri quos alii correlarie intuentur; que licet subtilitas commercii | beatudinis et dampnacionis correspondet 118ᵇ proporcionaliter mercimoniis hic in via.

Et ex istis patet sentencia beati Bernhardi in sermone qui sic incipit: *Simile est regnum celorum homini ne-*

15, 16. Cod.: *que desistit.* 23. Cod.: *in mari.* 24. Cod.: *non sit sibi.* 34, 35. Locus hic corruptus ita habetur: *intuentur, quod licet subtilitates commercii et dampnacionis* . . 38—1. Cod.: *monacho negociatori.*

39. In sermone supra memorato Bernardi (Migne CLXXXIV, p. 1131) hic locus non habetur. Sequentia pocius in opere De Donis Spiritus Sancti inveniuntur.

Digitized by Google

gociatori. Est enim magister noster Christus mercator largissimus qui sedens *in monte* Math. V, 1 vocat nedum suos monachos sed universitatem fidelium ad suas nundinas et modo mirabili invitat servos suos ad mundum suum commercium, quod decrevit eis donare liberrime, non tamen prestare et vendere, quos substancie omnium actuum quos civiles vocamus celantur, immo usque ad simplicem dacionem; et vocat itaque octipliciter institores ad kalendis ante finale iudicium in quo rumpentur hee nundine veniendum ad eundem, dum dicit: *Beati pauperes spiritu*. Et mirabili allocucione primo vocat servos suos sub nomine beatitudinis quam oportet ipsos primo intendere, secundo tangit precium quod statuit eis dare et pro isto precepto mercimonium vendere, cum in eo loco subiungitur: *Pauperes spiritu*. Et finaliter annectitur mercimonium quod est *regnum celorum*. Nichil enim est plus allectivum beatitudine, cum omnes homines ipsam appetant ex natura, nec aliquid est vilius atque facilius evangelica paupertate, nec aliquid est preciosius | quam regnum celeste; et sic subtili modo premium et mercimonium sunt principium huius commercii, et cum fit idem in essencia, circulariter circumvolant hoc precium. Ideo dicit beatus Bernhardus quod primus sacculus quo monachus oneratus est ad ipsum vendendum in foro hominis negociatoris et emendum beatitudinem nichil continet nisi paupertatem et miseriam ac angustias, que licet sit cophinus stercorum, valet tamen ut mittatur ad radicem arboris. Et est precium acceptabile aput omnipotenciam venditorum. Ideo dicit epistola ad Henricum Senonensium quod *labor, latebre et voluntaria paupertas sunt insignia monachorum*. Quando enim venumdatus ex illuminacione memorie per vigilanciam racionis considerat quod regnum celorum est intra se ex spiritu timoris Domini, excutit a se spiritum superbie, quod fuit meritum perdicionis humane, et inducit spiritum paupertatis evangelice: Considerat enim quo foramine, qua via et ad quem situm instillavit hec feditatis

118[a]

Y

Each of the beatitudes is, as it were, a rule of traffic with God; we must bear the burden of the first clause to gain the reward promised in the second.

The first burden is humility.

6. Cod.: *et non tamen nisi*. 7. *substancie;* cod.: *sbe*. 8. Cod.: *et* deest. 9. Cod.: *ut klis ante*. 10. Cod.: *hec nundine*. Locus hic plane obscurus seu pocius corruptus est. 25. Cod.: *ipsum ad*. 36. *meritum;* cod.: *inerteritum (in'r'stu)*.

11. Matth. V, 3. 31. Bernardi Tractatus De Officio et Moribus episcoporum cap. IX. Migne CLXXXII, 833.

Digitized by Google

macula, unde sponsus anime est expulsus, et invenit quod a dyabolo qui est rex super omnes filios superbie per foramen malediccionis in animam, et hinc processit per viam omnis sensus corporei usque ad situm pleni consensus anime, | cum quo splendor lucis eterne 118[d] nequaquam cohabitat. Movet autem lux increata racionem ut primo conterat caput serpentis inprovide introducti; quod non potest fieri nisi per tiriacam humilitatis que eo ipso, quo plene infuerit, quantum debet, habet paupertatem spiritus contra quadruplicem gradum 10 superbie; quorum primus est quando creatura racionalis vult ex se aut per se esse aliquid vel habere. Contra istud opponit quomodo processit per viam creacionis ex nichilo, et sic spiritus interioris hominis consentit quod parum potest respectu omnipotencie creatoris. 15

The splendour of the eternal light dwells only in humble souls.

Secundus gradus superbie est, cum sic superbus gloriatur in sua excellencia. Contra illud opponit spiritus voluntatis cum spiritu racionis secundum illud Apostoli I Cor. IV, 7: *Quid habes, quod non accepisti? quid gloriaris, quasi non acceperis.* 20

Tercio amat suam excellenciam affeccione proprietaria; et contra hoc spiritus consilii opponit expropriacionem clericorum, renunciando ipsi potestati civili, ut spiritus consilii Math. XIX, 21: *Si vis perfectus esse, vade et vende omnia que habes et veni, sequere me.* 25

Quarto superbus pre aliis se extollit loquens cum Helyu Job XXXIII pompatice, sed contra hoc moderat spiritus deum ventris per veram humilitatis sensacionem de se ipso, ne sic loquatur grandia; | et sic servans 119[a] hoc precium sibi depositum usque ad diem iudicii habent 30 indubie regnum celorum.

The second burden is meekness.

In secundo sacculo monachi dicit beatus Bernhardus mansuetudinem contineri; pro qua mercans dicit quod non dabitur aurum obrisum nec appendetur argentum pro commutacione eius, sed terram hereditariam requirit, 35 non spaciosam terram ab India usque in Britaniam, cum sit terra madencium devorans habitatores suos. Sed cum necessitati sumus hic mori dominus nundinarum concedit terram vivencium pro futuro, dum dicit: *Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram.* Qui enim 40

3. Cod.: *in anima.* 18. Cod.: *secundum* deest. 19. Cod.: *II. Cor. IV.* 22. Cod.: *apponit.* 24. Cod.: *Matth. VIII cum Helym Job XXIII;* sic cod.

40. Matth. V, 4.

Digitized by Google

habet intra se spiritum humilitatis predictum, mitigat voluntatem, ne offendat contra duplicem pietatem erga Deum et proximum, et per consequens per caritatem vel mititatem tollit invidiam iuxta spiritum pietatis.

The third, grief.

5 Tercius sacculus quo mercator onustatur versus has invidias continet luctum presentis miserie, cuius valor limitatur per precium, cum Christus adiungit: *Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur*, ideo namque se dirigens ut per pietatem mitiget voluntatem invenit se 10 cecum tenebris ignorancie, que est tota miseria huius vite et ideo consulit spiritum sciencie, qui luctum iniungit iuxta illud Eccle. I, 18: *Apponens scienciam apponit* 119b *et laborem* et per consequens do | lorem, et sic adquiritur donum sciencie, virtus compassionis contra iram, 15 quam virtutem sentit Apostolus II Cor. XI, 29: *Quis infirmatur et ego non infirmor?* Sed quia luctus iste non intrat patriam ut paupertas, sed securitas ab omni molestia consequitur, ideo dicitur quod huiusmodi *consolabuntur*.

The fourth, hunger and thirst for righteousness.

20 In quarto sacculo continetur esuries et sitis iusticie; racio enim videt se nedum cecam in tenebris ignorancie sed in potente extorsione nature et mala consuetudine, que potest dici aliena natura, non altera. Ideo cum per priorem istorum defectuum natura corrumpitur sed 25 per secundum obruitur, petit ad scienciam.

Its reward knowledge and strength to do right.

Quartum donum est spiritus fortitudinis contra accidiam; sciencia enim non sufficit nisi fortitudo subdens corpus anime et utrobique ausum ad complementum iusticie consequatur; nec zelus affectus expressus per 30 esuriem sufficit promerenti nisi sequatur verbum operis, quod est commercium notatum per sitim iusticie. Math. VII, 21 dicitur: *Non omnis qui dicit michi: Domine, Domine, intrabit in regnum celorum sed qui facit voluntatem Dei.* Et si queratur pro quanto precio compara- 35 bitur illud commercium, cum negociator supponit naturam, infert: *Et qui esurierint et sicient iusticiam, quo-* 119a *niam ipsi sa | tu rabuntur;* quod adhuc futurum est iuxta illud Psalmi: *Saciabor cum apparuerit gloria tua.* Et ista

10. Cod.: *cecam.* 15. Cod.: *I. Cor. XI.* 21. Cod.: *ceca in.* 24. Cod.: *per* deest. 26. Cod.: *est spiritus* deest. Addidi e Bernardi cap. IV. 30. Cod.: *suffecit..* 31. *commercium;* cod.: *tercium dicere.* 35. *supponit* (sic) cod.: *supp.* 38. Cod.: *illa.*

7. Matth. V, 5. 38. Psalm. XVI, 15.

Digitized by Google

sacietas infinitum excedens sacietatem vie pro qua laboramus, cum anxie evigilat fortitudinem cum tribus primis precedentibus repromissis ut constanter stet pro defensione iusticie.

The fifth burden is mercy by which we obtain mercy.

Sed quia commercium infiniti pro finito est satis mirabile, ideo quintus sacculus continet *misericordiam* sine qua impossibile est fieri huiusmodi recompensam, cum Jacob. II, 13 dicitur: *Judicium sine misericordia illi qui non facit misericordiam;* hoc autem mercimonium et valor eius exprimitur, cum subiungit: *Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur.* Et hec virtus exponit se contra avariciam secundum quintum donum consilii Christi; licet enim leges humane consulant subditis suis acutissime consequi iura sua, tamen consilium Christi Math. XVIII, 21 est quod eius discipulus *remittat, quocienscumque in se peccaverit frater suus.* Cum ergo in multis offendimus omnes non obstantibus quatuor consolacionibus supra tactis, necesse habuimus tegere per opera duplicis misericordie peccata que minus ignoranter incidimus, quia ut paulo superius dicitur: *eadem mensura qua mensi fueritis remecietur vobis.*

The sixth is pureness of heart which involves temperance.

Sexto vero memoria exillerata, voluntate confortata, racione illuminata, potencia roborata et animalitate homini inferiori subiecta, incipit ipse homo aspirare ad presenciam sui principii, dicens cum Psalmista XLI: *sitivit anima mea ad Deum fontem vivum; quando veniam et apparebo ante faciem Dei?* Et istud donum intellectus recondit secrete in sexto sacculo cordis mundiciam cum virtutibus, meditacionibus, oracionibus, contemplacionibus perornatam; hoc autem meritorium et eius precium taxatur, cum sexto dicitur: *Beati mundi corde, quoniam ipsi Deum videbunt.* Intellectus itaque gignens parsymoniam inducit cordis mundiciam contra gulam, et hoc sicut disponit ad visionem vie propheticam (ut patet de Moyse et Helia), sic disponit mercacione celesti ad intuicionem beatificam et per consequens castrimargia de propinquiori maculans spiritum copulatum impedit influenciam celestis radii iuxta illud Sap. I, 4: *In malivolam animam non intrabit sapiencia.*

119[4]

20. Cod.: *que* deest. 23. *animalitate homini inferiori subiecta;* ita cod. locus corruptus. an: *et anima ante?* 28. Cod.: *Del secundum (2m).*

15. Matth. V, 7. 20. Matth. VII, 2. 26. Psalm. XLI, 3.

Digitized by Google

Sed in septimo sacculo negociatoris viantis est pacis dileccio cuius precium quoad Deum ementem est Dei filiacio, cum Dominus subiungit septimo: *Beati pacifici, quoniam filii Dei vocabuntur;* licet enim quis habundaverit quotlibet bonis Dei, dum tamen si defuerit libertatis nobilitas | quam omnes homines natura appetunt, adhuc fluctuat inconvictus, ideo negociator celestium debet ad pacificacionem diligenter attendere, quia sine illo precio non potest filiacionem dictam adquirere et per consequens nec realiter liber esse. Pacificacio vero nullo modo inducitur nisi per observanciam castitatis contra luxuriam; tradunt enim philosophi et concordat experiencia de emissariis, quod animalia sunt in tempore coitus bellicosa; sed indubie solum ille facit meritorie pacem inter proximos vel se ipsum, qui servat virginitatem suam castam sponse ecclesie; quomodo ergo faceret pacem inter se et alios qui non sufficit facere pacem inter animam et membrum in quo apparuit primo rebellio? Qui ergo ab illa pace incipit secundum primum donum sapiencie est homo *bone voluntatis* cui celestis nuncius Luc. II, 14 pacem promiserat. Et salus talis disponitur ad faciendum pacem ecclesie vel esse filius imitacionis et adopcionis regis pacifici. Et patet quomodo septem dona Spiritus Sancti tanquam principalia per se nota inducunt septem virtutes tanquam monstrator celestis argumenti excludens septem peccata mortalia.

The seventh is love of peace,

which cannot exist without chastity.

Ex quibus secundum formam celestis syllogismi sequitur septuplex beatitudo in patria; nec sufficit negociatori vianti cognoscere illam mercacionem | septuplicem sed septuplicem syllogismum nisi sciat enodare sophisticaciones inpugnancium ab ista mercacione proterva.

Ideo octavo subiungit pro modo mercandi servando: *Beati*, inquit, *qui persecucionem paciuntur propter iustiziam, quoniam ipsorum est regnum celorum.* Oportet enim negociatores evangelicos per multas tribulaciones vie intrare per ostium commercii, ut dicitur Act. XIV. Nec aliter tute servabunt virtutes que sunt precium quo

Lastly a blessing is added for those who suffer persecution.

5. Cod.: *quod licet.* 15, 16. Cod.: *virginem.* 21. *nuncius;* cod.: *necessarius.* 33. Cod.: *protervere.*

3. Matth. V, 9. 35. Matth. V, 10.

Digitized by Google

mercantur eum; Luce XXI, 19 dicitur: *In paciencia vestra possidebitis animas vestras*, unde quia illud videtur filiis Dei difficile et beatitudini repugnare; ideo promittit, sicut magister qui mentiri non poterit, quod *ipsorum est* tempore suo *regnum celorum*; et sic ex binario dileccionis Dei et proximi dicto cubice in se ipsum resultat octuplex beatitudo corporis et anime negociatoris volentis fideliter calculare.

Est autem ista lex mercacionis tam valida quod non potest dispensari cum illa vel ipsa in oppositum inmutari, dicente beato Bernhardo in libro De Dispensacione et Precepto capitulo IV: *Equidem nil congruencius quam quod divina ita constat et eterna racione firmatum, | ut nulla ex causa possit vel ab ipso Deo aliquatenus immutari. Sub hoc genere est omnis illa sermonis dominici in monte habiti spiritualis tradicio.* Iste sanctus non fuit nutritus in casibus quos ponimus hodie de Dei potencia absoluta. 120c

Note by the way that S. Bernard did not insist like the moderns on the absolute power of God.

Ex istis colligitur quod quelibet virtus moralis est infinitum viatori prestancior quam omnes divicie terrene possibiles. Nam cum omni virtute huiusmodi per se potest homo a Deo emere regnum celorum et optimum bonum possibile, non tamen bonis nature vel fortune nisi forte mediante virtute. Ideo omnis talis virtus est in reputacione divina prestancior, et cum quicquid est sibi accepcius est eo melius, patet conclusio.

CAPITULUM SEXTUMDECIMUM.

Of other acts of dominion: 1. of letting and hiring. God may be said to let all his goods since we have the use of them, not the capital dominion.

Restat ulterius discurrendum per alios actus civilis dominii, ut clericus colando perfectum ab inperfecto sciat quid licet suo officio, et primo *locare* atque *conducere*. Cum autem locacio sit actus propinquus vendicioni, quia contractus quo venditur usus rei, servato eius dominio, sicut conduccio est empcio rei usus, relicto eius dominio, manifeste patet quod purus actus analogice Deo conveniat, quia omnia que habuimus A

2. *Vestras;* sequitur: *ergo tantum dispositum non et evangelicam paupertatem;* sed aliquot verba desiderari apparet. 3. Cod.: *beatitudine.* 4. Cod.: *sicut primo in primum magistri.* 13. Cod.: *quam sentencia ista constat.* 14. *ex causa;* cod.: *racione.* 29. Cod.: *profectum.* 32. Cod.: *venditus.*

12. Rectius cap. III. Opp. tom. I (ed. Migne), p. 865.

Digitized by Google

Deus nobis donat, prestat et vendit ad usum non ad
120[d] abusum, servando sibi incommunicabiliter | quoad nos
capitale dominium.

Ex isto loquitur evangelium Math. XXI, 33 quod
5 *pater celestis locavit vineam suam;* nos ergo sacerdotes
Christi pangimus cum Deo quod habeamus usum rei
quam gratuite locat nobis, sicut non presumimus cum
Lucifero vendicare eius capitale dominium, ita nec
degradamus nos cum Scarioth vendicando locati civile
10 dominium, sed mediam viam regiam secure progredimur
solvendo locatori fructum cordis, laboris et operis; in
finali iudicio inventi fideles firmarii et locatorii sumamus
tocius locati plenum dominium; hoc enim decet tam
graciosum et magnificum locatorem. Sed et condicionem
15 oportet concedere ex fide scripture Deo competere, cum
Math. XX de Christo dicitur, qui est *paterfamilias*
domus ecclesie, quod *exivit quinquies ad conducendum*
operarios in vineam suam. Et licet quibusdam videatur
quod *conducere* sit equivocum ad locandum et dandum
20 precium pro locato, videtur tamen michi probabile quod
sicut Christus emit a patre naturam humanam perditam,
ita conduxit a Deo patre operarios, ut operarentur in
vinea quam redemit; precium autem fuit vita assumpti
hominis cum plenitudine sui meriti quam in plenitudine
25 temporis reddidit locatori. Reliquit igitur patri et toti
121[a] nature divine capitale | dominium accipiens formam
servi. Igitur nos clerici debemus vigilanter distinguere
inter locacionem ac conduccionem celestem, evangelicam
ac civilem; et a contractu celesti exemplum mercaci-
30 onis nostre debemus contrahere, ita omnem occupaci-
onem ac intencionem civilitatis dimittere et a patre-
familias celesti sine forma contractus humana bona
vie conducere, de quanto sunt necessaria vel subiciamur
humili Christi et ecclesie servituti. In hoc enim diffe-
35 runt evangelica dominacio et civilis quod prima est
pure ut a sic dominante Deo et ecclesie hic humilius
serviatur; secunda autem, ut sic dominanti hic a sub-
ditis serviatur, ad quem sensum Christus docet Luc.
XXII, quod maior est in scola sua, in servitute subiec-
40 cior; maior autem in scola regum gencium est qui
exigendo servitutem temporalem a subditis recumbit quoad

The rent we should pay is service to God and to the Church.

10. Cod.: *progradiuntur.* 13. Cod.: *debet.* 39. Cod.: *in scola; in* deest.

Digitized by Google

mundum superior, quam differenciam evangelium Math. XX, 28 exprimit in exemplari dum dicitur, quod *filius hominis non venit huc ministrari sed ministrare.* Et sic maioritas discipulorum Christi stat in humilitate, subieccione et obediencia propter mercedem in patria. 5 Maioritas autem discipulorum mundi stat in exaltacione temporalium, in servitutis redaccione et servitutis ereccione activa propter gloriam mundi in via; ideo dominacio civilis vix excluditur a mortali. Et isti fures mensurant et distinguunt ex opposito dicta commercia. 10

2. Lending (accommodating and borrowing.

Secundo autem | alii actus sunt *accomodare* et *mutuare* 121 quos notum est ex scriptura et racione analogice Deo B competere. *Accomodare* quidem specificat prestare in hoc quod est dare solum ad commodum mutuantis, modo quo evangelium loquitur Luc. XI, 9, ubi patet ex pa- 15 rabola Salvatoris, quod *omnis rite petens a Deo accipiet, querens invenit et instanter sic pulsanti Deus aperit,* et per consequens Deus accomodat sic oranti tres panes, id est Trinitatem, ut Augustinus exponit De Verbis Domini Sermone XXIX. Est enim peccator quasi mole 20 gravi depressus, a domo regia seclusus, hostibus undique circumseptus, qui primo petit a patrefamilias graciam proteccionis et eo ipso accipit quo contritus de peccati sarcina rite petit. Cum enim sarcina peccati amoris vinculis colligatur, inpossibile est ipsam deponi nisi 64ᵃ nexus amoris inordinati contricionis acucie sit diruptus; sed adhuc manet libertatus in quantumlibet magno periculo nisi habeat octavam graciam. Ideo dicit Domino: *Esto michi in domum refugii.* Sed habet divinum responsum quod sit creatura libera, non beati- 30 ficabilis nisi voluerit merendo secundam graciam. Ideo oportet quod querat clavem sciencie per quam intret per Christum hostium dicte domus et assecuratus est quod debite querens dictam clavem | inveniat, cum Math. 121ᶜ XI, 29 dicit doctor: *Discite a me, quia mitis sum et hu- 35 milis corde.* Et (ut patet proximo capitulo) sine mititate et humilitate non potest homo intrare in terram vivencium vel regnum celorum.

To accommodate is to give for the advantage of the borrower.

God gives to those who ask rightly.

We must therefore knock boldly.

Inventis ergo clavibus illis sciencie adhuc post infusionem virtutum oportet habituatum pulsare ad hostium 40

19. St. Augustini Opp. tom. V, pag. 542 seqq. Serm. CV.
29. Psalm. XXX, 3.

Digitized by Google

quod claudit, et nemo aperit (ut patet Joh. X et Apoc. III), ad hoc quod intret collegium fidelium, meritorie operando, nisi gratis exeat est securus. Iste ergo est ordo; primo modo movet Deus peccatorem ut petat remissionem peccati que est prior gracia temporali; pro secundo instanti nature movet eum tamquam unum de membris suis ad meritorie operandum; amicus autem veniens de via est proximus a lata via que ducit ad infernum conversus; qui, licet sit in medio tenebrarum ignorancie et peccati, attritus tamen et devote petens cibum anime debet exaudiri et specialiter a clerico, cui specialiter pertinet ministracio talis pastus vel, ut placet Augustino ubi supra et Bernhardo in quodam sermone in Rogacionibus, amicus veniens est ipse qui a peccato redit ad graciam sibi ipsi: *Nemo*, inquit Bernhardus, 121[d] *michi carior, sum ergo maior quam egomet ad* | *me ipsum, quando autem attritus redeo ad graciam, tunc ad me redeo (iuxta illud Ysa. XLVI, 8: Reddite prevaricatores ad cor) tamquam fame laborans, confectus inedia, attenuatus ieiunio. Sed heu me miserum et mendicum*, necesse habeo pro recreacione sponsi ecclesie qui Iudam vocavit *amicum*.

God moves us first to penitence, then to good deeds.

C Sed ad intelligendum istam loycam oportet cognoscere quomodo sor senex differt a se ipso puero et quoniam sor est aliter in theatro aliter in domo; tunc autem stat de verbis sermone ista sanctorum sentencia. Sed cum non simus sufficientes ad cogitare ex nobis licet seclusi fuerimus ab ovili Christi ex defectu gracie, debemus tamen instanter petere pium patrem et cum sit amicus et proximus ponens animam suam ex parte nostra vel racione indignitatis petentis aut persone pro qua petitur vel irracionabiliter petiti, vel tercio segniciei aut inperseverancie in petendo non est incompossibile nos a petito deficere iuxta sentenciam Salvatoris Joh. XVI, 23: *Si quid pecieritis patrem in nomine meo, dabit vobis;* de isto dixi primo huius capitulo. Dat ergo Trinitas que est pater noster et per consequens Christus

Even if we have not received grace we must pray.

3. *exeat est securus.* Locus corruptus. Rectius: *nisi ut gratis exeat est securus.* 26. *De verbis sermone;* lectio incerta; cod.: *de vis.*

13. St. Bernardi Opp. tom. II, 297. 15. Apud Bernardum rectius: *Nemo quippe carior mihi, nemo germanior est. Ad me ergo de via venit amicus, cum transitoria deserens, ad cor redeo.*

Digitized by Google

The three loaves signify the Trinity.

qui est amicus noster racione sue magnificencie; qui tres panes intellecti personaliter sunt Trinitas, increata intelligentia, aut essencialiter sunt unus panis; nec est possibile | Deum accomodare nobis quicquam prestan- 122a
cius vel ad pascendum interiorem hominem utilius. Nec sequitur confusio prioritatis originis ex huiusmodi dacione, cum tota Trinitas sit prior quam ista dacio, missio dicit prioritatem mittentis ad missum. Quod si in isto contenditur, tunc dicatur quod Christus dat se ipsum et Spiritum Sanctum, et Pater dat Trinitatem licet (inquit Augustinus) paterfamilias Christus clausit hostium sic petenti et pueri sui ut Petrus, Paulus etc. Scribe scripture ut prophete veteris testamenti dormiunt in lecto beatitudinis cum Christo, sic quod deest prelato facultas, ut ipse sibi aperiat sensum scripture, perseveret tamen prelatus ecclesie, pulsans eum qui aperuit apostolis sensum, ut intelligerent scripturas et *manet cum sua ecclesia omnibus diebus usque ad consumacionem seculi;* et dabit hos tres panes qui sunt quotquot habet necessarios et ad omnem questionem scripture solvendam. *Quid*, inquit Augustinus, *illi sufficit cui Deus non sufficit?* Qui ergo habet hos tres panes sibi commodatos, habet ex prima persona potenciam ad faciendum et paciendum quicquid debet; nec sufficit potencia homini nisi habeat sapienciam suam potenciam dirigentem; ideo habet a secunda persona que est sapiencia increata Domini sa | pienciam cuncta sua opera ad eius commodum 122b
informantem. Sed quia tercio stat hominem habere potenciam et sapienciam ad operandum quod sibi expedit cum hoc quod desit volencia, ideo oportet quod habeat a tercia persona que est benivolencia patris ad filium complacenciam utiliter operandi. Quibus habitis necessarie proceditur in opus utile et sic Deus propriissime, utilissime, gloriosissime accomodat nobis se ipsum, a quo instructa erat ecclesia Dei ut aurem suam nostris precibus accomodet, non aurem carnalem sed vim increatam que eternaliter audit cuncta.

From the Father we have power, from the Son wisdom, from the Spirit will to do good.

3. *intelligentia;* cod.: *inielliti.* 7, 8. Cod.: *missio idem* (sic) *dicit.* 13. Cod.: *dormiant.* 19. *qui sunt;* addi debet e textu Augustini: *cibus et intelligentia Trinitatis.* 27, 28. Cod.: *sapiencie cuncta sui . . . . informantis.*

11. Augustinus ubi supra; but very loosely quoted. St. Augustinus: *Et ubi quaeras? Ubi nisi in dominicis libris . . . ipsum Petrum, Paulum aut aliquem prophetam interrogare non sineris . . . .* 17. Joh. XIV, 16.

Digitized by Google

D Et ad hoc quod dicta Trinitas nobis sapiat notat Augustinus ex textu evangelii quomodo pater carnalis non dat pio filio pro pane lapidem, pro pisce serpentem nec pro ovo porrigit scorpionem; per panem autem intelligit caritatem, per ovum autem et piscem intelligit fidem et spem; quia licet in tribus predictis panibus non fit inequalitas, tamen maior horum trium sequencium est caritas quam Apostolus dicit *diffusam in cordibus vestris*. Et sicut avis inmediate producit ovum, non pullum ut bestie, sic viator Deo duce producit spem beatitudinis in vasis fictilibus que primo vivificat prolem in patria per calorem matris ecclesie incubantis,
122c Math. XXIII, 37: *Quociens volui congregare* | *filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alis.* Piscis vivit in fluctibus, sic fidelis in tribulacionibus maris huius seculi; que omnes cedunt sibi ad commodum, ut patet Hebr. II. Caritati vero opponitur indurata malicia dyabolica; spei opponitur scorpionis invidi aculeus qui secundum posteriora pungit, cum spes, contempnens presencia et preterita que videntur, in anteriora celestia se extendit, ut loquitur Apostolus Phil. III. Nichil ergo tam diminutivum spei sicut retrospicere ad mundana. Quando autem mundus staret temptacionibus tanquam pluvia sodome sulphurea, metuendum est exemplum respectus uxoris Loth, que exhinc in statuam salis qua posteri condiendi sunt exemplariter est conversa. Ideo dicit Christus Luc. XVII, 12: *Memores estote uxoris Loth.* Quantumcunque igitur post dorsum de bonis fallacibus strepit mundus, noli retrospicere sed ad eterna futura ubi Christus est in dextra Dei sedens. Ad hoc enim miscetur amaritudo dulcedini, ut spes tanquam *anchora* stabiliens, sicut loquitur Apostolus Hebr. VI, 19, per subtiles poros trahat condientem dulcedinem per cuius fomentum perveniamus tuti ad portum celestis Jerusalem. *Ponamus ergo tute ovum substancialis galline, id est sapiencie in-*
122d *carnate,* | *que licet facta sit plumis hispida tamen dimissis*

The bread, fish and egg denote charity, hope and faith.

Looking back to worldly things deadens hope.

11. Cod.: *vivificam.* 13. Cod.: *Matth. 22.* 19. Cod.: *que.* 27. Cod.: *conversus.* 29. *post* deest in cod. Addidi e textu Augustini p. 541; ib. Cod.: *nolo.* Correxi e textu Augustini. 34. *condientem dulcedinem;* cod.: *coetem dulem.* 37. Cod.: *sancta.*

2. Ubi supra p. 543. 8. Eph. III, 17. 35. Augustinus ubi supra p. 546.

Digitized by Google

alis, voce fracta, quassa et lassa congregat pullos suos; pisci autem opponit Christus serpentem, quia mulier carnem signans instigacione serpentis antiqui fuit prima persona hominis a fide devia. Servatis igitur istis tribus virtutibus per exclusionem triplicis contrarii donata est 5 nobis Trinitas et per consequens nobis accomodata sine qua exemplante, proficiente et consumante nichil possumus facere ad nostri commodum.

Redeundo ergo ad propositum nos clerici debemus E accomodacionem ac conduccionem civilem contempnere 10 et mutuare usum simplicem usibilium a Deo accomodante accomodareque nostris fratribus in nomine Domini tam bona spiritualia quam fortune nichil inde sperantes pro statu miserie; et tunc Trinitas cum tribus donis suis preservat nos a civili commutacione, cum 15 reservamus nobis quendam usum accomodatorum et conductorum continue, sed et habuimus eorum naturale dominium utrobique. Notandum tamen quod in istis commerciis oportet Deum ex magnificencia sua dare se ipsum; alias non possumus dominari, quia (ut alias dixi) 20 non decet tam magnum dominum donare servienti aliquid nisi primo omnium det se ipsum. Et patet fallacia equivocacionis ac fallacia consequentis: licet clerico *accomodare* et *mutuare*, ergo civiliter.

Tres autem alii actus sunt *promittere, fide* | *iubere* atque 123' *deponere;* quos notum est esse genus civilitatis. Dominus enim promisit *dare filium Sare* (ut patet Gen. XXI, 1), Abrahe autem promisit *terram peregrinacionis* (ut patet Genes. XXVIII, 4) et ut breviter dicatur, quicquid Deus ordinat nobis dare, ponendo nos in spe eius, promittit 30 uno modo vel alio. Unde terra Canaan dicta est *terra promissionis*, nos omnes fideles *filii promissionis* (ut patet Gal. IV, 28). Et quicquid nobis Deus donaverit hoc promisit. Potest eciam homo promittere Deo et homini multa sine civilitate aliqua; ymmo stat civilem 35 dominum promittere alteri ad usum civilem, sine hoc quod promissio sit civilis, ut patet in domino donante subdito suo ex titulo elemosine usum civilem usibilis. Et patet quod promissio civilis procedit a civili dominio vel usurario secundum formam civilem gracia usus civilis 40 vel civilis dominii. Ad hoc ergo oportet eum attendere qui vult ex promissione promissum convincere. Quando

21. Cod.: *non* deest; ib. *servienti;* cod.: *yu.*

Digitized by Google

enim Deus promittit aliquid, hoc est pure ex gracia, licet uter se constituat debitorem. Quando eciam politicus promittit aliquid Christo ex voto, vel membro eius ex nudo titulo misericordie, non video quomodo secundum iura civilia convinci debeat ad reddendum, quia legiste non sunt procuratores in hac parte. Unde videtur michi religiosorum possessionatorum ambicio introduxit leges vocatas | humanas, quando secularis dominus concedit per cartam predia tali collegio quod in foro legis civilis contra heredem racionabiliter repetentem; primo quia (exponitur tytulo elemosine) dedit predia, non transfundendo exinde capacitatem clericorum ad dominacionem civilem et per consequens iura civilia non directe subveniunt clericis incapacibus civilitatis; tunc enim civilis sciencia excederet suum subiectum iudicans de illo quod excedit totam suam materiam.

A civil court should have no power to enforce alms,

F Secundo quia non videtur quare secularis dominus possit in ista convinci civiliter quin per idem ex verbali promissione, quia ex pura elemosina promittit mendicantibus tantum bonum. Sic enim promisit rex fratribus nedum verbo, sed suppono quod concessit eis per cartam multam pecuniam annuatim, et contractus verbalis sicut cartalis in materia civili eque cadit sub civili iudicio. Cum ergo non forum civile sed forum legis Christi sit competens ad discernendum de subtraccione elemosine exhibite mendicanti, videtur quod idem sit iudicium de elemosina maiori. Confirmatur: si omnia temporalia essent mortificata ecclesie, excluderetur civilitas. Cum ergo idem sit iudicium de parte et toto, videtur quod pars temporalium mortificata ecclesie plene subicitur foro clericali secundum legem evangelii.

even although the promise were formally made in writing.

Item, non spectat ad iudicem | politicum (in quantum huiusmodi) de spiritualibus contractibus iudicare, sed huius sunt omnes possessionatorum elemosine, ergo conclusio. Non enim licet sibi rectificare illud quod concessum est Deo per votum, sed hoc est principale in omni dotacione huiusmodi (ut patet ex principio capituli XIV huius V, ergo etc.; per idem enim discuteret elemosinas decimarum et proporciones testamentorum, cum in omnibus istis contrahitur debitum quoad Deum;

The essential thing in all promises of endowment is the vow to God.

2. *uter;* cod.: *ut'*. 7. Cod.: *interduxit*. 9. *civilis;* adde: *sint*. 12. Cod.: *ad* deest. 21. Cod.: *per* deest. 28. *essent* twice; ib. Cod.: *excluderet*.

38. Vide supra pag. 235.

Digitized by Google

Even as to man it is binding only on the conscience.

et si quoad proximum, hoc est in foro consciencie, quia non est civilis dacio, sed pure ex titulo elemosine. Cum ergo rectificata elemosina rectificatur tota iniuria, videtur quod sicut pertinet clericali iudici rectificare elemosinam in foro consciencie quoad Deum, sic et totam causam. Ad illud ergo forum spectat discutere accessorium, ad quod pertinet discutere principale, pura ergo lex divina de istis iudicat.

All gifts must be distributed fitly according to circumstance.

Item, contra racionem naturalem est quod liberalis distribuat nisi quibus oportet, quando oportet et prout oportet (ut patet ex IV Ethic). Sed fundator talis elemosine cum toto suo genere opus facit liberalitatis in dotando particularem ecclesiam, ergo iste condiciones racionabiliter sunt servande, sed de necessitate persona illius generis cui competeret dicta hereditas ad magnam inopiam dicte | liberalitatis circumstancia, ergo et do- 123[d]
tacio virtuosa. Et super illa racione fundatur lex canonica Johannis XXII, *Quicunque*, secundum quam abbathie fundate per patronos tenentur subvenire suis heredibus ad inopiam devolutis; foret enim opus prodigalitatis dare indigentibus ultra sufficienciam facultatem, et per consequens de lege nature est quod persona generis concedens alteri talem elemosinam pro tempore necessitatis participet, ymmo ex natura condicionis suam reputat, cum non donavit nisi ad elemosinam que iam cessat; non enim est elemosina contra racionem auctorisare abusum proximi; ubi igitur lex nature per se sufficit superfluit leges humane inducere.

It is an important circumstance if the heir of the founder is in poverty.

Item (ut sepe assumpsi) omnis talis elemosina, con- G
cessio vel promissio est condicionalis: cum Deo placuerit;
sed Deus non approbat, ymmo reprobat abusum elemosinariorum, ergo formam concessionis. Sequitur enim: Talis fundator solum donat hiis clericis hanc elemosinam pro tempore suo quo Deus in eis approbat huiusmodi usum elemosine in dictis clericis; ergo dictus fundator non dat istis dictam elemosinam pro modo. Et si dicatur quod dictus fundator dat dictam elemosinam pure et absolute, certum est quod non potest. Nam ut declarat dominus Armachanus IV. De Questionibus Armeniorum capitulo | XIV Deus non permittit 124[a]

16. Hic locus corruptus est. 18. Cod.: *Jo 77* (sic). Decretalem supra memoratam non inveni. Est pocius decretalis *Quicunque* in Decreto sec. pars, quest. VII, cap. XXX. 21. Cod.: *indigenis.* 23. Cod.: *alteritatem seu alteritative.* 24. Cod.: *suum.*

Digitized by Google

quicquam creature sue nisi sub condicione futura est ipsa causa continens sicut condicio. Unde VII. ostendit idem dominus quod Romana ecclesia quicquam statuens subintelligit condicionem tacitam, quam diu racionabi-
5 liter Romane ecclesie illud placuerit. Multo magis ergo debet subintelligi *quam diu Deo placuerit,* ut docet Jacobus IV capitulo. Unde dominus Nicholaus dicit in decretali *Exiit qui seminat* quod fratres licite uti possunt donatis durante concedente licencia; quare ergo
10 non debet condicio illa subintelligi in aliis clericis elemosinariis. Numquid credimus quod domini possunt Deo invito vel non previe approbante quicquam concedere? Consequitur ergo de natura rei, si creatura quicquam promittit vel donat, hoc facit, de quanto Deus
15 approbat vel prius donat; sed certum est quod Deus non approbat ut fiat elemosina suo proditori, dum est huiusmodi, quia tunc elemosinatus abutens bono ecclesie ut sic se ipsum dampnificat.

All gifts and endowments must be under the condition: so long as it pleases God.

Item, pono quod dominus prior placitat cum Paulo
20 fundatore seculari elemosinam domino prius exhibitam detinente, et ostendat Petrus cartas donacionis, et suppono tanquam principium quod dicta dotacio fuit opus misericordie ac elemosine: tunc arguo sic pro Paulo: Carte
124[b] iste subintelligende sunt cum triplici | condicione, primo
25 quod tu et tuum collegium preservemini a mortali, secundo quod maneat elemosina vos iuvare, et tercio quod donacio mea liberalis sit proporcionalis residue facultati; sed omnia ista modo deficiunt; ideo carta ista non infert tibi ius ad donatum. Omnes iste condi-
30 ciones videntur ex fide fundari, sed probacio vel inprobacio istarum non spectat ad civile iudicium sed forum consciencie, ergo nec probacio iuste possessionis tue, ideo inprudenter in foro incompetenti contra scripturam prohibentem nos contendere. Repetitis aliena, non
35 credas quod tantum insanierim ut concesserim tibi et tuis complicibus patrimonium mei generis quomodocunque vixeritis. Deus enim non potest ad tam laxam

Defence against a claim for the payment of endowment.

2. *continens;* cod.: *contin*[s] *(contingens).* 17. Cod.: *elemosina cum abulens.* 19—21. Locus hic in textu sic habetur: *quod Deus prior placitat cum Paulo fundare seculariter domino elemosinam prius exhibitam detinente . . .* 33. Cod.: *infero in competenti.* 35. Cod.: *concessum.*

2. Opera Ardmachani conferre non potui. 7. Cf. Jacob. IV, 15. 8. Sexti Decret. lib. V, tit. XII, cap. 3.

Digitized by Google

facultatem concedere, quomodo ergo ego instrumentum Dei, qui non possum quicquam donare nisi Deus donans me moveat ad ministrandum in suo nomine. Quod si dixeritis vos preservari continue a mortali, abnue proprietatem sicut Christus, apostoli et ceteri sancti 5 fecerunt, renuentes temporalia ablata a populo. Quomodo ergo pars vestra actrix probabit quod a tempore dotacionis non labebamini in mortale?

Endowment forfeited by abuse cannot be revived by return into grace.

Sed dicis concessa esse tibi temporalia quando- H
cunque post mortale resurgis in gracia; quero ad quod 10
est perfecta nova | concessio post intercisionem posses- 124[c]
sionis iuste. Non a me vel meo genere, quia tunc invite et ignoranter et per consequens inmeritorie hoc faceremus. Nec sufficit quoad faciem ecclesie nuda Dei concessio, ut pro puro dono Dei mecum contenderes, 15 quia sic potest quilibet fingere absconditum Dei donum. Ideo nunc non sunt tibi plus mortificata quam ante dotacionem, quando eras in gracia. Hec ergo nova possessio requirit coevum noviter donatorem.

Alms are for those who are in misery; not for the proud and pompons.

Quoad secundam condicionem, cum omnis elemosina 20
vel opus misericordie quod domini est requirit prudenciam, ut relevetur creditus miser a sua miseria et olym exspiravit prima donacio, non videtur misericordie elemosina donare vobis hec temporalia, specialiter cum tam dominanter superbitis contra doctrinam Christi in 25 opere et in sermone et contra professionem ac doctrinam patronorum vestrorum, nec non mendaciter contra signum rasionis capitis signantis reliccionem temporalium, ut dicit Jeronimus epistola ad Pamachium, ponens quod illa rasio signat tale peccatum, quia signum men- 30 dacii in abstracto; nec potest dici quod donatum versum est in non elemosinam, quia ex quo annuatim renovantur nobis redditus, oblaciones et decime, dantes cum non sint servi clericis vel ovile ministri propter inpossibilitatem civilitatis in clericis | oportet eas mi- 124[d]
nistrari tanquam elemosinas, ut Augustinus dicit de Decimis. Sed tamen prohibetur specialiter clericis mini-

30. Cod.: *signat* deest. 34. Hic locus corruptus esse videtur.
35, 36. Cod.: *eos ministrare.* 37, 1. *ministracio de;* cod.: *ministrallis.*

29. In epistola Hieronymi ad Pamachium super obitu Paulinae uxoris Ep. XXVI, Opp. I, 214 iste locus ad verbum non habetur.
37. St. Augustini Sermo CCLXXVI et CCLXXVII Opp. tom. V, App. p. 460—462. Et hic locus non ad verbum e sermone Augustini depromptus est.

Digitized by Google

stracio de bonis ecclesie, quanto magis non ministraret laycus bona pauperum vocato clerico qui (ex XIV capitulo huius) est hereticus et sacrilegus et blasphemus. Numquid non gratis consenciens sibi ad abusum dampnabilem et fomentum sui facinoris peccato participat? et opus itaque misericordie et spiritualis elemosine foret a tali instrumentum peccandi subtrahere, ut exemplatur in fine capituli XIV huius.

To give to such is to consent to their sin.

Tercio quomodo stat lex liberalitatis quam Aristoteles tradidit IV Ethic. quod gratis detur quibus oportet, quando et qualiter valet, cum dans egenus est de bonis ecclesie relevandus et clericus est mendicus validus, ac, iuxta quintam conclusionem in fine XIV capituli, bona ecclesie debent a magis ydoneis et indigentibus sive clericis sive laycis ministraliter occupari? Non enim differt mendicacio qua mundo pauperes mendicant minuta a mendicacione clerici possessionati, nisi quod secunda est peticio elemosine sub palliata indigencia adiuncta mendaci vocata iusticia, scripture contraria, cum rapina per censuras ex potestate clavium ypocritice simulata et cum maiori ingratitudine et ex maiori obligans solucione circa grandius mendacium. Pensatis
123* itaque circumstanciis aggravantibus nequiciam | mendicandi invenitur quod illa mendicacio sit facinorosior inter omnes. Quomodo ergo pacificabitur populus laicalis, dum commiscetur cum talibus hereticis peioribus mundanis demonibus. Cum ergo omnes sumus obligati facere voluntatem Dei secundum legem evangelii et nature, insurgamus omnes concorditer subtrahendo ab hostibus periculosissimis medium per quod irregulariter inficiunt nos et ipsos. Quandocunque fit de istis, videtur michi illicitum clericis in foro civili et persona propria pro suis contendere.

The begging of the endowed orders is false and wicked.

1 Ex istis videtur quod carte clericis possessionatis superfluunt, cum carte caritatis per se sufficiunt. Carte enim humane sunt seminaria litium et dant presumpcionem possessionatis ad confidendum quod titulus humanus fit sine titulo caritatatis. Oportet enim clericum abutentem donario, cum ex abusu decidit ab eius

With regard to these orders all charters are superfluous.

20. Cod.: *ypocrite*. 22. *obligans*; ita cod. 31. *fit*; adde *sermo* seu pocius legas: *quomodocunque sit de istis*.

9. Aristoteles Ethica Nicom. IV, cap. 1.

Digitized by Google

dominio, potest habere plenum titulum novi doni, sed non superest a quo nisi a Deo secundum titulum caritatis. Ideo sicut iste titulus per se sufficit sine carta post restitucionem divinam factam ex gracia, sufficit et ante. Secundo patet differencia inter elemosinariam dacionem et contractum empcionis vel donacionis in quo transfertur civilis usus sive dominium. In primo quidem subintelligit donans in donatorio observanciam caritatis, quia aliter non manet elemosina. Contractus autem civilis non discutit hanc condicionem sed contrahens civiliter gratis exuit se a civili dominio; | sic 125b non fit in donacione bonorum ecclesie (ut patet inferius). Et hec racio quare civilis dominus debet dominium suum in foro civili repetere, quia non obest condicio subintelligenda in carta sua, ut ex defectu gracie liceat vendenti repetere sicut obest in dacione elemosine.

Difference between alms and civil contract of sale or gift.

Tercio videtur sequi ex istis quod si iudex civilis dominus defendat clericum contra fundatorem suum bona ecclesie spoliantem, hoc facit solum per accidens aut secundum legem evangelii vel nature; per accidens dico, in casu quo partium perturbacio vel alia causa civilis per accidens committetur. Sic enim contrahuntur cause multe per accidens in defectu prepositi ad aliena iudicia, et secundum legem evangelii quilibet tenetur iuvare fratrem suum. Ideo secularis dominus ad hoc potest potestate ut in tali casu iuvet oppressos clericos et laycos opprimentes, quod Christus exemplavit, qui veniens ut rex in Jerusalem numulariorum effudit es et mensas subvertit, ut dicitur Joh. II, Math. XXI, et Augustinus super Johanne Omelia IX hoc figurat quod clerici *querentes que sua sunt* et negociatores sunt eiciendi de ecclesia. Unde in De Questionibus novi et veteris testamenti, *antequam ecclesiasticus quis sit, licet eis negociari, sed facto clerico iam non licet;* ponitur autem idem cum multis dictis sanctorum in decretis LXXXVIII distinccione | capitulo *Fornicari;* illam ergo potestatem 125c

When a secular judge supports a clergyman against a founder, it is by accident or in accordance with gospel law.

14. Cod.: *donum suum.* 22. *parcium;* cod.: *pare.* 32. Cod.: *sua* deest.

31. Rectius *Omelia X.* Opp. III, 2, 370. 31. Cf. Et tract. CXXIII. In Joh. Ev. cap. II, Opp tom. III, 2, 817. 32. Philipp. II, 21. 33. Augustinus In libro quaestionum veteris et novi testamenti cap. CXXVII. 37. Dist. LXXXVIII, cap. X.

Digitized by Google

corrigendi tam clericos quam laycos habet quilibet christianus, sed domini seculares et per potenciam civiliter coactivam. Unde Augustinus Omelia 9[a]: *Unusquisque christianus in membris Christi zelo domus Dei comedatur.* Quando autem tantus est fervor christiani ad edificacionem ecclesie quod exponit se suscipiendo obprobria et penas usque ad mortem sicut Christus fecit, prius flagellans Judeos antequam fuerat flagellatus, tunc perfecte comeditur assimilatus membris ecclesie; panis enim qui est caput ecclesie comedit comedentem se, nichil autem plus placet Deo quam zelus ecclesie (ut patet de Finees Numeri XXV).

In what cases clerics may be brought before a lay court.

K Unde Exod. XX, 5 vocatur Deus *fortis zelotes* vel ut aliis placet, illud Psalmi LXVIII, 10 sic intelligitur *zelus* quem Christus habet ad domum Dei fuit causa quare Judei exprobrarunt, detraxerunt et cruciarunt Christum usque ad mortem; et ista vocatur vulgariter in lingua Judeorum *commestio.* Omnis homo habet zelare modo suo pro ecclesia corrigenda, quomodocunque sufficiat; sic ergo laycus credens clericum esse indignum temporalibus iuvat eum ex lege Christi, licet de dignitate illa clericali potest conveniri coram iudice seculari in defectu correpcionis seu pontificis et in causa civili in quam degenerans se involvit; sed manendo clericus 125[d] liber | est ab omni exaccione civili. Si autem occupat bona iniuste collata, debet gratis cedere ad mandatum sui prepositi illo dicto: si furatur, occidit, vel alios actus illicitos clericis et laicis licitos fecerit, videtur michi quod ad forum civile in defectu fori spiritualis licite potest trahi; nec moveat si actus clerici et layci sunt eiusdem speciei; actus autem layci sunt civiles, ergo et actus clerici; nam operaciones possunt dupliciter intelligi vel in specie vel absolute quoad naturam operacionis secundum habitudinem ad habitum principantem, ut eadem procreacio que fuit in coniugato operacio virtuosa est in sacerdote execrabilis fornicacio vel incestus; sic de actibus qui forent civiles et per consequens liciti layco, sunt non civiles et omnes extra ordinem in clerico. Sunt ergo eiusdem speciei quoad naturam actuum, non quoad genus morum, cum unus sit virtuosus et

4. Cod.: *zelus.* 12. Cod.: *Num.* 2. 15. Cod.: *zelus quam.* 18. Cod.: *lingua* deest. 23. *vel;* cod.: *omne* before *in.*

3. Rectius Om. X, Opp. III, 372.

Digitized by Google

alius viciosus; nec sufficit sensus extrinsecus illud genus destruere, sicut actus sensibiles, sed oportet secundum intellectum habere noticiam morum. Ex istis videtur michi inpossibile secundum leges humanas vel divinas dotacionem cleri in temporalibus quoad civilitatem perpetuam vel instantaneam stabiliri; patet tum ex incapacitate civilitatis in clericis, tum eciam quia cadendo a gracia non obstantibus omnibus iuvamentis possibilibus cadit a possessione atque dominio, | sic quod non est 126a in possibilitate legis vel prudencie humane perpetuitatem talis elemosine confirmare; sed maneat fidelis clericus usurarius bonorum ecclesie ponens per se causam dominii in gracia quoad Deum. Unde videtur quod clericus in quantum sollicitat se ad querendum talem securitatem temporalium hic in via excidit ab eorum dominio, quia est negociacio detestabilior quam mercacio civilis bonorum mobilium.

It is impossible to give endowments to the clergy in civil dominion.

Ex isto videtur quatuor mercaciones possessionatorum esse Deo odibiles: appropriacio prima ecclesiarum ut postposita utilitate communi privatum cenobium copiosius secundum fastum seculi conversetur; secundo vendicio missarum vel aliorum spiritualium suffragiorum exorto pacto pro moneta vel redditu temporali; sive enim servetur pactum a facie ecclesie, sive solvatur per excusaciones sophisticas quod quotidie oratur pro tali ac totidem in communi, sive quod non sit facultas habendi oratores huiusmodi pro defectu redditiuum vel personarum habilium, que onus religionis volunt accipere vel quacunque alia excusacione palliata. Utrobique videtur prius actus sapere mercandiam prohibitam ymmo (quod est execrabilius) symoniam, ideo collegia debent ex institucione redditus tales a se excutere, cum stultum sit contra naturam status mundi habere sollicitudinem et securitatem in transitoriis nedum prosequitur suis posteris, ubi tam scriptura quam natura | negat hoc 126b dominis temporalibus pro suo genere carnali, ut vel sic discamus paciendo tribulaciones contempnere temporalia pro eternis, ut diffuse declarat Augustinus in de Verbis Domini Sermone VI et super Psalmo LXX.

Four ways of getting hateful to God which are used by possessioners:

1. appropriation, 2. selling masses, and that whether the bargain is kept or the buyer is defrauded.

8. Cod.: *mīa (= misericordia) mentis po*^*us* *(= posicionibus).* 35. Cod. *dominus.*

40. Opp. tom. V, 357 seqq. IV, 2, 780.

Digitized by Google

Tercia mercacio est corrodiorum vendicio in qua utraque pars mercancium tam sanctitatem pro lucro nanciscitur sicut in foro venali pro bove vel asino, ubi tamen nec vendicio habet titulum assecurandi de bonis ecclesie secundum formam contractuum; nec licet institutori contra regulam capitalis domini emere bona pauperum. Unde quot fraudes et dispendia quoad mundum eveniunt e mercandiis huiusmodi noverunt attendentes ad cursum status ecclesie.

3. The sale of corrodies which is wrong in itself and full of abuses.

Quarta mercacio est qua clericus possessionatus negociatur circa perquisiciones redditiuum in se vel aliis, post collectam monstruosam redditiuum multitudinem habita licencia mortificandi a domino capitali proceditur ad perpetuam dotacionem date ecclesie. Ista negociacio est eo perversior quo perquisicioni civili propinquior, quoad tempus diuturnior, quoad valorem maior, quoad defensores forcior, quoad casus religiosorum est turpior, quo de bonis pauperum et eo sic perquirentis mercacio est iniustior, quo finis intencionis secundum simulatam sanctitatem est a veritate obliquior. Suggeritur enim
126ᵃ quod servata regula | paupertatis placencius serviatur Deo et copiosius ministretur pauperibus, et tamen mundus clamat factum decere oppositum. Si ex hinc multiplicantur ornamenta, servientes, lauticie et omnis gestus secundum fastum seculi irreligiosius quam domini seculares, nonne tales thezaurisant sibi ut sic venditam racione bonorum pauperum quos defraudant prohibente Apostolo Tess. IV, 6, *ne quis in negocio circumveniat fratrem suum, quoniam vindex est Dominus.* In hiis omnibus caveant sentenciam Augustini tractatu primo Psalmi LXX, 15: *Quoniam non cognovi negociacionem, introibo in potencias Domini. Negocium,* inquit, *dicitur quasi negans ocium, id est, quidem contemplacionis propter perturbacionem cum seculo iuxta illud Psalmi XLV, 11: Vacate et videte, quoniam suavis est Dominus.*

4. The purchase of great rents, which by aid of a mortmain licence they make into a perpetual endowment.

M Unde condicio pontificis est eadem, ergo si propterea iste laudem Dei dicit, quoniam non cognovit negociaciones, corrigant se christiani, non negocientur. Si ergo nego-

Even lay christians should avoid buying and selling;

1. Cod.: *codirum (condimentorum?).* 3. Cod.: *panciscitur.* 5. Cod.: *contractui.* 18. Cod.: *et non sic.* 25. *irreligiosus.* 26. *seculares;* hic unum verbum deest: *habent* seu *exhibent.* 31, 32. *negociacionem;* rectius: *literaturam.* 36. *condicio.* Cod.: 9ᵒ *(= nono)* ib.: idem. 37. Cod.: *negaciones.*

30. St. Augustini Opp. IV, 730.

Digitized by Google

much more priests.

ciacio sit tam periculosa laycis, quanto magis in clerico cui limitatum est vivere de elemosinis et oblacionibus et decimis. Si enim in primitiva ecclesia oportuit eciam laycos renunciare omnibus suis, ut intrent in religionem Christi (sicut patet Actuum IV), quomodo tam varie *Jordanis* | *iam conversus est retrorsum*, ut adquirat cleri- 126[d]
catum propter temporalium copiam et facultatem copiosius mercandi; ideo enim clerici *non vendunt possessiones et ponunt precia ante pedes apostolorum ut sint eis cuncta communia* sed perquirunt cum bonis pauperum proprietatem redditiuum, ut quadam proprietate excellant in fastu seculi; quod est detestabile in persona layca. Unde Crisostomus in Inperfecto Omelia XXXI de puris, et ponitur in decretis LXXXVIII distinccione, *dicit: dominus quod eiecit ementes et vendentes de templo designat quod mercator nunquam potest Deo placere. Et ideo nullus christianus debet esse mercator aut si voluerit esse, proiciatur de ecclesia, dicente propheta: quia non cognovi negociaciones, introibo in potencias Domini.* Et ponit exemplum de mediatore inter duos inimicos qui volendo placere utrique declinat ad maliciam in parte alterutra; sic mercator medians inter Deum et mundum incurrit quandoque periurium sive mendacium altero communicante dicente quod mercimonium tantum valet et altero quod non tantum. Et quantum ad substanciam suam dicit Crisostomus quod *penetrat sicut triticum cribratum et in fine solum remanet palea peccatorum.* Et vocat mercatorem vel negociatorem *quandocunque qui rem comparat ac integram et inmutatam vendendo lucretur.* | Videtur ergo esse sentencia huius 127[a]
sancti quod omnis civiliter dominans vel negocians peccat ad minimum venialiter sic vivendo; quod si vendat merces emptas preter vite necessaria propter questum peccat mortaliter, quia contra legem nature qua debet alteri facere sic racionabiliter sicut debet velle sibi fieri, defraudat per Christum; et quia taxacio vite necessariorum est nobis impossibilis sine errore, propter circumstanciarum infinitatem ac incertitudinem

14. Cod.: *de puris;* ita cod. 29. Cod.: *inmutatd.* 34. Cod.: *qui contra.* 35. Cod.: *sicut* deest.

6. Psalm. CXIII, 13. 8. Act. IV, 34, 35. 13. Chrysostomus in Matth. Op. Imp. Hom. XXXVIII ad cap. XXI Opp. tom. VI, p. CLIX. Decret. prima pars dist. LXXXVIII, cap. XI.

Digitized by Google

est ista valde ambigua et a vita apostolorum plurimum elongata; ideo debet esse a quolibet clerico aliena, eo quod periurium vel verbum ociosum ex uno latere et questus aut fastus cupiditas ex alio difficultant mercantes
5 ad observanciam caritatis. Si enim mercator preponit dileccionem Dei dileccioni temporalium, tunc homines, subiecciones et labores circa cultum Dei preponit ante talia facta pro temporalibus adquirendis. Et istam racionem prestancie amoris ex passione tribulacionis
10 deducit Augustinus in de Verbis Domini Sermone IX contra mercatores et venditores.

N Item, si observat caritatem sui et proximi, tunc non queritur plus pro temporalibus quam est necessarium pauperi statui christiano; et tunc non video quod tam
15 sumptuose viveret aut tam subito ditaretur.

Merchants should be content with earning what is simply necessary.

Item, si caritative mercatur, tunc principaliter propter
127b honorem Dei et utilitatem ecclesie quam | prefert bono privato laborat quantum est necessarium ad bonum reipublice, sed forte observata regula mercantes darent
20 se laboricio et vite pauperi promittentes possessores vendere sua venalia; sicut enim Deus ordinavit unam terram iuvare reliquam in usibilibus et econtra, ita ordinavit communicacionem mutuam, ac necessitati sua vendere, caritative communicent cum extraneis in moribus
25 cunctis temporalibus proferendis. Cum ergo solum activis laycis competit talis mercacio secundum regulas caritatis, quam monstruosum foret clericis, quibus limitatum est vitam apostolicam vivere de decimis et elemosinis, aliis mercari. Si ergo regum est iustas leges
30 scripture conformes condere et eas in observancia legis Christi religionis et utilitatem reipublice practizare (ut patet capitulo secundi huius) cum quanta diligencia statuerent principes seculi et vetarent, ne clerici sui mercarentur cum elemosinis suis, immo pauperum,
35 specialiter, cum secundum beatum Gregorium ut patet in libro . . . in fine capituli . . .) et secundum Crisostomum Omelia XXXI Operis Inperfecti, pax et tranquillitas regnorum stat in religionis observancia sacerdotum. Si ergo secundum iustas leges Anglie rex in

God ordained trade, but only for laymen.

4. Cod.: *difficultans.* 8. Cod.: *ad querendum.* 11. Cod.: *venatores.* 20. *possessores;* ita cod. 24. Cod.: *caritatem.* 32. Cod.: *cum quarta.* 34. Cod.: *immo* deest.

10. St. Augustini Opp. tom. V, 383. 35. Cf. St. Gregorii In Psalmos Opp. III, 556 et saepe alias.

Digitized by Google

cleri mortificacione facit inquiri populo ad quod dampnum huiusmodi perquisicio cedit regno? Et item cum semper sit infra | etatem ad faciendum complementum 127[a] iusticie, quanta diligencia mandaret et remandaret ad inquirendum redditus huiusmodi perquisicionem enor- 5 mem reipublice turbativam, nedum si testes decepti sunt de valore rei quoad regem, dominos et regnum pro cunctis futuris temporalibus, sed quanta circumvencio facta est undique; et credo quod politici non taxarent dampnum faciliter, precipue pensato quod 10 clericorum proditoria irreligiositas sit regno infinitum dampnabilior quam prodicio cuiuscunque temporalis possibilis. Et tunc credo quod scrutator regis discerneret omnia clericorum suorum perquisita temporalia confiscanda; et si Deo placeret, hoc esset frenum clericis, 15 ne tam dampnabiliter populum taxarent. Mira res est et horrenda auditu quod volumus mendicare suffragium ab humanis legibus ut temporalia irregulariter impetremus et irreligiosius defendamus, et tamen (quod cederet nobis ad comodum) nolumus per easdem leges 20 coherceri vel corripi, ut bona aliena religioni nostre contraria abnuamus, iniuriantes in hoc cuilibet potestati, non recolentes de sentencia beati Augustini in De verbis domini sermone VI, quod Deus non admittit inimicos ecclesie nisi quantum prodest temptando et probando 25 fidelibus.

Enquiry should be made as to the extent of the clergy's acquisitions.

It would lead to confiscations.

Ideo sive bonus sive malus tibi prefuerit parendum O est in omnibus que non sunt contraria divinis | consiliis. 127[a] Si enim martyres in primitiva ecclesia contempserint bona nature, temporalia, eciam ipsam vitam pro edifi- 30 canda ecclesia et bonis patrie quomodo refrigescit caritas in nobis quod non obedimus dominis fidelibus auferentibus a nobis sua temporalia ad nostri commodum; unde sicut ista quoddammodo monstruose et onerose nobis addiderant tanquam capillos superfluos, sic habent 35 potestatem ipsa tollendi ad nostri commodum et utilitatem ecclesie; et in signum parvipensionis et abnuicionis temporalium (que capilli signant secundum Augustinum et Jeronimum) huiusmodi nos clerici utinam

The martyrs gave their lives for the good of the Church; we refuse to part with our goods for that end.

1. *populo;* ita cod. 6. Cod.: *turbativa.* 14. *omnia;* cod.: *aia* = *anima.* 24. Cod.: *admittet.* 25. Cod.: *templandi et probandi.* 29. *martyres;* cod.: *matres.* 35. Cod.: *habet.*

23. Opp. tom. V, 362.

Digitized by Google

non false ac ypocritice capillos capiti habemus sic abrasos; illi, inquam, non gratis sustinerent martirium pro lege Christi tuenda qui remurmurant contra legem auferentes sua temporalia. Notaremus ergo in nostra discrasia exemplum Augustini manuducens nos clericos ad obediendum principibus in hac parte: *Sicut*, inquit, *pueris insensatis ad lutum ludentibus eciam manus inquinantibus, pedagogus severus cum venit, lutum de manu excutit, codicem porrigit, ita voluit Deus per principes sibi subditos terrere corda insensata puerilia, ut abiciant lutum de manibus et aliquid utile faciant.* Nos clerici debemus libris sacris intendere, lutum terrenorum in operibus nostris excutere et dominis secularibus iuxta formam scripture que est pedagogus noster in omnibus licitis comparere.

Rash vows are sinful, but fulfilling them more so.

128ᵃ Sed redeundo ad propositum | videtur quod nemo promittit simpliciter aliquid in communi nisi quod Deus decreverit tribuendum digno vel quod tribuetur vel quod dignum est ut tribuatur. Non enim est promissio possibilis, nec vovens nuncupative contra Dei voluntatem promittit proprie nec tenetur solvere quod videtur promittere, licet peccet in vocata temeraria promissione et implendo dictum temerarium plus peccaret. Probatur, ponendo quod promittam tibi sicut debeo denarium in communi, tunc iuxta dicta subintelligenda est condicio: *Si Deus voluerit*, et per consequens ad hoc quod dictum meum sit simpliciter promissio, oportet ipsum sequi promissionem Dei precedentem; sed Deus nichil promittit nisi quod dat vel protinus detencionem punit, ergo aput Deum est signare singularem denarium quem promitto. Deus enim intuetur illum quem debeo dare, licet ego et omnes nos viantes ignoremus eum, quousque dacio compleatur, sicut differendo promissum ignoramus respectu cuius denarii signata fuit nobis oportunitas ut daremus. Et si arguatur quod tunc non satisfacerem dando alium denarium, dicitur quod sicut est necessarium illam promissionem procedere, sic necessarium est illum denarium promitti et dari vel

1. Cod.: *habemus* deest. 3. Cod.: *que*. 8. Cod.: *severius*. 10. Cod.: *terre;* ib. Cod.: *insensata* deest. 13. Cod.: *excutere* deest. 19, 20. Cod.: *inpossibilis nec pugnes* (sic) *aut vovens*. 27. Cod.: *ipsi*. 37. Cod.: *illa*.

5. St Augustini Opp. tom. V, 364. Sermo LXII, al. VI.

Digitized by Google

culpabiliter retardari; nec aliter foret illa promissio; verumtamen conceditur quod stat satis si est secundum aliam promissionem, cum contingens ad utrumlibet sit quod sic promiserim. Et per istam logicam tolluntur P multe instancie, ut puta quod debeo orare | vel ieiunare, 128b vel ad iniunctum servicium nobis indeterminatum facere; quando Deus limitat nobis opportunitatem, licet ipsam ex desidia ignoremus, debemus servicium Dei iniunctum perficere pro uno tempore sub pena peccati venialis et pro alio sub pena mortalis. Et patet quod vovens quic- 10 quam inprovide vel condicionaliter, cum quo Dominus dispensat ne ipsum sibi solvat sed per aliud recompensat, non simpliciter vovit, sed promisit Deo illud, scilicet aliquid quod Christus ordinavit eternaliter sibi dari, quia si rite promittit aliquem effectum videtur 15 solum nuncupativa.

Promises; celestial, evangelical, civil.

Ex istis colligitur quomodo distinguitur promissio celestis et evangelica et civilis: Celestis quando servus Dei promittit cultum pure pro beatitudine adquirenda, ut patet de votis religiosorum; promissio vero evan- 20 gelica est, quando quis ex caritate promittit super beneficium temporalium sine forma quam lex humana principiat. Et si assit illa forma et finis sit usus civilis vel civile dominium, tunc promissio est civilis qualem faciunt communiter mercatores. 25

Suretyship. All Christians should be mutual sureties.

Ulterius pro secundo actu politico videndum est quomodo fideiussio licet clericis. Si enim fideiubere sit fidem dare pro proximo, videtur quod omnes christiani debent alterutrum esse fideiussores, cum quilibet debet dare omnia bona sua et usque ad vitam pro salute 30 proximi, nec noster Deus dat | nobis fidem nedum 128c obiectivam que est ipse Deus et quotlibet veritates formaliter intellecte secundum racionem distincte, sed eciam fidem subiectivam. Ideo modicum est si retribuimus sibi fidem. Coniugati eciam faciunt sibi fidem 35 reciproce sicut spirituales prepositi et sui subditi, conpatres eciam infancium baptisatorum fidem iubent pro ipsis, ymmo (si bene prospicimus) omnes christiani debent iubere fidem pro omnibus, cum omnes sint fratres eiusdem domus Dei pro qua debent zelare plus 40 quam pro domo propria, ut docet Augustinus super

6. *servicium*; cod.: *secundum eius*. 14. Cod.: *sed aliquid*. 16. *nuncupativa*; ita cod. 29. Cod.: *cum quibus*.

Digitized by Google

Johannem Omelia nona, non quod cuiquam sufficiat curare se ipsum solummodo sed et peccata aliena, quia servus condempnatus est ex pigricia non quia prodidit, sed quia super lucro servavit. Igitur cum quodlibet membrum ecclesie debet iuvare quodlibet, ministrando pro pari lege, debet iuvare discrasiatum quodlibet ad statum armoniacum reducendo quidlibet secundum potenciam sibi datam. Ideo dicit Augustinus christiano contra predicatores notabiles: *Terre quos potes. Nolite*, inquit, *quiescere lucrari Christo, quia lucrati estis a Christo.* Nec contra istam correpcionem valet exempcio peccatori, cum Christus in templo primo omnium corripuit sacerdotes; privilegium enim Christigenis ad deterioracionem non est privilegium nisi forte vronice, de quanto privat dampnabiliter legem Dei. Et istam sentenciam dicit Crisostomus
128[d] Omelia | nona supra. Licet autem fideiussio pertinet ad omnes homines, tamen gradatim dispariter, cum maior in gracia est fratribus obligacior, et pacis spiritualis ex accepcione oneris curandi est obligacior laico, non sic curato.

Celestial pledges may be of God to man or vice versa.

Q Et patet ut supra, sicut est triplex ecclesia, scilicet triumphans uniformis et militans bipartita, scilicet activorum et contemplativorum, sic est triplex fideiussio, scilicet celestis, evangelica et civilis; celestis ut a Deo vel homine; a Deo ut Jerem. XI, 4, 5: *Ero vobis in Deum, ut suscitem iuramentum quod iuravi patribus vestris.* Iuravit Dominus Abrahe Genes. XXII, Ysaac Genes. XXVI et Jacob Genes. XXVIII. Ex quo sanctus Apostolus II ad Thim. II, 13 capit consequenciam quod *Deus fidelis est, se ipsum negare non potest.* Et Augustinus cum aliis sanctis confitetur catholice Deum esse debitorem nostrum (ut patet De Verbis Domini Sermone XL). Apostolus autem confitetur se esse debitorem *Judeis et gentibus* ex fideiussione spirituali (ut patet Rom. I, 14). Fideiussio vero evangelica est, quando quis puro opere misericordie spondet pro fratre satisfaccionem, ut Paulus in epistola ad Philemonem pro

Evangelical, when we pledge ourselves purely from compassion.

13. *Christigenis* (sic); cod.: *Christigens.* 25. Cod.: *Jer. V.* 26. Cod.: *et.* 29. Cod.: *Apostolus ad Tim. II.* 37. Cod.: *Philomonem.*

1. Non est tractatus IX sed ut videtur tractatus XLIV ad cap. IX, Opp. III, 2, 589. 9. Locum supra memoratum in scriptis St. Augustini non inveni. 22. Rectius Sermone I (nunc CX) Opp. tom. V, 562, cf. et 761.

Digitized by Google

servo suo Onesimo ministrante Paulo in vinculis: *Si*, inquit, *aliquid nocuit tibi aut debet, michi imputa, ego reddam.* Civilis autem fideiussio est nota seculo, cum quis facit ut satisfaciat pro debito fratris sui. Unde quia ex iussione legis Dei alter tenetur alterius onera portare, fideiussio contracta est ad | civilitatem, quando 129a politicus secundum formam legis humane obligat se proprietario civili pro debito. Unde quia hoc fit gratis, dicunt grammatici quod *iubere* est in voluntatis obsequio sed *imperare* in puro debito; fideiussio vero Dei iuramento confirmata est graciosissima et per consequens dignissima que potest dici *stipulacio.* Cum enim *stipulare* est querere petitive cum responsione facta promissione, sic quod quandoque dicit aggregatum et quandoque alteram eius partem, congrue dici potest quod nos stipulamur a Deo se ipsum et ipse stipulatur se ipsum; locutus est dominus cum Moyse *facie ad faciem sicut solet loqui amicus cum amico*, promittens quod sibi *ostenderet omne bonum*, ut dicitur Exod. XXXIII, 11, 19; quod et fecit dando se ipsum iuxta illud Luc. I, 73: *Iusiurandum quod iuravit ad Abraham patrem nostrum daturum se nobis.* In qua stipulacione *omnia nobis donavit*, ut dicit Apostolus Rom. VIII, 32. Unde ad consolandum sperantes fecit cirographum, id est, indenturam vel scriptum obligatorium inter se et hominem; quod cyrographum fuit eius humanitas. Cum enim cyrographus vel cyrographum dicitur a *cyror* manus et *graphum* scriptura, signanter dicitur Christus *cyrografus*, cum conceptus est de Spiritu Sancto qui est digitus vel manus Dei et scriptus intus ac foris omni genere carismatum et obligacione satisfactoria pro peccatis fratrum suorum. Unde Coloss. II, 13—15 dicit Apostolus, quod Christus fuit nobis *donans omnia debita, delens* | *quod adversum nos cyrographum decreti, quod* 129b *erat contrarium nobis, et ipsum tulit de medio affigens illud cruci, expolians principatus et potestates.* Unde R secundum Anselmum Cur Deus homo capitulo VII *cyro-*

Civil suretyship is, when one satisfies anothers debt.

How God contracts with us.

Christ's humanity is the indenture.

4. *facit(?)*; cod.: *fa*; ib. Cod.: *satisfaciant.* 16. Hic locus corruptus esse videtur; ib. cod.: *enim se ipsum.* 21. *indentura*, gallice *endenture*, idem est quod chirographum, scriptura conventionalis. Cf. Monastic. Anglic. tom. II, p. 259. Rymer tom. IV, 666 (Du Cange IV, 339). 28. *cyror*; (sic). 34. Cod.: *delensque.*

1. Ad Philemonem 18. 47. St. Anselmi Cant. Opp. tom. I, ed. Migne, pag. 367.

Digitized by Google

grafum illud non fuit inter Deum et dyabolum, sed inter Deum et hominem. Nam iusto Dei iudicio decretum fuit et quasi cyrografo confirmatum ut homo qui sponte peccaverat nec peccatum nec penam per se vitare potest, 5 *cum sit spiritus vadens et non rediens, ut dicitur Psalmo LXXVII, 39, nunquam dimitteretur inpunis quousque innocentia mediatoris pro eo satisfaciat.* Cum itaque dyabolus iniuste punit hominem, cum non ad sic puniendum habuit potestatem, licet homo fuit iuste 10 punitus a Deo, patet quod indentura fuit inter Deum et hominem, non inter Deum atque dyabolum. Mediator Dei et hominum Christus illic scripsit utramque partem, cum eternaliter iudicavit, in libro vite sic fieri et se hominem Deo suo pro fratribus obligari; ideo vocatur 15 *cyrografum decreti;* nomen autem *erat contrarium nobis* secundum inscripcionem peccati nostri et dampnacionis iudicii. Ideo est adversarius noster, cui oportet *consentire, in via,* ut dicitur Math. V, 25, et sic debuit obligacionem ad dampnacionem solvendo precium quod consumatum 20 est in cruce, quando Christus exaltatus est de medio fratrum suorum et lanceatus in patibulo. Nec miremur 129ᵃ de tam | variis predicacionibus in Christo secundum diversas naturas vel dispares raciones, cum secundum Apostolum II, Cor. V, 21 *eum qui non noverat peccatum* 25 *pro nobis peccatum fecit Deus noster;* et exponit Augustinus, Sermone XLVIII De Verbis Domini, quomodo *Christus est peccatum, id est hostia pro peccato.* Sic ergo laceratus est et deleta inscripcio obligacionis hominis ad infernum, cum statim descendit ad spo- 30 liandum hominem de manibus ordinum apostastancium angelorum; nec obest scripturam Apostoli propter eius fertilitatem habere alios sensus catholicos non contrarios satis multos. Unde secundum Augustinum *Eva a dyabolo peccatum emit, cyrografum scripsit, fideiussorem* 35 *invenit et usura posteritati crevit.* Tunc enim a dyabolo peccatum mutuavit, quando contra preceptum Dei sue primarie suggestioni consenserit; cyrografum scripsit, quando manum ad vetitum pomum porrexit; fideiussorem dedit, quando Adam peccato consentire fecit et

As he was torn upon the cross, the writing which doomed us to hell, was effaced.

4. Cod.: *peccet.* 6. Cod.: *dimitteret.* 7. Cod.: *innocentis.* Anselm: *nisi misericordia peccatori parcat.* 9. Cod.: *iniuste.* 12. *illic;* cod.: *ic* 13. Cod.: *in se libro.* 26. Cod.: *de b. domini.* 30. Cod.: *appostancium.* 36. Cod.: *mutavit.*

26. St. Augustini Serm. CXXXIV, Opp. tom. V, 655.

Digitized by Google

We crucify the flesh when we direct all its affections rightly.

sic usura peccati posteritati crevit. Et ad istum sensum videtur Apostolum velle quod oportet nos cyrografum affigere cruci nostre, dum dicit Gal. V, 24: *Qui autem Christi sunt, carnem suam crucifixerunt cum viciis et concupiscenciis.* Quod exponit Lincolniensis subtiliter. *Caro,* inquit, *potest hic intelligi ipsa corporalis hominis substancia cum actibus membrorum; vicia sunt male* | *consuetudines cum actibus suis, concupiscencie sunt libi-* 129[4]
dines que se movent contra racionis imperium. Hec itaque tria oportet secundum Apostolum cruci affigere, nam qui Christi sunt, crucem in mente sibi parant, cum de medio animi quod est amor sive voluntas dirigunt lineam eius in Deum super omnia ad amandum; secundum dextralem dirigunt ad amicos tanquam se ipsos diligendos, tercium sinistralem dirigunt ad inimicos tanquam se ipsos diligendos propter Deum ordinantem eos conformis nature; quartam dirigunt lineam amoris versus inferius ad debite diligendum carnem et ceteras creaturas corporeas, de quanto sunt cognicionis et laudis Dei.

In hac itaque cruce amoris configitur caro, quando omnia opera per corporis membra fiunt et secundum aliquam dictarum viarum amoris diriguntur? Quod si opus carnis per nullam illarum quatuor viarum (nisi de tanto multiplicem extenderit se ad omnes) et per consequens vicia voluntatis inordinate, que non possunt stare cum istis amoribus, accident. Ibi enim non vivit mala voluntas, ubi hec quatuor direccione simplici protenduntur, quia Math. VI, 12 dicitur: *Si oculus tuus fuerit simplex* etc. Carnis quoque concupiscencie in hac cruce continue minuuntur et per consequens continue sunt in mori usque ad vite exitum. Hec crux amoris fecit Christum ascendere lignum crucis, ex amore enim patris *patri obediens usque ad mortem* pro amicis et inimicis reducendis ligno crucis affigi voluit. | Crucem itaque nostri amoris oportet imitative coniungere cruci 130[a]
amoris Christi et sic sequi ipsum tanquam discipulum, ut dicit Salvator Math. XVI, 24: *Si quis vult venire post me, abneget semet ipsum et tollat crucem suam et*

9. Cod.: *impium.* 12. *medio animi;* cod.: *meo* $\widehat{\text{ai}}$. 16, 17. Cod.: *conformis.* 17. Cod.: *quartum.* 18. Cod.: *carnem dicens* ($\widehat{\text{dns}}$ = *dominus*). 19. Cod.: *sunt hac itaque cruce cognicionis.* 22, 23. Cod. hic totaliter corruptum exhibet: *quando . . membra sunt secundum septem* ($\widehat{\text{dem}}$) *dictorum amoris dirigunt.* 24. Et textus sequens corruptus est; *viarum;* adde *dirigitur* sive *fit* Rectius ut videtur: *Quando omnia opera per corporis membra sicut secundum aliquem dictorum (sc. modorum) amore diriguntur . .* 27. Cod.: *acciduntur.* 32. *in mori* (sic).

Digitized by Google

sequatur me. Sed sequi oportet per meditacionem crucifixionis Christi corporee; et sic effective in ligno crucis Christi carnem nostram crucifigimus cum viciis et concupiscenciis. Hec itaque crux amoris habet necessario secum crucem penitencie. Qui enim amat has quatuor differencias terminantes has quatuor lineas amoris, dolet et penitet de hiis que comisit adversus Deum, amicos et inimicos et alias subditas creaturas. Non enim est possibile quemquam peccare nisi iniurietur Deo et cuilibet creature, ut patet III libro capitulo VII. In hac itaque penitencia per quatuor ramos divisa extenditur caro nostra, dum ipsa contricio consequens hunc amorem extendit se versus sursum in odium peccati et versus deorsum in divisione operis peccati et in sinistrum ac dextrum per confessionem ac satisfaccionem. In cruce ergo amoris est duplex crux penitencie; quarum prima est dolor sumptus a quatuor rebus crucem sic respicientibus, contra quas peccatur; et secunda sumitur a penitencia fructuosa; et in utraque istarum punitur caro mortuis viciis et mortificatis concupiscenciis. Quarta crux quatuor virtutibus cardinalibus constituitur; | ab una enim radice caritatis prudencia sursum tenditur in filiali Dei timore. Iusticia vero reddens unicuique quod suum est in deorsum porrigitur, fortitudo in dextrum protenditur et temperancia in sinistrum. Nec dubium quin in predicta cruce crucifigitur caro cum viciis et concupiscenciis.

The cross of love brings with it the cross of penitence.

A fourth cross is of the cardinal virtues.

Quinto secundum Rabanum in libro suo De cruce quaternarius evangeliorum septem quoque dona Spiritus Sancti (que enumerantur Ysai. XI, 2, 3) et octo beatitudines erigunt crucem amoris et timoris; quas virtutes enumerat Mathaeus; in crucis figuram disponuntur, in quarum qualibet supradicto modo caro crucifigitur, vicia occiduntur et concupiscencie mortificantur, cum septenarius donorum disponit quatuor vires ad quatuor terminos debite diligendos. Et octo beatitudines erigunt crucem amoris et timoris.

Another is of the four gospels and of the eight beatitudes.

2. Cod.: *corporeo.* 13. Cod.: *velut sursum.* 14. Cod.: *diviosione.* 18. Cod.: *cruciar.* 21. De tertia cruce hic non disseritur; ergo aliquot verba excidisse apparet.

10. In cap. VII hic locus non extat. 28. Rabani Mauri De laudibus s. crucis lib. I, fig. XVI, Opp. (Migne) I, 211. 32. Matth. V, 3—10.

Digitized by Google

A sixth cross is made by the pains of hell, the joys of heaven, the state of innocence, the fall of man.

Sexto cum celum summe sursum et infernus summe deorsum, via inter hec est quasi linea crucis bipartita. Extencio vero a mundi principio usque ad finem est quasi linea latitudinalis, que cum priori crucis figuram facit. In hac ergo cruce crucifigimus carnem, puniendo cum viciis occidendis et concupiscenciis sopiendis, quando penas inferni cogitamus; et ab hiis consurgimus ad meditandum de gaudiis celestibus, demum lateraliter statum paradisi et dignitatem hominis primevam | et 130[a]
lapsum humani generis ac decursum temporis viacionis usque ad tremendum iudicium inclusive. Quis enim hec attendens carnis opera non dirigit? vicia non occidit? concupiscencias non minuit timore? hunc a malo cohibente, illum vero bonorum suavitate fortiter attrahente?

Various meanings of deposition.

Et sic comprehendemus cum omnibus sanctis que sit longitudo, latitudo, sublimitas et profundum. Deponere vero notum est ex scriptura sacerdoti Christi conpetere; cum enim *deponere* sit quasi *deorsum ponere*, habet significacionem triplicem plus famosam; quandoque enim est idem quod degradare et testificando vel operando iuxta canticum virginis Luc. I, 52 *deposuit potentes de sede;* secundo modo accipitur pro actu recondendi thezaurum in manu alterius servato dominio et potencia repetendi, iuxta illud Apostoli II, Thim. I, 12: *Certus sum, quia potens est depositum meum servare in illum diem;* tercio modo accipitur pro specie obligacionis logice qua quis obligatur ad propositum negandum et eius oppositum sustinendum; quomodo omnis christianus debet peccatum deponere iuxta illud Ephes. IV, 24:

As a logical term,

Deponite veterem hominem. Sicut ergo habuimus duos depositores peccati, scilicet Deum ad delendum et dyabolum ad decipiendum, (Deus autem deponit peccata ut secundum veras obligacionum regulas negemus ipsa et omnia ea ante | cedencia quociens proponuntur, dya- 130[b]
bolus autem, qui est sophista callidissimus, deponit peccatum ut propositum vel antecedens ad ipsum, inprovide concedatur vel graciose consequens negetur, in quo sophismate decepti sunt pseudo dicentes) *sic ubi habundat delictum superhabundavit et gracia: faciamus,* inquit, *mala ut eveniant bona,* sed Apostolus dicit: *Absit* V

2. Cod.: *deorsumsum.* 8. *lateraliter;* hic aliquot verba desunt: *ad meditandum (?)* 21. Cod.: *theqaurum virginis.* 23. Cod.: *alterius;* cod.: *altius.* 35. Cod.: *qui* deest. 37. Cod.: *negatur.* 38. *sic* cod.: *si.* 40. *ut; cod.: et.*

Digitized by Google

Rom. VI, 1, 2. Medius autem sensus nobis pertinens potest dupliciter intelligi, scilicet pro deposicione celesti, evangelica vel civili; celesti modo Deus deposuit thesaurum sapiencie et sciencie et ceterorum donorum Spiritus, de quibus in die iudicii expetit racionem. Et de tali potest intelligi illud I. Thim. V, 20: *Depositum tuum custodi,* quia cum Dominus ostendit accidiam, ideo de omni tali deposito expectat lucra, ymmo usuram, ut patet Luc. IX, et exponit Augustinus Sermone III.°. Pangit enim Deus nobiscum quod pro bonis suis que voluntarie distribuimus membris suis habeamus regnum et in testificacionem illius dat nobis arras vel vadium. Ad quem sensum potest intelligi illud Apostoli II. Cor. I, 22: *Deus signavit nos et dedit pignus spiritus in cordibus nostris.* Et illud pignus spiritus dicit VI capitulo esse consolatorium peregrinis vie, quia ut dicit Ephes. I, 14 *ipsum est pignus hereditatis nostre.* Nec refert si intelligimus pignora pro confederacione filialis amoris vel pignora pro vadiis; Deus enim, mercator graciosissimus, 131* et vendit et emit | cum suis filiis adoptivis et propter subtilitatem exemplaris continet in se omnes raciones contractuum humanorum; nos autem econtra celesti deposicione deponimus precium meriti penes Deum; continue enim sicut meremur adquirimus thezaurum premii qui est aput Deum reconditus et (ut dicitur ad Thi.) ut credatur in die iudicii reservatus. Deposicio vero evangelica est, quando quis degradat dignum ad utilitatem ecclesie vel testificando vel vi deprimendo vel tercio quando vadiat pro fratre sine forma legis humane. Sic autem Apostolus deposuit pro Onesimo, ut patet superius; Salomon deposuit Abiathar de summo sacrificio III, Reg. II sed isto modo apostoli deposuerunt de conversacione Christi contra falsos Judeos, Act. . . . , sicut dyabolice duo falsi sacerdotes deposuerunt coram Danielem contra se ipsos Dan. XIII; quod si meritorie deposuissent in causa ecclesiastica, fuisset deposicio evangelica. Civilis autem deposicio exemplatur ab istis plene secundum leges humanas sive secundum testifi-

as a placing of treasure in trust.

God has intrusted us with the gifts of the Spirit, for which we must account.

Our merit is laid up with God to be counted to us at the judgement.

Deposition again is removal from high place or it is bearing witness.

2. Cod.: *scilicet;* cod.: *st.* 13. Cod.: *II.* deest. 15. Rect.: *II. Cor. V, 5, 6.* 21. *exemplaris;* hic verbum deest. 23. Cod.: *Deum* deest. 33. *Act.; num* deest. 36. Cod.: *deposuisset.*

9. Sermo III, i. e. Sermo CCLXVIII De mandatis Dei servendis Opp. tom. V, 441 App. 26. II. Tim. IV, 8.

Digitized by Google

cacionem sive secundum vadiacionem sive secundum thesauri reservacionem. Multi autem sunt alii actus civiles, ut pugnare guerra, duello vel quomodolibet aliter de bonis fortune, de quo dictum est XVIII capitulo IV huius, testari in fine vite, de quo dicetur in V libro huius capitulo . . . *adoptare, talliare, omagium facere*, et sic de quotlibet ritibus quos inpertinens est theologum particulari.

CAPITULUM SEPTIMUMDECIMUM.

Reservation to the Church of property in all offerings made to Franciscans.

Ex istis patet pertractare incidenter quomodo colo- A
rari potest incidencia decretalis Nicolay III et extra- 131v
vagancium Johannis XXII; *colorari* dico, quia cum eius sit interpretari leges cuius est condere, patet cum non sit nostrum condere quatuor extravagantes, ideo nec ipsas interpretari ultra sensus primarios litterales. Nec igitur intendo asserere quod dominus Johannes sic senserit, sed quod verba sua probabiliter et catholice sic possunt intelligi secundum sensus probabiles elicibiles ex scriptura. Habeo autem ad illud opus ducem egregium dominum Ardmachanum, qui septimo libro De Pauperie concordat undecim apparentes discordancias horum patrum.

ordained by Nicholaus III,

Primo stat in isto quod dominus Nicolaus III in decretali sua: *Exiit qui seminat* reservat racione ecclesie dominium omnium sponte et absolute a laycis fratribus Minoribus oblatorum. Dominus autem Johannes in prin-

condemned by John XXII.

cipio constitucionis sue *Ad Conditorem* affirmat et probat quod reservacio huiusmodi perfeccioni vel statui fratrum Minorum non profuit: *Ipsis*, inquit, *fratribus quantum ad statum perfeccionis nequaquam profuit reservacio dominii supradicta*, ymmo in fine eiusdem consti-
tucionis affirmat quod reservacio talis perfeccioni fratrum et statui est nociva: *Rursus*, inquit, *nedum ipsis fratribus ordinatio predicta non profuit, sed occasionaliter honori sacrosancte Romane ecclesie detrahit et detraxit, cum pro rebus parvis et vilibus non decet procuratores Romane*

8. Cod.: *particula*. 15. *Nec*; cod.: *nunc*. 20. *septimo*. Cod.: alio; error pro ^°. Cf. De Dom. Div. 270/2: undecim contrarictates. 30. *in fine* cod.: *in sic*. 33. *ordinatio predicta*; cod.: *ordinatam predam*.

4. De Civili Dominio II, 258—275. 11. *Exiit qui seminat*. 12. Extrav. Joh. XXII, tit. XIV, cap. III – V. Vide et De Dominio Divino p. 277. 25. Sequentia vid. in Append. De Dom. Div. p. 270. 26. Extrav. Joh. XXII, tit. XIV, cap. III.

Digitized by Google

131[a] *ecclesie coram iudicibus secularibus litigare.* | Unde dicit quod privilegium Martini pape concessum fratribus in hac parte redundat ad dampnum et dedecus Romane ecclesie, ideo abiecit dominium verbale nudum et evan-
5 gelicum bonorum fratrum Minorum exceptis ecclesiis, horatoriis, habitacionibus, vasis, libris et vestimentis ad divinum officium dedicatis.

Pro solucione illius oportet notare primo legem oppositorum, quod non oportet ipsa negare secundum
10 idem et in eodem tempore, ut non repugnat secundum variacionem temporis et circumstanciam eundem puniri et alias premiari. Patet primo Elenchorum capitulo 3°; licet enim sit contradiccio in istis: manus mea est clausa et nulla manus mea est clausa, tunc ut noverunt loyci
15 scientes omne tempus quod fuit vel erit esse intuicioni Dei subiectum; secundo oportet notare quod pro diversitate temporis oportet diversas leges temporales statuere, dicente Augustino primo De Libero Arbitrio XIII: Cum genus hominum sit mutacioni obnoxium, *si populus*
20 *sit bene moderatus et gravis communisque utilitatis diligentissimus custos in quo unusquisque minoris rem pri-*
B *vatam quam publicam pendat, nonne ista lex bona fertur qua hoc ipsi populo liceat sibi creare magistratus per quos sua res publica ministretur. Quod si depravatus*
25 *idem populus rem privatam rei publice preferat atque*
131[a] *habeat venale suffragium, corruptus* | *que ab eis qui homines amant regimen in se flagiciosis sceleratisque committat, nonne item recte si quis tunc extiterit, vir bonus qui plurimum potest, adimat huic populo potestatem*
30 *dandi honores et in paucorum bonorum, vel etiam in unius redigat arbitrium? Quamvis,* inquit, *due iste leges videantur sibi contraire ut una earum honorum dandorum populo tribuat potestatem, altera auferat, et cum ista secunda ita lata sit ut nullo modo ambe in eadem civitate*
35 *esse possint, num dicemus aliquam istarum iniustam esse et ferri minime debuisse.* Et istam legem appellat

Seeming contradictions may not be such under different conditions.

12. *Elenchorum;* cod : *Cleis* = *Clementis.* Pocius in Aristotelis De Sophisticis Elenchis cap. I hic locus inveniri potest. 21. Cod.: *minorem.* 23. Cod.: *sibi tractare.* 28. Cod.: *committat minime item certum recte.* 29. Cod.: *potest adiuvet hinc potest potestatem.* 32 Cod.: *cum ita.* 35. Cod.: *possunt;* ib. Cod.: *non dicemus.* 35, 36. Cod : *iniustam eciam inferri.*

2. Martini papae IV vide decret. supra laudatam. 18. Non est I De Libero Arbitrio XIII sed cap. VI. Opp. tom. I, 574.

Digitized by Google

As the first foundation of the friars they needed special care.

Augustinus *temporalem* quam declarat oportere ex eterna lege procedere que est omnia debere sistere ordinate.

Istis premissis dico tercio quod in novella fundacione fratrum debuit Romana ecclesia in defensione suorum temporalium contra effrenes volentes ipsos indebite spoliare et in fomentum ministerii, ne per membrum dyaboli retardentur, accipere in affeccione paterna bona fratrum in sua speciali proteccione, ordinando ministros si oportet qui defensionem huiusmodi exequantur. Et hoc fuit necessarium in tempore Nicholai. Quod si tempus successerit in quo populus ex fratrum predicacionibus inmodestus, sic quod non oportet tunc tutores tales statuere, vel secundo quod procuratores propter questum movent litigia, vexando iniuste inpetitos per citacionem ad dictam | curiam, vel tercio si dicti fratres 132a ex confidencia proteccionis huiusmodi excessive cumulent sibi temporalia et exhinc torpeant in suo ministerio aut iniuste impetant proximos suos, negociis et contencionibus secularibus intendentes; tunc iustum est quod cesset talis proteccio, quia nulla creatura nec Deus ipse potest iuste quicquam statuere nisi de quanto racionabilitas legis eterne limitaverit ut sic fiat. Et sic leges temporales requirunt epyliciam, quando suspendi debet earum execucio et quando ac qualiter practisari. Ideo dicit dominus Armachanus quod nec Deus nec papa promittit vel ordinat ad temporale nisi intelligendo vel exprimendo quod racio hoc requirit. Unde XXV, questione I: *Ideo*, sic loquitur Leo IV, *ipsi namque soli canones valeant interpretari qui ius condendi eos habent. Unde in nonnullis capitulis conciliorum cum aliquid observandum discernitur statim subinfertur: nisi auctoritas Romane ecclesie aliter imperaverit*, vel: *salva tamen in omnibus apostolica auctoritate. Quecunque ergo de decim's vel quibuslibet ecclesiasticis negociis in sacris canonibus diffiniuntur, intelligenda sunt necessario servari nisi auctoritas Romane ecclesie aliter fieri iudicaverit vel permiserit.*

Circumstances are now changed.

1. Augustinus: *Appellemus ergo istam legem si placet temporalem, que quamquam juste sit, commutari tamen per tempora juste potest.* 9. Cod.: *que . . . exequator.* 12. *immodestus;* adde: *fuerit.* 15. Cod.: *fratres per . . (p.).* 23. *epyliciam;* ita cod. an: *epikeiam* = equity. 28. Cod.: *sicut loquitur.* 29. Cod.: *habet.* 30, 31. Cod.: *cum ad observandum discernimur.* 32. Cod.: *imperavit.*

28. Decr. Sec. pars, causa XXV, q. I, cap. XVI. Sed non est decretalis sed Gratiani ad hanc decret.

Digitized by Google

C Et patet quod constituciones istorum Romanorum pontificum non repugnant specialiter supposicioni utrobique racionabilitate institucionis, suspensionis vel revo-
132b cacionis | earum; quod supponi debet nisi patens racio
5 et experiencia convincat oppositum; nec sequitur ex isto quod necesse est dominos temporales in donando fratribus usum rerum abdicare a se civile dominium eorum. Nec sequitur ex hinc quod dominus papa suscipit sibi et curie civile dominium, cum utrobique est in-
10 capacitas in clericis huius dominii, sed suscipit in se propriam et principalem defensionem illorum bonorum ecclesie quorum ipse est dominus non ex titulo civilitatis sed gracie, ut patet alibi.

Lords may give friars the usufruct without parting with the ownership.

Prima pars patet ex hoc quod dominus rex potest
15 donare clericis possessionatis multa predia, reservando sibi capitale dominium sine usu sensibiliter fructuoso; quare ergo non de rebus mobilibus datis fratribus? Et ex istis patet, cum domini dantes elemosinas clericis fratribus vel aliis possunt abdicare a se civile dominium,
20 quod stat tam fratres quam illos clericos possessionatos habere usum bonorum fortune cum naturali dominio, cum hoc quod nemo illis civiliter dominetur; tota ista materia patet inferius, non enim foret necessarium sed summe monstruosum dominum papam dominari civiliter
25 bonis fratrum sive esculentis sive ornamentis. Nec refert sive civilis dominus sive papa ipsos protegat in hiis bonis, quia omnes sufficientes tenentur super hiis in omnibus aliis bonis fortune naturaliter dominari;
132a verumtamen dominus papa | tenetur super hiis habere
30 quandam prerogativam dominii, sicut tenetur esse in gracia ampliori et per consequens minus eis affici ac ex generaliori iurisdiccione principalius pro eis disponere ad utilitatem universalis ecclesie, non autem ad questum vel comodum privatum bono communi postposito.

This is true of moveables as well as land.

35 Et ex istis tria correlaria inferri possunt particulariter, primum quod licet populus habeat potestatem condendi leges contrarias, non tamen leges moraliter contrarias, iustam scilicet et iniustam; prima pars patet eo quod forme contrarie sunt que vel in se vel in specie nate
40 sunt inesse eidem subiecto formaliter, sed propter contradiccionis repugnanciam nunquam eidem subiecto. Isto modo omnis caliditas et frigiditas sunt forme con-

Laws must not be opposed to each other morally.

35. *possunt*; cod.: *patent*.

Digitized by Google

trarie. Et sicut Aristoteles dicit 1° Phisic. quod *forma et privacio sunt principia contraria* sicut mors et vita; sic lex temporalis que est isti populo licere hos constituere magistratus et alias sibi esse illicitum propter defectum zeli iusticie eosdem constituere magistratus. 5 Ille quidem due leges possunt successive inesse eidem genti formaliter sed non simul, ut docet Augustinus. Et D sic princeps genti prepositus potest statuere, ut nunc liceat illi construere sibi tale regnum vel modum vivendi et nunc non liceat; semper tamen oportet legem eternam 10 previe ordi | nare, quia aliter deficienti racionabilitate 132[d] foret statutum irracionabile et per consequens lex iniqua, ut patet diffuse in principio primi huius.

Ex quo patet secunda pars conclusionis, nam non licet Deo statuere legem iniustam, quia Ysai. X, 1 15 dicitur: *Ve qui condunt leges iniquas;* ergo non licet creature sic condere leges iniustas. Et loquor formaliter de legibus et de morum iusticia ac iniusticia. Secundum correlarium est, licet quis dispenset contra legem sui ipsius vel alterius, non tamen oportet quod dispenset 20 contra conditorem huius legis, ut sit sibi contrarius; patet ex hoc, quod Deus sepe dispensat contra legem propriam; nec tamen potest esse contrarius sibi ipsi, non enim Deus principaliter dispensaret contra legem propriam, cuius continuacio foret irracionabilis, con- 25 dendo legem contrariam exemplaretur creature leges sic contrarias statuere, quod est falsum, cum leges temporales sibi succedentes sunt contrarie quoad effectum, non autem quoad mores, cum utraque tempore suo sit iusta. Si enim quis dispensat contra Deum, tunc 30 dispensat contra racionem atque iusticiam. Ideo dixi capitulo XV huius, quod dominus papa non dispensat contra Apostolum, sed quia doctores decretorum *mittentes falcem in messem alienam* videntur tenere | oppositum, 133[a] ideo restat illud racione ostendere. Sequitur enim papa 35 nunc dispensat contra Apostolum, et ipse est nunc in celo voluntati divine plene conformis, ergo papa nunc dispensat contra Christum et per consequens tum oportet Christum prius dispensare contra se ipsum.

To dispense with a law is not necessarily to differ from its maker.

The creature may not dispense with God's law.

The Pope offends in this matter.

8. Cod.: *ut non.* 21. Cod.: *ut sic.* 23–25. *nec tamen — propriam* twice; ib. *legem priorem.*

1. Cf. Metaphysicorum I, cap. VII; X, cap. IX. Naturalis Auscult. III, 1 etc.

Digitized by Google

Quomodo ergo est aliqua racionabilis ordinacio in ecclesia contra Paulum, qui tam vivus quam mortuus habet tantum zelum ad profectum ecclesie? licet enim album sit contrarium nigro simpliciter, tamen subiectum quod est album non est forme contrarium sed solum forma forme. Item in decretis XXV questione I *Sunt quidem* sic scribitur sub auctoritate pape Urbani: *Sciendum*, inquit, *summopere est quia inde novas leges potest papa condere, unde evangeliste nequaquam dixerunt. Ubi vero aperte Dominus vel eius apostoli et eos sequentes sancti patres sentencialiter aliquid diffinierunt, ibi non novam legem Romanus pontifex dare, sed pocius quod predicatum usque ad animam et sanguinem confirmare debet. Si enim quod docuerunt apostoli et prophete destruere (quod absit) niteretur, non fundare, sed magis errare convinceretur.* Hec regula canonis daret maiorem fidem quam glosa; ideo ibidem dicit quod satis potest sustinere quod papa dispensat contra Apostolum. Et eodem modo dispensat contra evangelium, ymmo contra Deum, cum Psalmo LXXV, 12 scribitur: *Vovete et reddite*, et tamen papa dispensat a iuramento, a voto, ut patet questione VI *Iuratos.*

133b E Hic autem videtur iste doctor dicere cum formidine illud quod supra inseruit, cum dicit quod potest sustinere papam dispensare contra Apostolum, videtur eciam contrarius sibi ipsi, tum quia papam dicit dispensare contra evangelium et Deum; cum tamen Leo XIX questione Ia dicit quod *si decretorum intencionem diligenter advertamus, nequaquam pape contra sanctorum canonum auctoritatem aliquid concedunt vel faciunt.* Si ergo pape non faciunt contra sacros canones a pari vel maiori non faciunt contra apostolum, dicente Augustino in De verbis Domini sermone XVI: *Non*, inquit, *Christus apostolo suo contrarium locutus est sicut dicitur II. Cor. XIII, 3: An vultis experimentum eius accipere qui in me loquitur Christus*, Christus in evan-

The popes have laid down that they cannot go against the Canons, much less then may they contradict Scripture.

10. Cod.: *a parte.* 10, 11. Cod.: *omnes sequentes.* 27. Cod. Leo 49 dist. Qu. I, XLIX, qu. 1 non extat, et in causa XIX hic locus non invenitur; sed est in textu Gratiani ad causam XXV, qu. I, cap. XVI *Deo permittente.*

6. Decret. Sec. pars, causa XXV, qu. I, cap. VI. 33. St. Augustini Serm. LXXXII, Opp. tom. V, 2, 443.

Digitized by Google

gelio, Christus in apostolo, Christus ergo utrumque dixit. Sic ergo non licet dispensare contra Deum in evangelio nec contra Apostolum paris auctoritatis cum quocunque quatuor evangelistarum, cum raptus fuit in via usque ad terciam visionem. Sicut ergo privilegia 5 sunt preter iura communia et non contra, sic dispensaciones papales sunt preter scripturam sacram et non sibi opposite.

If the Pope had the powers claimed for him, he could dispense with the Christian faith.

Item, si licet pape dispensare contra Apostolum, tunc licet dispensare quod omnes epistole sue non sunt 10 autentice, quia auctoritate pape canonisantur et apocrifantur libri de biblia; quo habito papa cum quolibet articulo fidei potest dispensare | et per consequens 133c catholicum quemcunque hereticare et econtra; consequens contra glosatorem excipientem evangelium et 15 articulos fidei. Sed certum est quod cum evangelio, quia cum eius consiliis papa dispensare poterit si contra apostolum; sic enim dicit regula Christum dispensasse cum illo Luc. IX, 3: *Nichil tuleritis in via*, precipiendo Luc. XXII, 36 *emere gladium cum tunica*. Et 20 ut breviter dicatur, quandocunque quis rite alternat secundum leges contrarias temporales, Deus dispensat et suspendit unam legem vivificando reliquam; eius

Rightly he can dispense only by God's authority.

dispensacionis promulgator potest esse quilibet sacerdos Christi sive prepositus; nec potest dominus papa in 25 istam dispensacionem vel suspensionem nisi tanquam organum vocis Dei prius sic facientis. Sic enim dispensavit Deus cum lege circumcisionis per suum Apostolum (ut patet epistola ad Galat.), et breviter cum omnibus iudicialibus et cerimonialibus veteris testamenti. Quando 30 ergo dominus papa rite dispensat, tamen cum voto non facit ut vovens non sic vovit, nec facit ut non obligetur

Of dispensing with vows.

Deo reddere votum si fuerit racionabile ut reddatur, sed facit communiter ut reddatur Deo prestancius quam illud quod inprovide vovebatur. Et hoc potest simplex F sacerdos facere, cum in omni voto debet subintelligi condicio: *si Deo placuerit;* ymmo ex proximo | capitulo, 133d videtur quod illud dispensatum non vovebatur. Si autem papa dicit se dispensare, ubi racio non dictat, ut non impleat quod vovebat est dispensacio solum pretensa 40 et voventis ut privilegiati illusio. Unde irracionabiliter

2. Cod.: *si ergo.* 17, 18. Cod.: *si qua apostolum.* (*q*^{m} = *qua*) false pro *g*^{m} (= *contra*). 25. *nec potest;* qua dictione saepius utitur Wyclif.

Digitized by Google

dicit XV questione VI, quod faciens fidem alteri de aliquo ministerio temporali, dum alter ceciderit in excommunicacionem vel heresim non tenetur tunc sibi ministrare, quia subintelligenda fuit condicio divine placencie; quam sentenciam vellem nos clericos placitantes pro temporalium inmeritos quoad Deum attendere; licet enim dominus papa potest interpretari scripturam sacram ad sensum quem Sanctus Spiritus intenderat et sancti doctores exposuerant, non tamen quomodocunque voluerit, quia ut supra allegatur XXV questione 1[a], *ille solus valet sic canones interpretari qui ius condendi eos habuit;* sicut ergo dominus papa non habet ius condendi scripturam sacram plus quam scriptor, sic non habet potestatem papa interpretandi, quomodocunque voluerit, sed si in hoc erravit, peccat turpiter, ostendens in hoc sibi non esse obediendum sed resistendum. Patet sic: dominus papa debet quemlibet talem usque ad animam et sanguinem confirmare (ut patet supra XXV questione I); cum ergo non sit sibi obediendum vel credendum in illicitis atque erroneis, patet quod in hoc
134[a] non est sibi credendum vel parendum. Et cum | scriptura sacra manet non eo minus fides ecclesie, sequitur quod quilibet christianus debet contra dominum papam in tali casu usque ad effusionem sanguinis decertare; tales tamen casus non debet christianus contra dominum papam nisi cum patenti maturitate supponere.

If the Pope errs we should resist him, but we may not lightly accuse him of error.

Videtur tamen illos esse possibiles ex declaracione ab observancia legis Christi et affeccione ad temporalia cum ignorancia scripturarum, et iste casus periculosissimus est timendus; nec moveat quod eadem sentencia que nunc est catholica fuit olim heretica et econtra, ut incarnacio, circumcisio et baptismus, cum legibus sibi similibus, patet quod falsum assumitur cum in omni etate ecclesie oportet credere nunc ut futura nunc ut preterita; pretericiones et futuriciones sunt de substancia fidei credende esse perpetue, nec est in potestate domini pape facere illos articulos, licet per-

6. Cod.: *pro temporalium;* hic verbum deest. 11. Cod.: *quivis.* 16. Cod.: *nisi resistendum.* 23. Cod.: *contra dominium.* 32. Cod.: *baptissimus.* 34. Cod.: *et futura.* 37, 1. Cod.: *pertineat nisi.*

1. In causa XV, qu. VI, hic locus non habetur. 10. Decret. sec. pars, causa XXV, qu. I, cap. XVI, Gratianus.

Digitized by Google

tineat sibi principaliter docere christicolas, quod Deus eternaliter ordinat eos fidelibus ut credantur. Ulterius pro concordancia canonum notanda est distinccio contrariorum quam supra tetigi. Aliqua enim sunt nude contraria positiva, ut azureum, nigrum, calidum, frigidum, sive pro diversis temporibus eciam privativa, ut mors et vita, forma et privacio. Alia enim sunt quoad diversitatem et virtutem contraria, ut signa | quorum unum 134b
est verum, reliquum falsum, licet potuerit simul esse falsum et iustum ac iniustum moraliter. Primo modo videntur leges temporales scripture sacre et canonum esse sibi contrarie; sic intelligitur illud XXVI questione I: *Non licet*, inquit Leo papa, *Romano pontifici contra* G
generalia decreta specialia privilegia indulgere, et speciali beneficio concedere quod generali prohibetur decreto. Et isto modo omnes leges temporales scripture sibi succedentes, quas repugnat simul esse, videntur sibi contrarie, ut quod licet carnaliter circumcidi; non enim repugnant iste leges quoad veritatem sive iusticiam, cum utraque sit tempore suo vera et iusta, sed contrariantur secundum raciones effectuum et in possibilitate simul inexistencie secundum idem; Deus ergo vel homo faciens pro oportunitate temporis secundum leges sibi contrarias non est contrarius, sed consonus sibi ipsi; nec Deus vel prelatus dispensans contra leges huiusmodi non exhinc dispensat contra sed pocius propter conditorem vel usurarium huius legis, quia tunc utens rite hiis legibus faceret contra se ipsum, cum tamen facit utiliter et debite pro se ipso.

Different sorts of contraries.

Tercium correlarium est sentencia conclusionis in fine XIV huius V, scilicet quod, dato per possibile quod pro variacione temporis et morum hominum | bona 134c
ecclesie forent melius distributa per laicos quam clericos, bonum esset atque legale, quod commissa forent manibus laycorum; patet ex regula beati Augustini superius allegata et racionibus factis superius; ymmo videtur quod dominus papa debet dispensare cum clericis in tali casu ad dampnum ecclesie oneratis, quia habet principalem potestatem ad edificacionem ecclesie non

Corollary: Change of manners may make it desirable for laymen to administer the goods of the Church.

2. Cod.: *videlicet* (*valet* = *v³ʒ*) *ulterius*. 10. Cod.: *falsa*.

13. In quaestione supra dicta hoc caput non habetur. Cf. Privilegia. Causam XXV, qu. II, cap. II et qu. I, cap. XVI.

Digitized by Google

ad deterioracionem datam sibi a Deo (ut II. Cor. XIII), sed omnis potentatus debet in tali casu uti sua potestate, cum ex amissione usus potestatis in casu huiusmodi foret dampnabilis, ergo dominus papa debet in tali casu dispensare cum clerico; non enim valet dicere, quod hoc non cadit sub dispensacione, quia foret ad utilitatem clerici abutentis, in tantum quod religiosi dicunt se pati penam ex adiacencia civilis dominii; et multi prepositi devoti impetrant a suis superioribus licenciam deserendi curas mundi et contemplacioni vacandi. Sic enim Deus dispensavit cum apostolis, ut eligerent sibi dyaconos intendentes ministerio quotidiano, ipsis intendentibus contemplacioni et probacioni, ut patet Actuum VI; dicendo ergo: papa habens plenitudinem potestatis ad dispensandum pro
134[a] utilitate ecclesie militantis non negabitur | a magnificantibus suam potenciam posse in dispensacionem istam, specialiter cum conformans potestati Christi et Petri fit quod ecclesia clericorum vivat exproprietarie sicut primum, quam quod implicantes se negociis secularibus vivant proprietarie instar secularium dominorum.

Example of the first deacons.

H Sicut ergo beatus Silvester habuit potestatem onerandi ecclesiam cum hiis temporalibus, sic dominus papa paris potestatis cum eo habet hodie potestatem excuciendi a clericis illud onus. Nec oportet multiplicare argumenta ad hoc, cum notum sit papam posse dispensare cum religiosis possessionatis ut dimittentes possessiones istas vivant perfeccius, quia Christo similius sicut fratres. Nec est illud verbum de dispensacione iocose concipiendum; sed notandum quod dispensacio non est nisi licenciacio ad insistendum occupacioni vel operi meliori, qua licenciacione intercidente remaneret dispensarius ad occupacionem graviorem vel opus abieccius obligatus. Secundo capiendum est ex concordi sentencia sanctorum quod occupacio temporalium et ministracio eorum est ad onus ministrorum et officium inferius quam libera vacacio contemplacioni et seminacioni meritorie verbi Dei.

The Pope may throw off the burden that Sylvester laid upon the clergy.

Quibus suppositis patet tercio, quod dominus papa
135[a] abbas ordinis christiani potens obligare suos | subditos ad ministrandum secundum vitam activam bona pauperum et custodiendum sollicite bona ecclesie, si exoneraret

Were the Pope to do this the clergy would regain primitive freedom.

2. *ult;* cod.: *ut in.* 13. Cod.: *intentibus.* 14. Cod: *dicens.* 19. *fit;* cod.: *sit.* 29. Cod.: *de dispeccione.* 34. Cod.: *cupiendum est.*

Digitized by Google

eosdem ab illo officio ut redeant ad vitam liberiorem secundum statum primitive ecclesie, ut sic dispensaret cum eis de abiecto ministerio ut possint instar apostolorum ad liberiorem conversacionem ascendere; nec est credendum clericis avaris deridentibus istam sentenciam, sicut febricitans derideret prohibentem pocionem atque propter amorem ac comodum febricitantis dicentem quod non amore proficit, sed livore officit ad malum febricitantis. In talibus ergo credendum est iudicio sanctorum habencium palatum sanum interioris hominis, qui operose licet fastidiose et periculose ministrant bona ecclesie. *Et fidem istius sentencie vellem cum humilitate michi inprimere, cum dominus papa dedit michi prebendam in ecclesia Lyncolniensi et, facta sollicitudine ad colligendum sibi primos fructus quadraginta quinque librarum, contulit uni iuveni transmarino eandem prebendam per viam reservacionis abdite, non facta inquisicione de inhabilitate persone mee, nec facta instancia ex parte mea pro huiusmodi dispensacione;* quod bene potest fieri, potest michi proficere, si gaudenter illud sustulerim, et in labore superiori vel liberiori in ecclesia me occupaverim. Igitur dominus papa potest dispensare cum membris columbe exal | tando ipsa iuxta suum 135*
meritum ad honorabilius officium secundum totum collegium clericorum.

A personal argument. How the Pope dispensed with Wyclif as a prebendary out of great care for first fruits

Nec dubium, si dominus papa potest committere alienigene ydiote sine hoc quod ministret in suo beneficio secundum aliquod officium clericale, potestatem et officium spoliandi clericos non convictos ex inhabilitate officii, quin a maiori potest tradere layco potestatem et iniungere sibi ministerium auferendi bona ecclesie a quocunque clerico abutente.

and gave the prebend to an unqualified youth, who did no service.

Nec dubium quin eadem ecclesia utilius haberet hec 1
temporalia, si totaliter essent in manibus laycorum prudencius dispensata, et per consequens dominus papa non iniuriaretur ecclesie, sed proficeret, cum eius edificacio non stat in accumulacione temporalium sed virtutum, ut patet III libro capitulo . . . Et videtur michi, posito casu: dominus papa debet, et in defectu

7. Cod.: *dicente.* 18. Cod.: *inhabili.* 21. *vel;* cod.: *al.* 23. *Columbe* i. e. *ecclesie.*

12. Loserth, Studien zur Kirchenpolitik Englands im XIV. Jahrhundert, p. 107.

Digitized by Google

eius tota ecclesia, practisare potestatem huiusmodi; patet ex II, XIV et XV huiusmodi V. Ex quibus sequitur correlarie veritas XXXV capitulo III libri, quam doctores false nominant *inauditam;* negare ergo istam est negare
5 potestatem Dei atque summorum pontificum, potestatem regum et omnium secularium dominorum. Quod si dicatur dominum Johannem non istum sensum sed alium intendere, cum admittit dominium preciosorum bonorum fratrum et abnuit dominium minutalium,
10 granorum, casei et huiusmodi tamquam inhonestorum et inutilium Romane ecclesie, dicitur quod sicut domini
135[a] temporales | et imperatores dominantur granis modicis que in gradu suo cedunt ad comodum, ymmo Deus ipse dominatur ratonibus, muribus et pullicibus, quia
15 cuilibet creature, sic dominus papa si sit in gracia dominatur minutis elemosinis datis fratribus ad bonum sui tam comodum quam honestum, licet non sit bonum procuratores Romane ecclesie pro istis bonis inprovide placitare. Utrum autem dominus Johannes istum sensum
20 intenderit vel sensum secularem non contendo, sed scio sentenciam Nicholai III esse veram, dicentis conclusionaliter in decretali sua *Exiit qui seminat: Retencio,* inquit, *dominii talium rerum cum concessione usus facta pauperibus non est infructuosa domino, cum sit meri-*
25 *toria ad eterna et professioni pauperum oportuna, que tanto censetur sibi utilior quanto commutat temporalia pro eternis.* Et indubie eadem est racio utilitatis pro tempore Johannis respectu ecclesie Romane, supposito quod sit membrum ecclesie particeps communionis
30 sanctorum, non cecata ad tantum ut nesciat utilitatem vel usum nisi sensibilem bonorum fortune spiritualibus bonis postpositis. Nec privat ista defensio bonorum pauperum legem communem, cum sit de lege communissima canonica; nec sonat lex communis vel privilegium
135[b] quod bona fratrum defendantur quomodocunque | abusi eis fuerint sed donacio, defensio et repeticio in fratribus et aliis possessionatis solummodo est ad usum.

it is said that John XXII claimed dominion only over the valuable goods of the friars.

4. Cod.: *nominantur.* 7. Cod.: *dominium Joh.* 8. Cod.: *intendere* deest. 10. Cod.: *cast.* 23. Cod.: *facti.* 24. Cod.: *fructuosa.* 26. Cod.: *utilius.* 34. *canonica;* cod.: *calem.* 35, 36. Cod.: *abusi ab eis.*

3. De Civili Dom. I, 249—257. 9. Cf. Decretalem Johannis XXII *Ad conditorem.* 22. Sexti Decret. Lib. V, tit. XII, cap. III.

Digitized by Google

Pope Nicholas says that to renounce all property is holy and approved by Christ.

Secunda apparencia repugnancie stat in isto, quod dominus papa Nicolaus in decretali sua *Exiit*, dicit quod *abdicacio proprietatis omnium rerum tam in proprio quam in communi propter Deum meritoria est et sancta; quam Christus et sui apostoli cum ceteris fundabilibus ecclesie verbis docuerant et exemplis firmaverant.* Unde pro declaracione illius distinguit inter dominium, proprietatem, possessionem, usumfructum, ius utendi et simplicem usum facti, declarans quod fratres oportet habere ultimum sine aliqua civilitate. Dominus autem K Johannes, in constitucione sua secunda *Cum inter nullos*, ponit quod *hereticum est affirmare de Christo et suis apostolis, quod non habuerunt aliquid in proprio vel communi* et sic non ponit distinccionem inter usum rerum consumptibilium et earum dominium, ut patet in constitucione *Ad conditorem* et in tractatu suo *Quoniam vir reprobus.* Ista contrarietas potest solvi in ponendo quod Johannes intellexit nec ipsum nec suos apostolos quicquam habuisse in proprio vel communi civiliter, sicut Nicholaus intelligit, licet multa habuerunt tam in proprio quam communi quoad usum et ministerium cum dominio naturali. Unde dominus Johannes in tractatu suo *Quoniam vir reprobus* capitulo XLIII respondet obiectui Nicholai ministri de ordine Minorum | fratrum 136a obicientis contra hoc dictum. Ideo dicit quod *falsum inponit sue constitucioni quod intellexit de iure dominii sive proprietatis, cum nulla habeatur ibi mencio de dominio.* Unde duplex est proprietas, scilicet civilis et naturalis. Civilis triplex est, vel quoad usum solum, ut servus civilis, prestarius vel conductorius habet usum civilem usibilis sine eius civili dominio; secundo habet dominus civilis proprietatem civilem in suo dominabili secundum gradus multiplices; proprietas vero naturalis est vel ex titulo originalis iusticie vel ex titulo gracie post lapsum; primo modo ostendit dominus Johannes XXII, quod Adam habuit proprietatem dominii, ut patet capitulo XLIV tractatus sui *Quoniam vir reprobus.* Unde

15. In marg. *usu.* 16. Cod.: *ad* deest. 16, 17. Cod.: *Quoniam ubi.* 24. Cod.: *ministro.* 36. Cod.: *proprietatem domini ant evam.* Rectius: *quod Adam in statu innocentie, antequam Eva formaretur solus dominium patuerit verum temporalium.* Cap. LIII, ap. Rayn. a. a. 1329.

11. Extrav. Joh. XXII, tit. XIV, cap. V. 16. Cap. III. 24. Non Nicolai sed Michaelis de Caesena Ann. Eccl. Raynaldus ad annum 1329.

Digitized by Google

sicut Adam habuit proprietatem ex puro iure divino, antequam iura humana fuerant introducta, sic Christus habuit proprietatem usibilium ex iure innocencie sine civilitate usus sive dominii, ut dicit dominus
5 Armachanus VI De Pauperie capitulis V et VIII. Unde in fine faciens suam confessionem invocat Deum in testem quod nichil amore vel odio favoris prelacionis status vel ordinis scienter adhibuit, nisi quod a Christo didicit; secundo confitetur de conversacione Christi sub
10 hiis verbis: *Tu dulcis Jesu, quem nisi omnium dominum nolens mortaliter in nostra via ditari, dives mundo non fueras, sed regulam paupertatis artissime, quam tu dulcis*
136ᵃ *et rectus dominus in | nostro peregrino tenebas, observandam tuis fratribus tradidisti, eos sic sue ingenuitati*
15 *preferre ut sinunt leges huius exilii, ordinans conformari ut omnia bona tua cunctis prout sinit eorum infimitas vel esse communia.* Unde tercio confitetur, quod sicut instruxit suos discipulos ut, quamdiu essent in isto exilio peregrino, se sue institucionis primarie operibus et sermonibus
20 coaptarent, nichil in hoc mundo iure suo proprie sive communiter retinentes, sed imitatores Christi effecti in artissima paupertate, nulli fratrum suorum ius utendi aliquod adimentes, observarent illam regulam inspiratam apostolis: *nullus illorum aliquid suum esse dicebat, sed*
25 *erant illis omnia communia,* sicut foret in eorum vicariis.

Christ instructed his followers to count nothing as their own,

I. *Hii,* inquit, *tui fratres ac servi, cum aut devocione aut legacione aut mendicacione vel laboricio carnis sue aut cuiusquam devote concedentis licencia quicquam adquirunt, illud ius penitus mundanum admittunt sed*
30 *renuunt sua libera voluntate, originali suo dominio a te non ab homine eis collato contenti, quod ex abdicacione civilis dominii eis concessum efficitur sufficiens ius utendi; sic,* inquit, *nos tui apostoli, ordinis successores indigni, quamvis super multarum diviciarum ad distribuendum*
35 *sumus prepositi, pauperes sumus si vitam tibi similem |*
136ᵇ *transfigimus ut debemus.* Unde dicit superius capitulo VI eiusdem septimi quod dominus noster Jesus Christus satagebat reducere ierarchiam ecclesiasticam ad con-

bringing back the hierarchy to the state of innocence.

3. Cod.: *vel ex.* 5. VI. rectius VII. vide infra l. 37. 6. Cod.: *finem.* 10. et seqq. Hic locus corruptus est. 11. *via;* cod.: *vera.* 16. *sinit;* cod.: *fini.* 18. Cod.: *peregrine.* 19. Cod.: *institutione.* 23. Cod.: *observare.* 26. *servi;* cod.: *servili;* ib. *devocione* cod.: *de novem.* 34. *super;* omitted: *thesauro.*

5. Cf. De Dominio div. p. 271.

Digitized by Google

formitatem innocentis vite primitus institute in qua patet non fuisse civile dominium, sed pure necessarium in temporalium usu sine thezaurisacione vel proprietate usum debitum proximo excludente. Cum ergo dominus Johannes scivit illam legem Christi ex scripturis sacris per tot sanctos doctores elaboratam et (quod plus movet) per tot sanctorum vitas in opere exemplatam, sicut usque hodie religiosi relicti ad memoriam Christi in terris verbo et opere profitentur. Et credi potest quod dictus dominus non hereticavit sentenciam dicentem Christum tam pauperem quod non possedit quicquam civiliter, sed sicut habuit proprium caput et membra cetera, ita habuit proprietatem usus in necessariis pro suo itinere et quandam preeminenciam propriam originalis dominii, cum inpossibile fuit alium communicare secum ex equo quoad regaliam racione primogeniture ex multis fratribus. Et patet quod non convertuntur dominium proprietarium et civile. Adam enim habuit in statu innocencie dominium proprietarium super bonis fortune. Et intelligo *proprium* tercio modo dictum. Christus eciam sicut quiscunque in gracia habet dominium proprietarium super omnia membra sua, non tamen secundum dominacionem civilem. Quod | autem pro- 136d
prietas gracia brevitatis et pertinencie locucionis dicit appropriate civile dominium est preter significacionem primariam contractum gracia brevitatis, sicut Ylias potest inponi ad significandum totum bellum Troyanum et nomen Apostoli contrahitur ad Paulum.

There is an ownership which is distinct from civil property. Christ held it and Adam while in the state of innocence.

Et patet quod dominus Nicolaus non intendebat dicere quod fratres habent simplicem usum facti sine naturali dominio, cum oportet omnem existentem in gracia habere illud dominium super omnibus bonis fortune et ius proporcionale illi dominio, quod quidam vocant *ius poli*, quia ex lege celesti iustum est quod cariores servi Dei habeant liberius usum bonorum suorum, que est eo usus fructus debitior, quo cum maiori caritate est moderacior; et sic habet pauper evangelicus dominium, proprietatem, possessionem, usumfructum et ius utendi evangelicum non civile. Patet ex scriptura sacra ponente iustos possidere omnia usibilia tanquam sua (ut patet M
I. Cor. III et II. Cor. VI). Et quoad usum fructus patet

Nicholas did not mean that friars had no natural dominion, which is shared by all who are in grace.

3. *in temporalium.* 24. Cod.: *locucioni.* 26. *Ylias;* in cod.: *Ybas.* 33, 34. Cod.: *ius poli;* ita cod. 36. Cod.: *debilior.* 40. Cod.: *omnia in.*

Digitized by Google

ad Thim. VI, 17, ubi Apostolus exprimens tytulum quo habemus hec temporalia dicit quod *Deus prestat nobis habunde omnia ad fruendum*, quod alias exposui de omnibus rebus citra hominem quod habet in hiis usum-
5 fructum, cum in eis modo suo quo singulariter vietur inperfecte fruitur Deo suo. Quomodo rogo potest negociator habere usumfructum plus utilem de aliquo
137a temporali quam cum illo amicabiliter | mercando cum domino emere beatitudinem, sicut facit omnis predesti-
10 natus pro tempore vie quo est in gracia cum cunctis que possidet, ut patet ex capitulo XV huius Vi. Usum siquidem fructuosiorem nemo potest percipere; et talem usum oportet concedere iustum pauperem habere de omni thesauro vel bono temporalium dominorum in
15 hoc quod caritative placet sibi illa bona proficere membris Christi, sic ut Deus eternaliter ordinavit. Et illum usum habet quicunque qui in gracia dicit Deo: *Fiat voluntas tua sicut in celo et in terra.* Celestis igitur usus est facillimus, fructuosissimus et delectabilissimus,
20 de quo Tholomeus dicit in principio Quadripartiti: *Ille est felicior inter homines qui non curat in cuius manu sit mundus.* Et patet ille usus quo temporalia obiective terminant voluntatem quietam in ordinacione divina bene vocari ut dominus Nicolaus, non autem simplex usus,
25 quia modo loquendi beati Bernhardi non habet angulum proprietatis civilis sed stat sine angulo peccati, modo quo evangelium loquitur Math. VI, 22: *Si oculus tuus fuerit simplex, totum cor tuum lucidum erit*, et Math. X, 16: *Estote simplices sicut columbe.* Ille ergo usus qui caret
30 usu civili coniuncto et usu sensibili ethrogenio secundum fastum seculi (sed habet usum supranaturalem animi super bonis fortune et strictum usum sensibilem, ut
137b patitur indigencia status vie) est usus | simplex eo perfeccior quo est usui patrie similior. In patria quidem
35 utuntur beati bonis Dei non ad consumpcionem, sed ad delectacionem. Ideo non habent necessitatem cum pecuniis negociari pro cibariis, apparatibus et aliis secularibus negociis, sicut faciunt mundiales. Et ista consideracio movet religiosos captare sibi usum simplicem, ut per-
40 mittit vie infirmitas, cavendo ab implicacione in negociis

The best use we can make of possessions is to exchange them for bliss,

as we do in praying God's will be done.

The blessed do not consume God's gifts but enjoy them.

3. Cod.: *habende.* 6. *Quomodo;* cod.: *modo* deest. 114. *thesauro (?);* cod.: *the'u'o.*

18. Math. VI, 10. 22. Divi Bernardi, Ad Carthusienses et Guidoni priori Ep. XI.

Digitized by Google

secularibus; sic quod nisi secularis pompat in hoc quod expendendo consumit plus in se et suis de bonis domini; clericus religiosus in hoc prudenter et humiliter se commendat quod potest levius viam ad patriam transcurrere cum pauciori consumpcione bonorum ecclesie. 5

True religions consume as little as possible.

In hoc enim usus temporalium usui status innocencie, usui Christi et usui patrie similior erit perfeccior. Et de tali usu potest dici dominum Johannem intelligere Christum habuisse plenissime et sic de proporcionabili proprietate possessionem iuris secundum quod potuit in 10 suis apostolis emere et si oporteret possessa vendere; que omnia notum est posse inesse sine compossibili civilitate.

Use and dominion are distinct as to consumable goods,

Quantum ad distinccionem inter usum et dominium N rerum usu consumptibilium, supponi potest dominum Johannem cum suo consilio non tam ignarum metha- 15 phisice, quin satis scivit distinguere inter earum usum atque dominium; cum enim omnia bona | fortune vel 137[c] corpora mixta sunt de necessitate corporalia, sicut sunt usibilia, sic sunt usu consumptibilia, in tantum quod lapides et metalla per frequenciam usus sensibilis 20 ad finem periodi sue accelerant. Quod si intelligantur pro usu consumptibilia, vescibilia, certum est quod lapides et mixta quotlibet inanimata, herbe, semina et quotlibet vegetabilia sunt vescibilia, sicut bestie, pisces et volucres; in quibus omnibus notum est quod usus 25 vescendi et dominium distinguuntur.

even eatables.

Quod si tercio intelligatur per usum consumptibilis vescibilia artificialiter apparata ad cibarium, ut panis paratus atque edulium, notum est quod in illis est distinccio usus atque dominii; primo quia omnis usus 30 talis vescibilis presupponit naturale dominium; aliter enim accipiens illud vescibile in facultatem abuteretur eo nisi prius haberet licenciam ad finem ut sibi serviat; ergo in omni tali est distinccio inter dominium et usum tanquam inter causam et causatum. 35

Item, omne dominium formaliter dictum (de quo limitate fiat nobis sermo) est habitudo relativa secundum quam natura racionabilis dicitur dominari. Omnis usus est ministerium usibilis reciproceque notum est distingui quoad genus, ergo dominia et usus. Deus enim donat nobis hec 40 temporalia | ut utamur; nec licet nobis accipere de eis 137[d] utile ministerium, nisi Deus prius nos eis prefecerit.

10. Cod.: *possessione.* 14. Cod.: *usum;* ib. *dominum;* cod.: *dominium.* 18. Cod.: *sicut de.*

Digitized by Google

Item, prefeccio et utilitatis accepcio distinguuntur.

Item, omnis servus civilis habet usum vescibilium et non habet eorum civile dominium; cum non sit civilis dominus, ergo usus eorum et dominium generaliter distinguuntur; nam eodem usu quo Petrus liber vescitur cibo suo, possit vesci factus servus. Cum ergo nullum dominium per accidens est dominium, sequitur quod usus, sicut in servo non est dominium, sic nec in domino; et idem patet de usu in statu innocencie in quo non foret civile dominium.

A slave has use but not dominion.

Item, dominus terrenus potest donare vescibilia, sicut patet de dominis convivantibus suos proximos, sed non potest sic donare nisi illud super quo potest civiliter dominari, ergo potest civiliter dominari super vescibilibus quibus potest pascere proximos suos et cum donat eis usum cibariorum suorum ex suo dominio, sequitur quod est distinccio inter usum eorum atque dominium, sed et hoc oportet de fide concedere, nam iuxta preceptum Domini Ysai. LVIII, 7, dives seculo debet *esurienti frangere panem suum*, sicut faciunt communiter misericordes Domini iuxta hortacionem Christi Math. XXIII, 23 sed iuxta dicta capitulo XV huius V, nemo debet facere elemosinam nisi de bonis suis, ergo temporales domini debent habere dominium vescibilium antequam distribuant ipsa pauperibus.

Dominion is in the giver, not in him who receives and eats.

138* O Item, victulariis licet | vendere et emere vescibilia, quod non esset nisi dominium corporis distingueretur ab usu vescendi, ergo in illis est manifesta distinccio. Non enim licet libere vendere civiliter bona fortune, nisi bona super quibus habeat civile dominium; et fatuum foret dicere quod non habet eorum dominium nisi dum vescitur, et sic nemo foret totus campo victularius, nec regraciandus esset domino temporali pro cibario suo quibus conviva suus vescitur, eo quod non erant cibaria sua, cum non habuit eorum dominium; quod insanum est dicere, eo quod sic non foret possibile civilem dominum habere prandium cum quo convivet egenos vel amicos nec victularium habere divicias suas in esculentis et poculentis nisi quantum et quando cibacione ac potacione consumpserit; (quod foret omnino gulosorum) nec oportet contendere cum dicentibus quod omne

14. Cod.: *dominare.* 16. Cod.: *ei.* 22. Cod.: *Matth. XXV.* 26. Cod.: *victilariis.* 27. Cod.: *est.* 34. *conviva;* cod.: *gbiva.*

Digitized by Google

dominium vel usus est dominans vel utens aut dominabile vel usibile, quia grossi politici illud sciunt destruere; nec illa fuit sentencia alterius istorum dominorum, cum tunc dominus Johannes non diceret hoc signanter de rebus usu consumptibilibus. Nec dominus Nicolaus poneret differenciam istarum sex rerum concernencium vera politica; nec pertinet domino Johanni loqui de alio usu quam de vescencia. quia in aliis rebus concedit usum distingui a dominio, licet inseparabiliter comitentur.

John is wrong in saying eating is the proof of dominion.

Item, iuxta hanc opinionem, homo solum per vescenciam | adquireret super cibariis civile dominium et per 138b consequens proporcionaliter ad illum usum succederet civile dominium, sic quod si usus ille sit vorax et avidus, tunc et illud dominium quod est idem, et sic Christus non habuit naturale dominium cibi sui ante commestionem nec aliquis commederet alienum cibarium; quod foret dementis dicere; oportet ergo dare eciam civile dominium precedens et permanens rectificans esum cibi.

What eating is? It is an act made up of several successive parts.

Hic audivi contencionem methaphisicam inter doctores, *utrum homo comedit vel bibit cibarium, quando ipsum est vel quando ipsum non est;* et videtur quod quando non est, quia non comeditur panis vel quodquam esibile, nisi dum dividitur aut teritur in ore vel digeritur in stomacho vel via media, et tunc non est, ergo solum comeditur quando non est. Sic enim ponit Aristoteles V Physic. quod *corpus quando generatur non est, sed quando alteratur est*; ideo in hoc generacio et alteracio distinguuntur; et idem est iudicium de corrupcione et per consequens nimis diu expectatur adquisicio dominii rei quousque ex consumpcione non fuerit.

Hic tamen videtur michi ex fide scripture dicendum quod manducare vel edere, licet sit equivocum, sumitur communiter pro vesci esibili; quod fit quando esibile in ore conteritur et ad stomachum per ysophagum transmittitur; ita quod comedere non dicit aggregacione triplicem digestionem, | cum Christus post resurreccionem 138c vere manducat modo nobis incognito. Cum ergo aliud sit nobis corrumpi, aliud desinere esse, patet quod

4. *consumptibilibus.* i. e. *rebus, que usu consumuntur,* ut in decret. *Ad conditorem.* 12. Cod.: *adquirel.* 29. Cod.: *genere et altero.* 35. Cod.: *vesci et sibili.* 36. Cod.: *et* deest.

28. Aristotelem Φυσικῆς Ἀκροάσεως cap. II.

Digitized by Google

panis vel aliud conteribile minutim corrumpitur, quando est, cum manent eedem partes divise subiectantes motum esus. Alteratur enim cibus quia digeritur in suis minuciis, quousque vera induxerit novam formam, et sic inter manducare et bibere videtur michi ex scriptura quod est dare actum neutrum partem eius, cum uterque sit actus ex diversis in specie et tempore aggregatus. P Nam illam partem alimenti constantis quam sine contricione inglutimus non comedimus, licet actus talis sit pars comestionis, sicut contricio est pars penitencie, correspondenter in pocione *sorbicio*, *gustacio* et *ingluciacio* alimenti liquidi non sunt pocio sed pars eius; et sic potest intelligi illud Math. XXVII, 34: *Cum gustasset, noluit bibere;* sicut ergo diversi motus in tempore et specie integrant cytarisacionem et ita de sacramento penitencie, baptismi et sibi similibus: ita videtur michi de manducacione et bibicione quas ex fide scripture oportet concedere subiectari in pane et vino manentibus, dum taliter transmutatur.

John seems to assert that use cannot be severed from dominion.

Et ex istis collegitur quod nec lex civilis nec lex nature limitat solum manere cibi dominium pro tempore esus sui sed ante potissime; ideo potest dici quod 138d dominus Johannes intelligit in nullo domi|nabili usum et eius naturale dominium posse ab invicem separari, dum dominium tale non inest nisi dum dominans manet in gracia, percipiens usumfructum subtilem, emendo regnum celorum pro usu precii, ut loquitur Augustinus sermone IX De Verbis Domini. In rebus autem esibilibus videtur dominum Johannem intendere quod idem est dare fratri usum usibilis et eius dominium, ut quando presto homini cibarium, non reservo michi eius civile dominium, quia accomodo ad eius consumpcionem, sicut autem sit in locacione in qua venditur usus rei servata reservacione sui dominii potestatem eandem substanciam repetendi, ideo non est sensibilis utilitas dominis temporalibus vel Romano pontifici concedere fratribus usum talem vescibilium reservando eorum civile dominium.

3. Cod.: *Alteratur enim tibi.* 4. *vera;* ita cod. 15. *cytarisacionem;* ita cod. 23. *nullo (?);* cod.: *h°* = *secundo;* ib. *usa (?)*

28. Cf. St. Augustini Sermonem CCCXLV, De contemtu mundi. Opp. V, 1337. Sed pocius Serm. LXXXVIII ib. p. 478.

Digitized by Google

Sed iste sensus grossus et corporalis videtur michi in multis deficere, primo in hoc quod nemo dominans bonis vescibilibus fratrum ad ipsa misericorditer protegendum appeteret in eis reservacionem civilis dominii, nisi forte in tanta multitudine fuerint ministrata quod expediret pro eorum abusu ipsa repetere; quod non cadit in victu quotidiano, sicut nec dominacio civilis cadit in ordine vel per se appreciabili quoad mundum, ut patet ex XIII capitulo huius V.

The spiritual reward for right use of lordship is more worth than all temporal goods.

Videtur secundo deficere in hoc quod non appreciatur utilitatem insensibilem celestis commercii, quod infinitum excedit | quodlibet commodum temporale, dicente Augustino 139ᵃ in De Verbis Domini sermone VI: *Carior sit tibi illa merces, ad quam post omnes labores sic pervenies ut nunquam amittas, quam aliquod temporale bonum quod hic educis amissurus, cuiusmodi sunt divicie, honores, bona naturalia et ipsa vita.* Nec video quin clericus qui debet Q esse negociator evangelicus ut sic deficeret ex defectu spei et per consequens fidei caritatis quod temporalia occupat que non gratis communicat et libenter toleraret, si quis ea iniuste spoliat, pro quo dicente Augustino Sermone IX: *Fidelis*, inquit, *interioribus oculis intuens quanto precio temporalium emenda sit futura vita;* et ita exclusio a iehenna maiorem diligenciam et laborem apponit secundum quotlibet tribulaciones si oportet; quas omnes amor lenificat pro beatitudine comparanda quam perquirendo quodlibet temporale. Unde in hoc reprobat Augustinus mundanos et specialiter mercatores et venatores, quod maiorem diligenciam apponunt ad querendum temporalia atque ludicra quam eterna. Quis queso nisi stulto stulcior necessitatus in foro venalium merces emere et expositis ex uno latere quantumlibet vilibus mercibus atque caris, ex alio vero latere preciosis in foro levissimo non diverteret a vilibus, carioribus, laboriosis, tediosis et inconstantibus, comparando merces a dextris condicionis opposite; forum est seculum, | merces sunt temporalia et eterna, necessitatus emere 139ᵇ

A clergyman must be ready to give and to submit to spoliation.

5. Cod.: *fuerit.* 11. *quod;* cod.: *quo.* 12. Cod.: *quod licet.* 13. Cod.: *illo illa.* 14. Cod.: *sic* deest. 14, 15. Cod.: *iniquam.* 16. *educis (?);* cod.: *educcio.* 17. Cod.: *naturali.* 20. Cod.: *tolleret.* 23. Cod.: *quanta precia;* ib. Cod.: *futura* deest. Addidi. 26. Cod.: *comparando.* 27. Cod.: *quolibet.*

13. St. Augustini Serm. LXII. Opp. tom. V, 364. Very loosely quoted. 22. Ibid. pag. 383.

Digitized by Google

est viator. Facilitatem emendi eterna Augustinus exprimit sub hiis verbis: *Nichil*, inquam, *tam facile est bone voluntati quam ipsa sibi et hec sufficit Deo.* Patet ex hoc quod caritas per se sufficit pro beatitudine comparanda; 5 ideo indubie cecacio temporalium tollens fidem, spem et caritatem fecit deficere in hoc quod seculares dantes fratribus temporalia vescibilia, non transferunt in eis dominium quia nec evangelicum nec civile (nam evangelicum ex titulo caritatis a Deo prius habuerant) sed 10 licenciant eos ad usum sensibilem stante antiquo dominio. Ideo absit Romano pontifici imponere hanc avariciam, ut preter questum abiciat a se dominium esibilium datorum fratribus, servando sibi dominium aliorum ex quibus potest sibi insurgere commodum temporale, ita 15 quod pretextu illius fingat dictum errorem methaphisice; sed forte intellexit quod non oportet curiam Romanam apponere tantam custodiam protectivam vescibilibus fratrum sicut aliis bonis fortune constantibus, quia et naturale eorum dominium est inseparabile ab utente, nec 20 remanet dominium civile post usum vescendi; quando enim elemosinarii comedunt elemosinas, non est res integra ut civiliter repetatur sicut est de re constanti R perdita vel furata, quamdiu manet namque illa res 139[a] integra | et dominus non abicit a se civilitatem propter 25 peccatum vel commutacionem civilem, remanet super furatis vel perditis civilis dominus, etsi nunquam post habebit eorum sensibilem usumfructum; vel aliter intelligit dominus Johannes, quod in rebus vescibilibus proprietas et usus inseparabiliter comitantur; vel tercio, 30 quod fratres haberent ex licencia donancium quoddam ius utendi inseparabiliter comitans talem usum. Quamvis enim fratres habuerunt de iure poli potestatem ad utendum vescibilibus dominorum, tamen effectus illius potestatis est per civilitatem ab eis preclusus nisi 35 captent eorum licenciam; et sic talis licencia generat et confirmat humilitatem in fratribus, tollit scandalum in conferrentibus et excludit utrobique contenciones que secundum leges humanas alias orirentur. Dominus Armachanus dicit libro VII de Pauperie capitulo XIV, quod

Reasons which may have led the pope to distinguish between eatables and other gifts.

1. *eterna.* Adde: *quod.* 3. Cod.: *voluntati super ipsa.* 23. Cod.: *urata quam diu manet naturam illa res.*

2. l. c. p. 384. 39. De Dom. Div. p. 272.

Digitized by Google

tali licencia non adquiritur fratribus novum ius et per consequens neque dominium, sicut ex remanente prohibens non requiritur potestas pro habito sed facultas utendi potestate antiqua. Videtur tamen michi probabile quod sicut adquiritur fratri gracia ex meditacione huiusmodi sic ius uberius ac multiplicius et per consequens ius novum ex novo tytulo. Ius enim non est dominium, sed remanet idem dominium iure multipliciter variato. Quod si argumentatur civilem dominum dare fratri | ius civile, quia ius huiusmodi quale habet secundum 139[d] formam legis humane, et per consequens superest subiectum iuris civilis et sic civilis dominii, dicitur quod falsum assumitur, ymmo cum civilis dominus non potest habere ius civile, nisi fundatum fuerit in iure nature vel gracie secundum ius et dominium naturale, communicat fratri suo ex titulo elemosine bona sua in civilitate quoad formam dandi et recipiendi. Unde omnis homo sufficit preter leges humanas secundum legem nature fundantem priores naturaliter iudicare. Ideo sepe dixi quod politicus alia facit ut minister legis humane et alia ut minister legis nature: Ut minister legis nature iuvat fratrem suum clericum oneratum diviciis quibus abutitur, ut secundum professionem suam observet paupertatem evangelicam, quod cum politicus potest facere caritativa intencione et ut sic causaret in clerico prestanciores divicias quam sunt iste nocive quas aufert, patet quomodo talis ablacio sit gratuita; passio foret undique laude digna, dicente Augustino in De verbis Domini sermone VI quod christianus debet equanimiter tollerare, etsi ab infideli et tyranno fuerit spoliatus, quanto magis si iustus christianus ad sui commodum auferret bona quibus abutitur. *Abradit*, inquit, *tanquam novacula acuta tua superflua. Tollit paupertatem tuam; numquid tollit tuas divicias? paupertas tua tue divicie in corde* | *tuo*. Vocat autem Augustinus ista temporalia 140[a] *paupertatem*, quia pauperem constituunt in virtute. Istam ergo potestatem benefaciendi habet omnis ad hoc sufficiens ex lege evangelica Matth. VII.

Civil dominion does not imply civil right.

Rulers should assist the clergy to fulfil their duty of poverty.

Ex istis patet tercio generaliter, quomodo colorari possunt apparentes discordancie decretorum istorum

2—4. Hic locus corruptus esse videtur 16, 17. Cod.: *in civililatis*
18. *sufficit;* cod.: *st.*

28. l. c. p. 363.

Digitized by Google

pontificum. Est enim triplex radix solvendi, scilicet terminorum equivocacio dicentis, opinio non determinacio, et ex variacione temporis iusta variacio; cum enim secundum philosophos in equivocis non est contradiccio et quilibet istorum quinque terminorum *dominium*, *ius*, *possessio*, *proprietas*, *ius utendi* potest nunc accipi ad sensum politicum et nunc ad sensum evangelicum, patet quod non repugnat fratres et omnes clericos non debere dominari nec quicquam habere proprium, subintelligendo civiliter, sicut loquitur Nicolaus, sancti doctores et regule religiosorum conformiter ad scripturam, et tamen dominari ex nudo titulo gracie super omnibus bonis corporalis nature, sicut credi potest Johannem XXII in suis constitucionibus intellexisse.

Three ways of harmonizing the decretals 1: by the different use of words,

Quoad secundum dicit dominus Armachanus, quod dominus Johannes in tractatu suo *Quoniam vir reprobus* procedit plurimum disputative et opinative, non autem declarative nec variando ab aliis papis, nisi forte equivocando in loyca.

2. by distinguishing between an opinion and a decision.

Tercium autem declaratum est in huius principio, quomodo constituciones papales cum sint temporales intelligende sunt condicionaliter; non repugnant, sed
140b consonant quod contrarie pro diversis | loco, gente, vel tempore sequantur. Sed (sicut premisi in principio) non interest paupertatis aut utilitatis mee in particulari discutere omnes apparentes repugnancias nec diffinire vel asserere, quod iste fuit utrobique sensus alterius, sed quod uterque istorum iuxta scripturam catholicus sic potest intelligi.

Ex omnibus istis colligi potest ut declaravi tercio libro, XLIII capitulo, quod nedum dominus papa sed ecclesia Romana errare potest heretica pravitate; et per consequens vocate constituciones Romani pontificis non sunt plene paris auctoritatis cum scriptura sacra, licet conclusiones catholice quas sapienter elicit ex scriptura sunt paris auctoritatis cum illa, non quia iste papa sic asserit, sed quia Veritas sic affirmat. Multa enim sunt paris auctoritatis, dum tamen paritatem autentificacionis eorum ex ignorancia divini iudicii ignoramus. Patet ista sentencia ex hoc quod possibile fuit dictum dominum Johannem ex ignorancia scripture

3. The Pope and even the Roman church may err.

John may have erred

28. Cod.: *utrique . . . catholico.*

31. De Civili Dominio I, 374.

Digitized by Google

from ignorance of Scripture or greed.

et methaphisice, ex spiritu invidie et cupiditatis, honoris et rei terrene heretice intellexisse dicta sua de paupertate et dominio Salvatoris; et tamen constat quod iste sit precipuus articulus fidei stabiliens religionem ecclesie Christiane. Ideo cum maior pars hominum eciam nostri religiosi se ipsos amantes et mendicacionem evangelicam | detestantes sint proni ad negandum Christi 140ᵃ paupertatem atque inopiam, optat dominus Armachanus quod ex declaracione decretalis domini Nicolai III et ex quarto capitulo extravagantis Johannis sit una decretalis ex decreto universalis ecclesie confirmata. Ponit enim T dominus Johannes in constitucione sua *Quia quorundam*, quod dominus Alexander predecessor suus ponens gradum triplicem paupertatis, scilicet alte, alcioris, altissime (alta paupertas eorum est qui pauca habent in proprio propter Christum; alcior eorum, qui nichil habent in proprio sed communi; altissima vero est fratrum, qui nichil habent in proprio vel communi): *Hoc*, inquit, *dixit non ut papa sed ut frater Petrus de Tarentesia.* Ideo dicta summorum pontificum sunt ei merito preferenda. Cum, inquam, ista dicta pape Alexandri sunt ad sanum sensum canonica et tamen per reduplicativam legem ut videtur sophistice adnullata, quare non posset ita dici de constitucionibus dicti Johannis, quod has non dixit ipse ut collegium suum tanquam papa vel caput ecclesie sed tanquam persona ex ignorancia scripture et affeccione temporalium illusa. Et sic non crederetur decreto Romane ecclesie nisi de quanto se fundaverit in scriptura sacra; quod credo omne verum, ut patet XLIII capitulo III libri. Unde notantes di | ligenter dicta domini Johannis inveniunt 140ᵇ ut asserunt inevitabiles discordancias fidei et scripture; specialiter autem in usu rerum consumptibilium. Videtur enim negare eorum usum possibilem in decretali illa *Ad Conditorem canonum*, quia ut credit nec ante actum utendi nec cum actu nec post actum; non ante vel post, quia *tunc actus non est, nisi in potencia* vel

1. Cod.: *exspirata.* 10. Cod.: *quartis capitulis;* ib. Cod.: *Johannine.* 15. Cod.: *habet.* 18. Cod.: *habet.* In Extravagante rectius sic legitur: *altam paupertatem esse habere pauca propria propter Deum, altiorem que nulla habet propria, tamen habet in communi, altissimam que nihil habet in hoc mundo nec in proprio nec in communi.* 23. *legem;* cod.: *levem.* 33. Cod.: *usu rerum usu.*

12. Extr. Joh. XXII, tit. XIV, cap. V. 35. Extr. Joh. XXII, tit. XIV, cap. III.

Digitized by Google

His errors as to becoming and being.

memoria, nec cum actu *quia* (ut asserit) *actus dum est in fieri non est in rerum natura;* patet philosophis ignorancia huius decepcionis sophistice. Constat autem, quod repugnat scripture; nam Apostolus I ad Thim. V, 23 mandat sibi vel consulit *modico vino utere propter stomachum*, Item Eccles. XXXI: *Utere quasi homo frugibus que tibi apponuntur, ut non cum manducas multum, odio habearis.* Item in decretis distinccione XLI *Quisquis* ex auctoritate Augustini dicitur quod non usus vescibilium sed libido est in culpa: *Fieri,* inquit, *potest ut sine aliquo vicio voracitatis preciosissimo cibo sapiens utatur.* Et patet quod non equivocatur in istis, accipiendo usum pro consumpcione, quia consumpcionem illam potest quis facere sine vescencia. Errorem autem de non existencia successivi, dum est in fieri, scit quilibet loycus destruere de tempore, motu, sono et omnibus successivis, que solum sunt, dum fiunt.

Another of his errors.

141* Item, in decretali | sua *Quia quorundam mentes* dicit quod decretalis loquens de usu ordinis intelligenda est de usu iuris et non facti, quia *facta veram personam exigunt, ordo autem vera persona non est, sed representata* V *et ymaginaria pocius est censenda.* Istud contradicit fidei de unitate ecclesie, ut patet XLIII capitulo III libri; nec est racio quare usus facti pocius quam usus iuris requirit unitatem subiecti. Talia multa ut negacionem clare visionis beatarum animarum ante diem iudicii reliquit politicis declaranda.

Sed redeundo ad materiam videtur quod omnes fratres in hoc conveniunt quod repugnat religioni sue habere quicquam civiliter; differunt tamen secundum triplices gradus notabiles (ut sepe exposui). Nam clerici seculares licet debent abdicare a se omnem civilitatem dominii vel usus, possunt tamen licite habere proprietatem ministrandi et gubernandi seorsum bona ecclesie, eciam patrimonia temporalia, que ante clericatum quesierant (ut patet supra XIV capitulo huius IV).

Possessioners may accept enough

Item, secundo gradu sunt religiosi possessionati quibus licet habere quotlibet redditus ex elemosinis secularium

1. *ut asserit;* cod.: *ut fre* (sic) *asserit fre;* false ut videtur pro *fieri;* sed et *fieri* hic est in loco inepto; ib. Cod.: *actum.* 5. Cod.: *modico itaque.* 6. Cod.: *utere quacunque hora frugibus.* 7, 8. Cod.: *hodie habearis.* 8. Cod.: *XLI Quidquid vis.* 17. Cod.: *in omnibus.* 21. Cod.: *sed reputata.* 25. Cod.: *multa negacioni.*

18. Extr. Joh. XXII, tit. XIV, cap. V.

Digitized by Google

revenue for bare sustenance.

dominorum ad vivendum pauperem vitam, ut se ipsis et residuum fideliter distribuendum pauperibus, ut patet XIII capitulo huius quinti.

Friars must live on daily alms.

Tercio gradu sunt fratres qui | renunciantes omni 141
civilitati non habent preter elemosinas quotidianos 5
redditus vel decimas adiacentes et sic excusantur ab hospitalitate ac elemosina corporali, contemplacioni, predicacioni et sacramentorum ministracioni, saltem confessionibus intendentes.

Religion depends not on the rule but on its observance.

Primus status paupertatis est infimus, secundus est 10
alcior, tercius est altissimus. In quolibet autem istorum sunt gradus quotlibet, ita quod regula per se non facit religionem sed legis vel regule observancia, sic quod ille est religiosior qui regularius et striccius observat Christi consilia: quod contingit in quolibet horum trium 15
graduum, licet fratres servantes suam professionem sint in pauperie alciores et inter eos fratres Minores, si professioni et regule satisfaciant quod suppono.

The Franciscans have the highest profession, but other men may reach as near perfection as they.

Cum autem alii fratres militant sub regula Augustini, in qua non limitatur tam stricta pauperies, videtur 20
quod non in quantum illius regule debent tam altam paupertatem habere sicut fratres Minores in quantum suam regulam observantes. Contingit tamen de quolibet trium reliquorum ordinum Mendicancium esse tam perfecte pauperes ut Minores, cum in mundo posset 25
secularis clericus ex consiliorum observancia vivere tam penaliter et perfecte sicut aliquis Mendicancium. Hoc tamen evenit in minori parte. Ad hoc ergo debemus omnes clerici, quilibet iuxta | donum suum satagere, ut 141c
cum minori usu donorum fortune relicto mundo plus 30
prosit ecclesie et de hoc humiliter superbire. Unde secundum Armachanum clericorum religio est quasi carcer profundus in quo clerici a seculo precluduntur, omnes quoad abdicacionem civilitatis, aliqui tamen quoad affeccionem altius et quoad striccionem arcius, ut 35
eque profunde incarceratorum unus est sine vinculis, alius laxius et alius striccius vinculatus. Dimittamus ergo comparaciones contenciosas et sequamur sollicite, quia tales actus reflexi sunt viatorem ad temptacionem inimici post tergum respicere. 40

15. Cod.: *que contingit.* 35. Cod.: *alterius.*

Digitized by Google

CAPITULUM OCTAVUMDECIMUM.

A Secundo incidentaliter patet solucio argumentorum, que doctor meus reverendus magister *Willelmus Wadford* multipliciter contra conclusionem in secundo huius positam de negacione civilis dominii clericorum infert. Arguit autem contra hoc per triginta media compendiose et subtiliter more suo. Et revera obligor eo amplius huic doctori meo quo in diversis gradibus ac actibus scolasticis didici ex eius exercitacione modesta multas michi notabiles veritates. Assumit igitur primo, quod Christus et sui apostoli habuerunt loculos atque pecunias, et doctores michi faventes asserunt Christum 141[d] fecisse ut condescenderet infirmis; aut ergo condescendit infirmis in habendo solum usum aut in habendo dominium. Non primo modo, cum hoc perfectis conveniat. Si secundo modo, cum solum particulariter hoc potest intelligi de civili dominio, sequitur quod Christus et sui apostoli habuerunt civile dominium. Pro solucione istius argumenti oportet primo supponere ex fide scripture quod Christus et suum collegium pro tempore sue peregrinacionis habuerunt loculos atque pecunias. Patet ex Joh. XII, Luc. VIII et Math. XXVII cum determinatis IV et nono capitulis huius V. Sed quia in isto videtur doctores catholicos discordare, ideo oportet parumper illud discutere. Videtur enim Doctorem Subtilem sentire in quadam questione De Perfeccione Statuum quod Judas non habuit loculos de approbacione, sed de permissione Christi; et per idem non emerunt Christo approbante cibaria (quod tamen conceditur XV huius V). *Dico*, inquit doctor, *quod pro tempore necessitatis Christus Judam loculos habere permisit; non enim est verisimile quod iste qui cepit facere et docere haberet loculos et tamen aliis inhiberet.* Unde non iussus sed avaricia ductus iste Judas sub colore necessarie sustentacionis Christi et discipulorum eius providebat sibi loculos ad recipiendum illa que Christo pro necessitatibus

Tribute to his opponent Wadford who defends the right of the clergy to property.

Wadford argues that Christ and his apostles had money and therefore had ownership.

Reply. Duns Scotus says that Judas had a purse with Christ's permission but not with his approval.

5. Cod.: *infert* deest. 12. Cod.: *asseruunt.*

3. Cf. De Civili Dominio II, 1. Loserth, Studien zur englischen Kirchenpolitik im XIV. Jahrhundert, p. 99. 24. Doctor Subtilis i. e. Duns Scotus. Hunc locum in Opp. Doctoris Subtilis invenire non potui.

Digitized by Google

suis et suorum apostolorum offerebantur; de nullo alio legitur quod habuit loculos, licet pro portandis | necessariis 142a ad preparandum pascha habuerit aliquis peram et alius sacculum; quod patet, quia post cenam dicit Christus Luc. XXII, 36: *Qui habet sacculum, tollat similiter et peram, et qui non habet, vendat tunicam suam et emat gladium.* Si enim in sacculis habuissent pecuniam, non fuit Christus ita avarus in proximo moriturus, quod habentibus tunicas vix ad sufficienciam vel forsitan nisi unam dixisset quod venderent eam et emerent gladium. Unde videtur probabile quod Johannes, qui ceteris carior erat, tunicam commutat pro gladio, cum de eo Marc. XIV, 51 dicatur, quod *vestitus erat syndone super nudo*, et tamen cum tunc erat tempus valde frigidum, verisimiliter si duplicem tunicam habuisset, alteram induisset. Nam Joh. XVIII, 18 dicitur: *stabant servi ad prunas et calefaciebant se, quia frigus erat.*

and that the others apostles probably had no money.

In isto puncto est michi verisimilius quod Christus B approbavit loculorum et pecunie lacionem, cum aliter non portasset Paulus pecunias (ut notatum est VIII huius); nec movet prohibicio loculi igitur, cum eque prohibuit Christus peram, sacculos, duplicem tunicam et quicquid aliud quod a predicacione evangelii vel apostolatus officio retardaret; cum quo sensu stat habere loculos, pecunias atque duas tunicas cum circumstanciis oportunis, que cum lacio loculorum est in profectum apostolorum officium, | ideo Iude Scarioth abiectissimo limitavit Christus illud officium. Sicut igitur Christus 142b approbavit elemosinas sanctarum mulierum et earum absenciam, ita approbavit earum elemosine lacionem in loculis pro tempore necessitatis; non enim in hoc est peccatum sed exemplum, quod licet nobis facere in casu similiter.

Wyclif thinks that Christ approved carrying a purse.

Ulterius admittitur tanquam probabile, quod Christus ordinavit cariores eius discipulos pro tempore mortis sue carere pecuniis, nec obest quin Johannes habuit pallium super syndonem, sic quod non convincitur ipsum tunicam mutasse pro gladio; cum Christus dixit: *Satis est* de duobus gladiis quos tunc habuerant. Ideo probabile videtur quod Christus non precepit eis arma

10. *dixisset;* cod.: *diem.* 22. Cod.: *sacculorum.* 30. Cod.: *elemosine.* 32. *casu;* cod.: *capitulo.*

39. Lucae XXII, 38.

Digitized by Google

corporalia providere quod difformaret consilio suo et operi; precepit enim eis *pati iniurias* non pugnare. Unde Petrus habens alterum illorum gladiorum (quos Chrisostomus dicit grandes cultellos ad mactandum
5 agnum paschalem non ad pugnandum) increpatus est, quia percussit servum pontificis Joh. XVIII, 10, 11. Non enim sequitur sanctum evangelistam pro tunica emisse sibi gladium ex hoc dicto. Et si queratur quare Christus sic precepit, dicitur quod primo ad denotandum
10 quod licet laycis pro tempore persecucionis se moderate defendere; secundo instruit clericos ut tempore persecucionis arment se *gladio spiritus*, quod est verbum |
142[c] Dei *penetrabilius omni gladio ancipiti*, ut loquitur Apostolus Eph. VI, 17 et Hebr. IV, 12. Debet enim clericus
15 habere duplicem gladium bis acutum, primum ad mulcendum proficientes et secundum ad puniendum rebelles. Prima acucies primi gladii prescindit mala que in futurum contingerent illo gladio non mulcente, et secunda acucies rescindit mala preterita, leviter provo-
20 cans ad contricionem. Prima acucies secundi gladii prescindit acute mala peccati per verba aspera inducencia horrorem peccati et pene gehenne; secunda acucies est ad tradendum obstinatos sathane vel pene huiusmodi corporali; et isti duo gladii sufficiunt sacer-
25 doti. Unde Hebr. IV, 12 dicit Apostolus: *Vivus enim est sermo Domini et efficax et penetrabilior omni gladio ancipiti et pertingens usque ad divisionem anime et spiritus.* Omnia igitur temporalia possibilia debet sacerdos Christi renuere propter hunc gladium compa-
30 randum et specialiter in hora mortis spiritualis. Cum igitur Christus nichil dixit ex levitate vel indifferencia, videtur quod verba Christi sunt onustata ista et ampliori sentencia, et per idem ordinacio sua qua voluit ludam portare loculos.

Various lessons from Christ's command to buy a sword.

35 Et in isto concordant quelibet sanctorum sentencie.
142[d] Nam Augustinus super | Psalmum CIII ita scribit: *Habuit*
C *Dominus loculos, sicut dictum est de quibusdam religiosis*

3. *quos;* cod.: *quis.* 32. Cod.: *quod ista.*

4. In Commentario Chrysostomi Hom. LXXXIII in Johannem (Opp. VIII, 491) hic locus non extat sed sic habetur: *Et quomodo, qui iussus erat non peram habere . . gladium habuit? Ut videtur . . . se iam olim premunierat.* 36. Opp. tom. IV, 1158; sed non ad verbum citatur.

Digitized by Google

feminis que ministrabant ei de substancia sua; futurus erat Paulus nec tale aliquando querens, et omnia provincialibus donans. Sed quia multi infirmi ista quesituri erant, magis infirmorum personam suscepit Christus. Numquid sublimius Paulus Christo? Sublimius Christus, quia misericordius. Cum enim videret Paulum istam non esse quesiturum, providit ne dampnaret quesiturum et prebuit exemplum infirmo, quomodo cum videret multos promptos et gaudentes ituros ad martirium passionis exultaturos in ipsa passione, fortes centenarios maturos ad horreum, tamen quorundam infirmorum quos videbat posse turbari ventura passione, ne deficerent sed pocius voluntatem humanam voluntati creatoris coniungerent, ipsorum personam voluit suscipere in passione dicens: Tristis est anima mea usque ad mortem.

Ex istis verbis videtur Augustinum dicere quod Dominus habuit loculos ut doceret infirmis licere ab auditorio querere necessaria; nec enim in portacione per se potest fingi peccatum, nec obstat Christum ordinasse istam portanciam, licet Judas fuerit in mortali continue quando portavit loculos cum pecunia, cum Deus approbat | substanciam operis viciosi; nescio tamen 143ᵃ ostendere quod sic fuit de Juda.

Christ really suffered at the prospect of his crucifixion.

Item, Ambrosius super illud Luc. XXII, 42: *Transfer calicem hunc a me. Errant,* inquit, *hoc loco qui tristiciam Salvatoris ad argumentum inolite pocius a principio quam suscepte ad tempus infirmitatis inclinant et naturalis sensum cupiunt detorquere sentencie. Nusquam magis pietatem eius maiestatemque demiror. Minus enim michi contulisset nisi meum suscepisset affectum.* Vult iste sanctus dicere quod Christus vere passus doluit, timuit et tristatus est, specialiter ut nobis affeccionem humanam imitabilem exemplaret. Aliter enim non expressisset eius infirmitatem tam penalem pocius quam sancti qui sine signo tante tristicie passi s[illegible] Item Crisostomus super Math. Omelia XXVI: *Vides [illegible]a est Christi in condescensionis dili-*

25. *Errant;* rectius: *haerent.* Cf. Ambros. in Lucam; vide infra. 26. Cod.: *ad a[illegible]mum.* 27, 28. Cod.: *nihil sensum.* 28. *sententiae;* hic verba omissa sunt: *Ego autem non solum excusandum non puto sed eciam.* 29. Cod.: *maiestatem quia deminor.* 30. Chrysost.: *Vidistine, quantam accuracionem cum indulgencia coniunctam ostentat? Ut eciam cum comederet et biberet ac contrariam, ut videatur, Johanni vitae vacionem teneret . . .*

16. Matth. XXVI, 38. 25. St. Ambrosii in Lucam Opp. tom. III [illegible]. 35. Joh. Chrysostomi in Matth. Hom. XXVII, Opp. V. [illegible]30. Loosely quoted.

Digitized by Google

gencia sicut cum comedat et bibat sic, ut cum videatur ex adverso Johanni faciens et hoc fecit gracia salutis Judeorum, magis autem orbis terrarum universi. Item, Gregorius, XII Moralium super illo: *putasne mortuus homo* etc. *Solent,* inquit, *viri iusti in eo quod ipsi certum senciunt quasi ex dubitacione aliquid proferre, ut infirmorum in se verba transferant; sed rursum per fortem sentenciam infirmanti dubietate contradicunt, quatenus per hoc quod dubie proferre cernuntur infirmis*
143b *aliquatenus condescendant | et per hoc quod certam sentenciam proferunt infirmorum mentes ad soliditatem trahant. Quod dum faciunt exemplum nostri capitis secuntur, passioni quippe dominus propinquans infirmancium in se vocem sumpsit, dicens: Pater, si possibile est, transfer a me calicem hunc. Sed vim fortitudinis ostendens ait: Non sicut ego volo, sed sicut tu.* Vult ergo iste sanctus quod Christus vere sine duplicitate exemplavit nunc viam perfecti et nunc viam minus perfecti. Nec aliter video ad quid taliter diceret illa verba.

In so doing he set an example to the weak.

Item, Hugo de sancto Victore exponendo psalmum
D XCI sic loquitur: *Habebat Jesus loculos et ea que dabantur suscipiebat conformans se inperfectis. Paulus autem noluit sumptus accipere de evangelio, sed gratis factus est minister verbi. Et invenitur Paulus aliquid magis fecisse quam Christus; Christus autem in numero imperfectorum inveniri voluit, ne presumerent non accipientes et confunderentur accipientes et estimaretur non esse Christianus faciens quod voluit facere Christus.* Item, in decretali Nicolai III in Sexto *Exiit qui seminat* si habetur: *Nec hiis quisquam putet obsistere quod interdum dicitur Christum loculos habuisse. Nam sic Christus ipse cuius perfecta sunt opera in suis actibus viam perfeccionis exercuit, quod infirmorum inperfeccionibus con-*
143c *descenderet et | viam perfeccionis extolleret et inperfectorum infirmas semitas non dampnaret.* Et idem patet

7. Cod.: *transformant.* 8. Cod.: *infirmanti* deest; ib. Cod.: *dubietati.* 10. 11. Cod.: *circa sentenciam.* 11. Cod.: *sollicitudinem.* 13. Cod.: *qui passioni propinquans.* 27. Cod.: *confunderent.* 28. Cod.: *faciens* deest; ib. Cod.: *noluit.* 30. Cod.: *putat.* 30, 31 Cod.: *interdum dei Christum.*

4. Job XIV, 14. 5. Opp. tom. I, 398. 21. Appendix ad Hugonis Opp. dogmatica Miscell. lib. II, cap. LXIV, Migne CLXXVII, 626. 29. Sexti decret. lib. V, tit. XII, cap. III.

Digitized by Google

XII questione I *Habebat* sub auctoritate Augustini, ubi sic dicitur: *Habebat Dominus loculos a fidelibus oblata conservans et suorum necessitatibus et aliis indigentibus tribuebat; tunc primum ecclesiastice pecunie forma est instituta, ut intelligeremus quod precepit non esse cogitandum de crastino, non ad hoc fuisse preceptum ut nichil pecunie servetur a sanctis, sed ne Deo propter ista serviatur et propter inopie timorem iusticia deseratur.*

Christ approved receiving money and carrying a purse.

Ex istis septem dictis doctorum colligitur scriptura duce cum racione probabili quod a Christo approbate sunt tam recepcio pecunie quam portacio loculorum.

We grant that Christ had the use of money but not civil ownership.

Quibus suppositis patet responsio ad formam argumenti, concedendo quod Christus habuit tam usum pecunie ac aliorum usibilium, quam eciam naturale dominium, non autem potuit habere civile dominium, formaliter intelligendo. Difficultas autem stat: in quo et quomodo condescendit infirmis, quia si creditur quod ex suo condescensu dominatus fuit civiliter, mitigat perfeccionem Christi tantum aut induxit infirmitatem in suis moribus et est error insanus. Ideo pro declaracione huius materie notandum est primo, sicut dicitur | capitulo III huius V, quod opus ad propositum dicitur bonum seu perfectum dupliciter, vel quoad genus suum naturale vel quoad circumstancias; quoad genus absolute secundum perfeccionem quam persone habent ut est talis nature; et hoc variatur dupliciter secundum speciem vel individuum, ut predicare sic est perfeccius quam dormire, et predicare diucius est perfeccius quam predicacio parcialis. Quoad circumstancias dicitur operacio perfecta, quando circumstancie nature sue accidentales per accidens ipsam bonificant, ut dare elemosinam rectificatur per caritatem et intencionem dantis, ut patet XV huius V. 143[a]

An act may be good in kind or through circumstance.

An outward act is not virtuous or vicious in itself but according to its intent.

Secundo notandum quod nulla operacio extrinseca est per se viciosa vel virtuosa, sed solum ut procedit ab habitu virtutis vel vicii et per consequens proporcionaliter ad habitum contrahit nomen moris. Sic enim *vidua paupercula* ex fervore caritatis *plus omnibus misit*, ut patet ex diffinicione Christi Marc. XII, 43. Et sic operacio dicitur dupliciter esse in specie; primo per

20. Cod.: *et* deest; ib. *insanus (?)*; cod.: *in sannis*.

1. Decret. Secunda Pars, causa XII, qu. I, cap. XVII.

Digitized by Google

se in specie accionis ut quilibet homo est per se in specie humana; secundo per accidens in specie actus virtuosi, sicut homo per accidens est in specie clerici vel artificis et secundum raciones istarum rerum capit eadem res disparia predicata.

144ᵃ E Istis duobus | suppositis dico tercio, quod licet Christus condescendit infirmis quoad operaciones inperfectas in per se genere, tamen omnes ille operaciones erant summe perfecte et per consequens non inperfecte in moribus, quia processerunt a subiecto suo virtuosissimo secundum habitum altissime caritatis. Sic igitur licet sit *beacius dare quam accipere*, Act. XX, 35, perfeccius est habere utrobique erarium paratum quam es in loculis circumferre, perfeccius hostes nudo aspectu prosternere quam ipsos timorose effugere; perfeccius sine fastidio laborem carnalem perficere quam ex tanto laboricio fatigari, perfeccius absque pavore vel fletu gaudiose mortem aggredi propter Christum quam cum tristicia et tremore mortem tam gravem suscipere; et sic de quotlibet miseriis quas Christus pro nobis sustinuit; quarum omnium per sanctos intelligo quoad per se genus, cum omnes iste operaciones fuerunt in Christo eque perfecte quoad circumstanciam vel virtutem. Et patet quod divisio prime racionis est insufficiens, cum Christus nec condescendit infirmis in quantum habuit nudum usum nec in quantum cum usu habuit dominium, sed in quantum perfecit operaciones inperfectas [illegible] per se genere; licet summe perfectas in moribus. Quantum ad inperfeccionem generis erant operaciones nostris si-
144ᵇ millime. Unde vocantur infirmitates | nostre; sed quantum ad perfeccionem in moribus nullus christianus potuit aliquam illam attingere. Et sic ad sensus equivocos erant tam perfecte quam inperfecte et per consequens quoad per se genus vel naturam operaciones multorum Christianorum ipsas excesserant, sed quoad bonitatem morum ex circumstancia caritatis a qua processerant nullus Christianus potest ad aliquam illarum in paritate contingere. Unde ymaginandum est de Christo duce nostro quod secundum hominem interiorem et perfeccionem omnium operacionum suarum in moribus stat fixus in gradu altissimo possibili humano generi trahens post eum omnes Christianos in funiculis cari-

Christ's acts although accommodated [illegible] human [illegible], were [illegible] circumstance perfect.

1, 2. *specie*. Cod.: *se*. 4. *rerum*. Cod.: *serum*. 15. Cod.: *affugere*. 21. *per sanctos;* haud dub. error scribentis; *perfectos (?)*

Digitized by Google

tatis. Et ille idem dux noster descendit secundum corpus vel completum hominem per quotlibet gradus dispares quoad perfectos operacionum in genere, licet quelibet illarum operacionum non posset humiliari ad aream operacionum civilium quas exemplificat, ut patet in fine capituli XI huius. Et sic rex noster et sacerdos sicut secundum divinitatem est speculum eternum secundum raciones eternas exemplificans quamlibet creaturam, sic secundum hominem assumptum et eius operaciones quas perficit in peregrinacionis sue tempore est exemplar ad quod oportet quemlibet christianum vigilanter | attendere. Ipse enim est mons *quem* Ysaias prophetat 144[a]
II capitulo: *Super verticem moncium elevatum*, pro quo sermo Domini Exod. XXV, 40 ad ecclesiam universalem dirigitur: *Inspice et fac secundum exemplar quod tibi in monte monstratum est.* Inpossibile quidem est christianum opus facere laudabile, nisi sit in huius montis operibus exemplatum; non igitur est color: si Christus secundum opera eciam inperfecciora in genere exemplavit dominacionem civilem, copulacionem carnalem et punicionem ad mortem corporalem, igitur operaciones sue exemplantes erant huiusmodi.

Against an opponent we maintain that Christ had use and political right but not civil ownership.

Secundo arguit *doctor meus*, querendo si Christus F
et sui apostoli habuerunt in loculis et aliis usibilibus usum sine iure utendi et civili dominio, aut habuerunt in eis ius utendi aut civile dominium. Non primo modo, cum hoc sit a Johanne XXII hereticatum, igitur relinquitur secundum. Patet ex dictis quod divisio est insufficiens et sic consequencia non procedit; habuit enim Christus usum et ius politicum sine dominacione civili. Et quoad dominum Johannem dictum est proximo capitulo.

It is argued that Christ had a house, but nothing shews that he owned one civilly.

Tercio arguitur quod Christus habuit domum ad inhabitandum, iuxta illud Joh. I, 38 *Rabi, ubi habitas?* At ille: *Veni et vide:* Non enim continue iacuit sub divo, oportet ergo quod habitacio in domo sua dicat aliquid plus ti | tuli in domo quam dicit usus vestimen- 144[d]
torum ac vescibilium vel naturale dominium. Dicitur quod consequencia non valet, cum ista suffecissent Christo. Nam innocentes habitassent in paradiso et sancti habitant in celo, peregrini eciam et divites habi-

2. Cod.: *quolibet.* 9. *assumptum;* cod.: *assertum.* 12. Cod.: *quam Ysaias.* 27. Cod.: *hereticum.* 31. *quoad;* cod.: *et ad; quo* deest.

Digitized by Google

tant in loco quo resident et Dominus habitat in sanctis, ut patet scrutanti scripturas. Non igitur ex habitacione est color concludendi ipsum civiliter dominari, sicut patet de fratribus. Ille ergo qui habitat in domo tan-
5 quam civilis eius proprietarius habet inhabitabile civile dominium, Christus autem voluit manere in domibus alienis, ut patet de domo Marthe, Zachei et civis Jerusalem in cuius cenaculo celebravit cenam novissimam, nunquam autem voluit esse civilis proprietarius, ut patet
10 Math. VIII, 20: *Filius autem hominis non habet ubi caput reclinet.* Nec patet michi ex scriptura quod locus habitacionis Christi ad quem invitavit discipulos intuendum fuit domus aliqua; quin pocius locus sub divo in quo Christus solebat frequenter habere pausacionem, sicut
15 fuit de orto in quo captus est (ut patet Joh XVIII); et *hoc* grammaticaliter sonat *hoc frequentativum habitare;* Christus enim pro tempore sue peregrinacionis noctes plurimas duxit insompnes nunc pernoctans in oracione Luce VI, nunc ambulans supra mare Math. XIV et
145* nunc | quadraginta noctibus spacians in deserto Math. IV, laborans continue in hiis *que patris sui sunt.* Quod si quando dormivit in lectis, non credo, quod usus fuit (ut hodie faciunt eius vicarii) apparatibus secundum fastum seculi et lectisterniis sumptuosis; satis igitur
25 fuit Christo habere talia ex conduccione, ex prestacione, vel alio tytulo supra ius civile vel civile dominium.

The habitation that the disciple was to see was not necessarily a house.

Quarto arguitur ex illo Luce X, 7 dicto predicatoribus: *Dignus est operarius mercede sua.* Ex quo videtur quod evangelizantes habent aliquid iuris vel condigni-
30 tatis in necessariis recipiendis a suis cathechizatis eciam plus quam habent in bonis aliorum quibus non predicant. Cum igitur in bonis extraneorum habent naturale dominium, relinquitur quod in bonis sui auditorii habent civile dominium.

It is argued that as the labourer is worthy of his hire, the preacher has civil ownership of his dues; but his ownership is natural, not civil.

G Hic nego consequenciam, nam in naturali dominio sunt quotlibet gradus possidendi secundum quotlibet titulos atque usus, ut quando fidelis donat evangelizanti vite necessaria, habet in eis novum titulum atque licenciam ad usum sensibilem, et per consequens ius
40 utendi novum sine acquisicione nova eorum dominii.

18. Cod.: *insompnos.* 25. Cod.: *ex duccione.* 31. Cod.: *habet.*
37, 38. Cod.: *evangelici.*

Digitized by Google

Et sic ex novitate iuris acquirit elemosinam et per consequens novum dominium super eius usus sensibiles eciam a dicto sumendum causa, stante eius antiquo dominio, et sic lex Christi secundum quam predicator de iure vendicat vite necessaria a subiectis est de iure nature, ut patet | I. Cor. IX, et longe a lege humana. 145b

In preaching the spiritual labour cannot be paid in money.

Notandum tamen quod in predicacione est labor corporalis, cuius merces est corporale stipendium et labor spiritualis, cuius merces expectatur in patria, qui cum non sit numismati in proporcione racionabili comparabilis, non est civiliter emibilis sive vendibilis sed evangelice, ut patet ex dictis. Ille igitur foret fatuus qui propter avariciam temporalium perderet instruccionem in via morum et plus foret deses sacerdos qui cum evangelisacione temporali potest mercari beatitudinem et evadere dampnacionem. Ideo dicit Apostolus

but the bodily labour earns its hire, which is given by God.

I Cor. IX, 16: *Ve michi, si non evangelizavero.* Unde ne desperemus de corporali suffragio, dat nobis tytulum ad mercedem pro corporali laboricio dicens: *Dignus est operarius mercede sua.* Illud autem quod evangelicus habet ex nova gracia datur sibi a Deo et occasionatur a licenciante domino; nec videtur licencia que est licere data ab homine et non a Deo sed appropriate a Deo que eo ipso quo quis est in gracia licet sibi uti omnibus bonis Dei super quibus ex titulo gracie dominatur. Sed caveat ne hec licencia que appropriate ,datur a Deo ante omnem humanam licenciam sit fratri ad scandalum et sibi ex cupiditate temporalium ad ruinam, | quia eo 145c ipso cadit a licencia. Ideo secundum Apostolum *multa licent que non expediunt.* Sic ergo ius et licencia quandoque pure accipiuntur pro potestate et licere, et sic videtur michi quod appropriate dantur a Deo ut gracia

When God's gift is ministered by man we are apt to regard chiefly the agent.

iuxta illud Rom. XIII, 1: *Non est potestas nisi a Deo.* Quandoque autem dicunt aggregative datum divinum et approbacionem ministratoriam potentatus et sic dant homines subautentice ius atque licenciam dantes quod suum est; ad quod plus attenditur quam ad datum Dei quod tamen clerico suo sufficeret. Contingit igitur tam in statu innocencie quam statu lapsus homines secundum quotlibet gradus adquirere ius et differenter honore

2. Cod.: *sensibili.* 3. Cod.: *a dicto* ... Hic locus corruptus est. 36. Cod.: *dans.* 40. *differenter honore possesso;* ita cod. rectius: honores et possessiones.

29. I. Cor. VI, 12; X, 22.

Digitized by Google

possesso sine civilitate. Ideo non sequitur: Quodlibet ius superadditum iuri naturali inducere ius civile; nec sequitur ex variacione iuris dominium proporcionaliter variari, licet Augustinus vocet dominium fundatum in maiori gracia verius dominium, nam dominium nec est mole nec intensive magnum (ut patet capitulo . . . huius quinti).

H Quinto arguitur sic: quibus non repugnant proprii actus civilis dominii nec civile dominium, sed Christi discipulis non repugnant actus civilis dominii, igitur nec ipsum dominium. Nam discipuli emerunt cibos in 145[a] civitate Samaritanorum | Johannis IV, Christus eciam precepit eis ut venderent tunicas Luce XXII, Paulus eciam conduxit sibi domum ad inhabitandum, ut patet Actuum XVIII.

It is said the apostles did acts characteristic of dominion.

Hic negatur minor, intelligendo ad propositum arguendi discipulos Christi clericos, pro tempore quo sunt clerici. Et patet ex supradictis XV huius, quod tres actus predicti sunt non civiles, dum non fiunt a civili domino vel usurario nec gracia aquirendi civilis dominii sui usus quod fit verum de apostolis; ideo non ut sic exercitabantur in actibus civilis dominii.

We deny that the acts had that character.

Quantum ad illud Luc. XXII, patet ex dictis superius in isto capitulo quod mistice dictum est, docendo predicatores in tempore persecucionis emere a Deo per devotas oraciones absque argento et ulla commutacione Constantina predicandi evangelicam veritatem que est verbum Dei et gladius Spiritus Sancti, et quod non dimittant propter tunicam possessionis temporalis arguere oportune; et isto gladio armati sunt apostoli Christi vincentes mundum atque dyabolum instar sui, qui ex scriptura triplici que est verbum Dei ipsum communicat (ut patet Math. IV).

Sexto arguitur: furtum descriptive est contrectacio rei aliene invito domino, et intelligitur de possessione 146[a] et dominio civili, ut patet politicis. Sed Judas erat | fur, ut dicitur Joh. XII, ergo relinquitur quod Christus et sui discipuli habuerunt civile dominium super hiis que Scarioth furabatur.

It is argued: Christ and his disciples must have been owners or Judas could not have stolen.

21. *verum;* cod.: *vm.* 36. Cod.: *domino.*

23. Lucae XXII, 36.

Digitized by Google

We deny the consequence, which rests on equivocation,

Hic negatur consequencia, cum arguitur particulariter in equivocis. Est enim quoddam furtum civile, quoddam dyabolicum; furtum civile, quando aufertur a civili domino vel usurario res sua civiliter, ipso invito; et sic est quoad rapinam et omnem iniustam ablacionem huiusmodi privatam; generaliter autem loquendo de furto furtum est quecunque iniusta ablacio vel abusio boni Dei, quia omnis talis est iniusta contrectacio rei aliene, quam licet dominus habet continue, tamen iniuriatur sibi sicut omnibus membris eius a quibus aufertur ususfructus, quia in fure tollitur usus meritorius per abusum, quod licet non fuerit invito domino, tamen fit preter eius licenciam; et sic contingit racio furti autonomatice falsis pastoribus. Unde et illos vocat Christus signanter *fures et latrones*, Joh. X, 8. Fures quod clam veniunt non vocati a Deo nec *per hostium* et cardinem humilitatis, quia Christus tunc eos approbative cognosceret quin subintrant, sicut forte subintrant nonnulli de nostris prepositis ad ecclesiasticas dignitates et post introitum sunt latrones, quia tunc plus patule rapiunt bona ecclesie per palliatas censuras tanquam in saltu ponentes insidias ad invadendum simplices christianos.

Judas igitur | fuit fur non civilis sed dyabolicus. Ideo 146b 1
vocatur a Christo Johannis VI, 71 *dyabolus*, et figurat falsos prepositos, procuratores, apri de silva ad querendum sibi animas quas Christus redemit suo sanguine infinitum plus apprecians eas quam totam pecuniam quam Scarioth furabatur.

Et ad confirmacionem qua dicitur iudicem civilem licite potuisse suspendisse Judam pro furto, concedi debet conclusio, sed non exinde sequitur quod furabatur rem supra qua Christus dominabatur civiliter, ut iudex politicus racionabiliter dampnat latronem occidentem vel spoliantem fratrem, licet non abstulerit bona super quibus frater habet civile dominium.

Unde licet Christus et sui apostoli iuissent pro tali punicione Scarioth prosecuti, tamen illata iuste de possibili morte proditori per iudicem secularem Christus punicionem huiusmodi approbasset.

Prima pars patet eo quod Christus non docuit suos sacerdotes incurrere irregularitatem vel fieri carnifices

5. Cod.: *commune ad.*

Digitized by Google

hominum, sed pocius remittere omnem iniuriam, ut patet Math. XVIII. Unde Luce XXIII, 34 rogavit *patrem occisoribus suis dimittere.* Et secunda pars patet ex hoc quod pertinet ad iudicem civilem pacificare rem publi-
5 cam maxime in perturbacione sensibili et enormi deficiente aliquo qui puniret, sicut fuit de illo sacerdote iniquo qui proditorie tradidit magistrum optimum ad
146[c] maximam perturbacionem plebis | Judaice. Et si dicitur quod non licet iudici layco condempnare sacerdotem,
10 verum est ipso manente sacerdote vel assistente iudice ecclesiastico qui apcius puniret; et hoc creditur Christum docuisse, quando ordinavit proditorem suum qui fuit Judeus episcopus suspendi laqueo per se ipsum et Pylatum iudicem suum gentilem laycum occidi fecit per
15 Romanos principes. Et si secundo obicitur quod non licet iudici civili nisi in causa civili cognoscere, patet quod hoc est falsum, nam tam inpossibile est legem civilem esse vel iudicium secundum illam nisi fundetur in lege nature fundante racionem iudicii, quam in-
20 possibile est formam artificialem esse nisi fundetur in essencia naturali. Ideo iudex civilis aliqua iudicat in quantum minister legis humane, et tunc iudicat civiliter sive politice; et aliquando in quantum minister legis nature, quod si pure ea racione diiudicat, tunc est
25 illud iudicium mentale et sic illud iudicium potest esse sine civili et non econtra.

How far laymen may judge priests.

A judge may administer both civil and natural law.

K Et patet quod falsum assumitur; de iure namque nature quo omnis homo debet diligere fratrem suum, debet homo eciam politicus punire tales maleficos.
30 Modus autem puniendi limitatur de iure humano in
146[d] diversis climatibus variatus. Quod si iudex non | innititur legibus humanis, sed limitat sibi ex epykeia modum puniendi, stat quod totum iudicium et eius execucio sit simpliciter naturalis.

35 Et patet quod licet civili iudici punire in causa alia quam civili, sed non licet sibi iudicare civiliter nisi causa in qua iudicat sit civilis. Sed hoc potest dupliciter intelligi, vel quia contractus civilis sit inter partes quarum utraque altera sit civilis vel quia neutra parte
40 exigente politica offensum est contra policiam rei publice. Et voco hominem politicum qui est usurarius vel

He can judge civilly only in civil causes, but he may punish in others.

25. *mentale;* cod.: *mle* (quod et legi posset: *intellectuale*). 32. *epikeia* = ἐπιείκεια = *equity*.

Digitized by Google

dominus civilis sicut patet de domino et servo. Illum autem voco non politicum, qui nec habet usum civilem nec dominium civile cuiuscunque sicut fuit de Christo et suo collegio, qui non eo minus voluerit subici humanis legibus, ut patet II capitulo huius V. Et ita si fecisset contra leges humanas perturbacionem in populo, civili iudicio racionabiliter subiecissent et sic posset politicus iudicasse de possibili civiliter proditorem. Nec moveat licet *homo sit naturaliter animal politicum*, quod nonnulli sint non politici, nam homo est naturaliter animal bipes et tamen aliquis homo occasionaliter non est bipes; multo magis ergo cum ex natura infecta inducitur policia, | stat hominem esse qui non sit politicus, sicut fuisset omnis homo in statu innocencie et post lapsum erant Christus, Baptista et multi alii: Sicut ergo nos *sumus filii ire*, sic dicendum est de proprietate politica que est proprium tercio modo dictum. 147a

Christ approved of judges inflicting punishment.

Quod autem Christus approbasset punicionem huiusmodi, patet ex hoc quod illa fuisset iusta ex posito, sicut Math. XVIII, 6 dicitur: *Expedit quod scandalisans fratrem suum suspenso molari ad collam demergatur in mari.* In quibus videtur notabile, quod pro peccato communissimo et reputato levissimo Christus approbat quod layci puniant morte levissima que est submersio; ergo multo magis approbaret pro peccatis gravioribus mortem plus asperam; de isto inferius.

Septimo arguitur sic: Apostoli Christi persecucionis tempore fuerunt puri clerici et perfecti Christi discipuli et tunc fuit eis licitum non conservare Christi consilia de non possidendo aurum vel argentum et ceteris, ergo adhuc licet clericis habere civile dominium.

Bede says that ownership was allowed in time of persecution.

Minor patet per venerabilem Bedam super illo Luce XXII, 36: *Nunc qui habet sacculum, tollat similiter et peram.* Ubi ponit quod non est eadem forma vivendi persecucionis tempore et tempore pacis. Et consequenter ponit quod forma que fuit data Luc. IX fuit relaxata tempore mortis Christi et tempore persecucionis per verba Christi data Luce | XXII. Ideo dicit consequenter 147b

7. *subiecissent*; adde: *sum homines*. 10. Cod.: *quod nulli*. 13. Cod.: *que est*. 16. Cod.: *ergo nam sumus*. Cf. Eph. II, 3.

9. Aristoteles Politica I, cap. I: *ἄνθρωπος φύσει πολιτικὸν ζῷον*. 32. Baedae in Lucae Evang. cap. XXII, Lib. VI, Opp. tom. V, 427 (ed. Colon. 1612).

Digitized by Google

quod regula imposita discipulis missis ad predicandum non fuit bona tempore persecucionis; licet igitur non fuit apostolis licitum tempore pacis temporalia civiliter possidere, hoc tamen fuit eis licitum tempore persecucionis.

A clergyman may have civil possessions, but he must hold them evangelically not civilly.

I. In isto argumento oportet notare verba secundum sanam loycam et signare ministeria ad sensum doctorum katholicorum. Prima igitur conclusio est concedenda, sed minor habet calumpniam. Semper enim debent apostoli pro tempore sui apostolatus servare Christi consilia; quibus non repugnat habere civile dominium materialiter intelligendo (ut patet capitulo XIII huius quinti). Stat enim clericum licite habere quotlibet civilia dominia, sicut et Christus habuit, evangelice et non civiliter, sine hoc quod aliquod Christi consilium offendatur; cum Christus habuit pro statu sue peregrinacionis omnia regna mundi, licet nec ipse potuit nec sacerdotibus suis cum isto officio licenciavit civiliter dominari.

Christ's counsels do not vary but may be less strictly construed in times of trouble.

Et quantum ad venerabilem Bedam dicitur quod intelligit non plene eandem formam vivendi observandam Christi discipulis tempore pacis. Et variato tempore persecucionis nec umquam precepit hoc Christi consilium, nam idem Christi consilium, quod sufficit dirigere viatorem pro uno tempore huius vie, sufficit et pro quolibet; cum consilium de nichil portando in via sic 147° debet | intelligi, quod non solum semper careant animo dominandi civiliter sed neque portent quicquam in via quod evangelizandi officium retardaret, cum potestas data eis ad ministrandum populo spiritualia et faciendum miracula, sit ut sufficiens illis, ut populus ministraret eis quecunque necessaria, cum de lege nature ad illa necessaria erant digni; nec est intencionis venerabilis Bede dicere quod Christi consilium fuit posterius revocatum, sed per illud Luc. XXII capitulo laxius explanatum; sic videlicet, quod licet Christi apostolis tempore persecucionis et tempore caristie facere providenciam et colleccionem pecunie, ut patet per beatum Augustinum; et sic sensus specialis regule pro tempore pacis non fuisset sanus pro alio tempore, quo alius sensus eidem consilio debet dari. Consilia enim Christi sunt generalia et preter consultum pro omni tempore sub eodem verborum velamine tegunt sensum spiritualem pro loco et tempore modificandum.

22. Cod.: *nam ideo (sive immo)*.

Digitized by Google

Octavo arguit: Joseph ab Arimathia, Symon leprosus, Maria Magdalena et Lazarus suscitatus erant perfecti Christi discipuli pro tempore quo fuerunt civiliter dominati, ergo per idem licet clericis civiliter dominari. Nam de illis constat ex evangelio Math. XXVII, Joh. XI et Marc. XIV, quod erant divites civiliter dominantes.

That some disciples were wealthy proves nothing, if they were not apostles.

Hic patet quod consequencia non procedit; | oportet 147[a] enim omnem christianum salvandum, clericum vel laycum esse Christi discipulum, sed omnes sacerdotes eius et clericos oportet in expropriacione civili propinquius sequi ipsum, quia aliter non sunt clerici de sua familia domestici, sicut fuerunt apostoli, in cuius signum Christus non acceptavit Zacheum in apostolum sed laycum discipulum, ut dicit Jeronimus, quia non tunc perfecte renunciavit omnibus bonis suis, sicut Petrus et ceteri apostoli, sed dimidium bonorum professus est se dare pauperibus, ut dicitur Luce XIX, et residuum reservavit ad satisfaciendum, si aliquem defraudavit, ut placet Augustino.

Civilis ergo proprietas repugnat apostolatui et per M consequens clericatui, ut patet de Scarioth qui exinde ab apostolatu cecidit et de dictis laycis qui exinde ad laycalem discipulatum sunt admissi, non autem ad ordinem clericatus. Sacerdotes enim gerunt tipum apostolorum, aliqui propinquius, aliqui remocius; clerici vero inferiores gerunt tipum aliorum discipulorum, nec video ex evangelio quin dicti layci Christi discipuli reservarunt sibi post conversionem usum sui prioris civilis dominii et renunciarunt civiliter, sicut dictum est capitulo XIV huius clericos debere | facere qui 148[a] cum patrimonio proprio de Christi patrimonio sunt promoti.

Nono arguit: Christus eiecit ementes et vendentes de templo (ut patet Joh. II et Math. XXI). Cum igitur hoc fecit ex potestate coactiva non exortativa, videtur quod hoc fecit ut dominus. Unde glossa distinccione X super capitulo: *Unde idem* ponit expresse quod *Christus fecit quedam ut imperator, quedam ut sacerdos; ut imperator eiecit ementes et vendentes in templo.*

9. Cod.: *eciam Christi.* 13. Cod.: *nobis acceptavit.* 26. *aliorum;* cod.: *arum.*

37. *Unde idem* non extat, sed est dist. X, cap. VIII *Quoniam idem.* Cf. Glossa ad hoc cap pert. Et in dist. XCVI cap. *Cum ad verum* hic locus invenitur.

Digitized by Google

Hic concludendo primam conclusionem non sequitur si hoc fecit ut imperator, rex vel dominus, ergo ut dominus civilis, quia (ut ostensum est) ipse habuit perfeccionem regaliam, licet in hoc exemplavit civile dominium et potestatem civiliter coactivam. Nam humilis coaccio est cum flagello de funiculis bestias de templo abigere, es non ad fiscum sed fundum confundere, non personam sacerdotis sed monetam destruere. Ideo (ut dixi superius) debent seculares domini proporcionaliter agere. Nec fuit secularis regalia sedere super asinam et pullum eius sine strepa vel sella, sed hoc exemplar et principium civilis dominii licet fuerit in quantitate valoris vel sensibilitatis minimum quoad mundum, tamen quoad Deum fuit maximum in virtute. Ideo sepe negavi Christum habuisse potestatem coactivam. Ideo Augustinus Epistola XXXIII ad Bonifacium | docet diffuse per multa
148b exempla sanctorum Christi quod christiani ad legis sue observanciam debent cogi.

In driving the sellers out of the temple he acted as lord, but not necessarily as civil lord.

Decimo arguit sic: Si illicitum fuisset apostolis habuisse divicias, hoc foret propter hoc consilium, Math. X, 9: *Nolite possidere aurum* etc. Sed hoc non impedit, cum secundum Augustinum *Contra Donatistas* ista verba spiritualiter scrutanda sunt, ne Christus contra precepta sua fecisse videatur, cum loculos habuit, quibus ad necessarium victum precia portabantur.

It is urged that the order to take no money must be read spiritually, since the apostles did have money. We allow that they had it, but not civilly.

Patet ex dictis quod valde licitum fuit apostolis habere divicias, sed modus habendi civilis propter eius infeccionem est eis prohibitus et Christo inpossibilis; et sic vere dicit Augustinus quod dicta de abdicacione temporalium a Christo et suis discipulis spiritualiter perscrutanda sunt, distinguendo scilicet inter modum habendi evangelice atque civiliter (ut tactum est V huius). Nam evangelice
N habens divicias contentatur ex puro tytulo gracie Dei quoad illas contentus de parco usu earum, de quanto sunt necessaria ut prompcius ministret Deo et suis fratribus. Modus vero habendi civiliter requirit titulum secundum legem humanam ut dominanti ministretur a subditis qui sunt modi habendi contrarii, ut patet Luc.

1. Cod.: *se non.* 19. Cod.: *Decimo sic arguit sic.* 25. Cod.: *precio.*

16. St. Augustini Ep. ad Bonifacium De Correctione Donatistorum Opp. tom. II, 646.

Digitized by Google

XXII, 26, ubi Christus post distinccionem eorum iniungit suis | apostolis: *Vos autem non sic* dominamini. 148[c]

Per hoc patet responsio ad quintum argumentum quo vere assumitur Christum ab infancia habuisse multas et magnas divicias, ut patet de auro, thure et mirra que reges sibi obtulerant Math. II. Ideo cum non sit discipulus in perfeccione super magistrum, videtur quod licuit eius apostolis habere quotlibet divicias eciam quotlibet civilia dominia; quod totum conceditur. Et sic respondetur ad duodecimum, quo assumitur, quod multe auctoritates scripture sonant Christum secundum hominem fuisse regem temporalem, quomodocunque fuerit de facto.

Christ ruled as king, but evangelically.

Suppono quod per regem temporalem intelligitur rex civiliter regens; tale enim regimen oportet includi tempore cum solum durat pro statu huius miserie, et tunc negatur assumptum, ut patet diffuse V capitulo huius V. Verumtamen Christus dominatus fuit et regnavit evangelice super talibus, sed dominacio sua fuit quoad earum essenciam. Propterea ut dicitur Danielis II et patet per hoc ad decimum tertium argumentum quo assumitur ex testimonio Johannis XXII in tractatu suo: *Quoniam vir reprobus*, quia Christus non aliam legem dedit vivendi apostolis quam quibuscunque aliis fidelibus, sed alii fideles layci primo conversi habuerunt plurima in communi, | ut patet Actuum IV, ergo licet clericis habere 148[d]
civilia dominia in communi.

The clergy and even friars may hold civil lordship by title of grace.

Hic concedi debet conclusio, licet assumptum claudicet, nam apostolis dedit Christus legem docendi omnes gentes, ministrandi in spiritualibus et faciendi miracula; ymmo quando ad possessiones docuit illos esse exproprietarios, ut patet Luce XXII, 26: *Reges gencium dominantur seculariter, vos autem non sic.* Ex qua doctrina instructus Apostolus I Thim. VI, 8 docet nos clericos quod *habentes alimenta et quibus tegamur, hiis contenti simus.* Istam autem legem vivendi non dedit quibuscunque fidelibus; videtur tamen michi quod licet fratribus eciam minoribus habere civile dominium materialiter sicut supra, primo quia existentes in gracia sunt tanquam nichil habentes et regulariter omnia possidentes, ergo habent ex titulo gracie civile dominium. Similiter esto quod dominus papa vel alius dominus O

3. *quintum;* ita cod. 36. Cod.: *istum.*

Digitized by Google

secularis det fratribus illis temporalia reservando sibi civilitatem, quod potest nedum esse verum de alimentis sed de fundis et domibus. Tunc cum dicti fratres realiter habent dicta bona, sicut habent corpus et animam, ymmo minus aliene quam habent peccata, et illa bona sunt civile dominium, non sequitur quod fratres habent civile dominium. Non enim sequitur: fratres non habent
149ᵃ huiusmodi | bona civiliter, ergo nullomodo habent; sicut patet attendendo ad modos habendi dispares; non autem licet dictis fratribus civiliter dominari, sicut nec clericis; verumtamen clericis secularibus irreligiosis possessionatis licet habere redditus et quotlibet dominia non civiliter sed tytulo elemosine quantolibet tempore annexa, ut servantes paupertatem evangelicam ministrent residuum fideliter pauperibus et egenis; fratres autem propter inperfeccionem et elongacionem illius officii a statu perfeccionis et a vita apostolica non suscipiunt illud onus, sicut nec fratres Minores suscipiunt marrantibus redditus de scopis annexis suis mansionibus, ut vel cum illis solvant annualem redditum, que pro placencia sua solvunt; quod vellem in cunctis mendicantibus observari, obstando principiis, ne noverca religionis avaricia surrepens paulative in domos spirituales dictorum apostolorum ecclesie demum prevalendo tyrrannice subvertat funditus dictas domos.

A lord may give property to friars reserving the civil lordship.

Secular clergy and monks may administer endowments; friars refuse even the rent of shops attached to their houses.

Per hoc patet responsio ad decimum quartum, quo assumitur quod si non licet clerico dominari civiliter, a pari omnes episcopi tenentur esse ita pauperes quoad carenciam dominii, sicut fratres. Concedi debet conclusio, verum tamen licet illis habere quotlibet predia
149ᵇ et castella annexa per totum tempus cursus mi | litantis ecclesie, sine civilitate ad officium ministrandi; et sic fratres communiter servant gradum perfeccionis quia alcioris et arcioris paupertatis, paupertati Christi et apostolorum plus similis.

Bishops are not so strictly bound to poverty as friars.

ec offenderet ista sentencia *pias aures* cuiusquam ·iscopi vel prelati. Sunt enim duo ordines in ecclesia dignitatum; scilicet iuridiccionalis et evangelicus. Ille est superior in ordine iurisdiccionali; cuius iurisdiccioni

6. Cod.: *non* deest. 11. *clericis*. Adde: *et religiosis*. 18 9. Cod.: *matantibus; a* deest; marrare = appropriare.

36. *Pias aures*. Cf. Loserth, Studien zur englisch Kirchenpolitik im XIV. Jahrhundert, p. 41.

Digitized by Google

alter supponitur, ut patet de papis, archiepiscopis, ep-
scopis et rectoribus; dignitas vero secundum ordinen.
evangelicum stat in humilitate officiosius ministrandi, ut
patet Luce XXII et expositum est capitulo . . . huius V.
Quod si prelati nostri servant paupertatem evangelicam, 5
sicut in primitiva ecclesia, tunc preeminent similiter
duplici dignitate; et aliter videtur quod pollent dignitate
secundum quid solummodo quoad mundum.

Decimo quinto sic arguitur: Apostoli habuerunt ali- P
qua temporalia iure proprietatis atque dominii, vel in 10
speciali vel communi, ergo a pari licet clericis sic ha-
bere. Antecedens patet per Johannem XXII in consti-
tucione sua *Cum inter nonnullos*, qui in terminis hereti-
cavit contradiccionem antecedentis assumpti.

It is argued that the apostles were pari owners of the good sold for the support of the Church,

Hic concedi debet prima conclusio, quia (ut patet 15
ex dictis) apostoli habuerunt proprietatem usus | ac 149[c]
ministerii in quibusdam bonis ecclesie et sic habuerunt
ius utendi, vendendi, donandi et ex ipsis alia acquirendi
sive donacione vel usu civili suo statui composibili.
Utrum autem dominus Johannes XXII sic intellexerit, 20
non contendo; sed non est nostrum sibi imponere
heresim, nisi manifeste pateat ex sentencia scripti sui.

Decimo sexto arguitur sic: Si apostoli post missionem
Spiritus Sancti habuerunt aliqua predia in Judea et
licuit eis retinuisse si voluissent, ut expresse docet Jo- 25
hannes XXII in constitucione sua: *Quoniam vir repro-
bus;* ergo adhuc licitum est puris clericis habere predia,
docet eciam idem dominus Johannes in decretali sua
Quia quorundam, quod domus, agri et omnia inmobilia,
que credentes (de quibus Act. II et IV fit mencio) vende- 30
bant pro fidelibus sustentandis, priusquam venderentur
fuerunt effecta communia tocius christianitatis, iure talis
proprietatis sive dominii; qualem proprietatem seu do-
minium possessores antea habuerunt; constat autem
quod illa fuit possessio et civile dominium, ergo apo- 35
stoli tunc erant sicut et alii christiani civiles domini.

Hic respondeo ut supra relinquendo superioribus,
quibus pertinet, sensum domini Johannis in suis decre-
talibus decla | randum; concedo tamen quod apostoli 149[d]

29. Cod.: *dominus agri.* 31. Cod.: *sustentantis.*

1[c]. Extrav. Joannis XXII, tit. XIV, cap. IV. 29. Extrav. Joannis XXII, tit. XIV, cap. V.

Digitized by Google

habuerunt post missionem Spiritus Sancti omnia predia mundi cum Apostolus dicat I Cor. III, 22: *Omnia vestra sunt*, et sic licuit eis predia retinuisse in Judea, sicut de facto retinuerunt, cum non potuerunt excidere ab eorum remanencium naturali dominio, nisi cadendo a gracia. Ideo (ut sepe dixi) nemini licet renunciare illi dominio, sicut non licet relinquere graciam ad quam illud consequitur. Non autem credo, quod dominus Johannes racione vel scriptura deducere potest quod apostoli a tempore quo facti sunt sacerdotes dominabantur civiliter, cum hoc repugnasset doctrine abbatis sui ac capitanei sui Petri, I Petr. V: *Neque ut dominantes in cleris.* Historia eciam de omni vita apostolica contradicit. Sicut igitur apostoli habuerunt post missionem Spiritus Sancti multa predia, conformiter licet nostris clericis nunc habere; quantum ad illam decretalem *Quia quorundam* potest glosari ut supra. Constat quidem ex dictis quod nemo potest dominari civiliter, nisi illud dominium in dominio gracie sit fundatum, et per consequens conversi in primitiva ecclesia (de quibus Act. II et IV capitulis) habuerunt duplicem titulum possessionibus venditis dominandi, scilicet titulum gracie
150* et tytulum proprietatis civilis, et per consequens | relinquendo tytulum inperfectum propter Christum ut docti sunt ab apostolis remansit eis prius fundabile dominium centuplum ad civile (ut patet ex declaratis capitulo . . . huius V). Tale autem dominium est necessarium toti ecclesie nunc et semper. Et potest dici quod christiani habentes predia, post abdicacionem mentalem que precessit vendicacionem fecerunt ipsa totius christianitatis novo iuris titulo, eciam quadam proprietate evangelica, excludendo ab eis usum infidelium fecerunt ipsa propria christianis; sed longe hoc atque inpertinens ad inferendum quod christiani erant tunc civiliter dominantes, cum scriptura Act. IV, 34 repugnat, cum dicitur: *Nec quisquam eorum que possidebat aliquid suum esse dicebat, sed erant illis omnia communia;* quod potest ex dictis excludere civile dominium. Utrum autem dictus dominus Johannes habuerit istum sensum vel alium, non est meum discutere.

but such possession as they had was by title of grace.

12. Cod.: *capitacio;* ib. Cod.: *ut* deest. 29. *post;* cod.: *prius.*
30. *fecerunt ipsa* superfluum in cod., quia et infra sequitur.

Digitized by Google

John XXII maintained that Christ could not give up his lordship over all things, and that the Church, as spouse of Christ, should have civil dominion.

Decimo septimo sic arguitur: Dictus dominus Johannes Q in constitucione sua *Quia vir reprobus* multa determinat repugnancia inpossibilitati civilis domini celorum; docet enim primo, quod Christus fuit dominus omnium temporalium in quantum crucifixus; docet secundo quod 5 Christus non potuit renunciare regno et universali dominio temporalium, quia si sic fecisset, contra ordinacionem patris fecisset; dicitur tercio quod carencia | dominii non fecit Christum pauperem et egenum, sed 150b pocius carencia fructus et oblacionis rerum quarum 10 erat dominus. Docet quarto quod totus iste Psalmus: *Eructavit cor meum verbum bonum* etc. intelligi debet de regno temporali tam quoad Christum et sponsam eius ecclesiam, ut quod fuerit Christus rex in temporalibus et sponsa eius ecclesia sic in temporalibus fit regina 15 dominans temporaliter; et per consequens moderna ecclesia debet eis conformiter dominari.

Hic dicitur: Negandum assumptum, cum inpossibile sit determinare aliquem contra scripturam sacram. Ideo si quis putat se determinare quicquam scripture sacre 20 contrarium, se ipsum precipitanter decipit asserens se facere quod non facit.

Quantum ad primum articulum, potest dupliciter sane intelligi, primo quod Christus secundum humanitatem qua crucifixus est habuit dominium originale omnium 25 temporalium; quod est verum; secundo quod racione passionis et victorie qua in ligno vicit dyabolum, *habuit nomen quod est super omne nomen*, ut dicit Apostolus Phil. II, 9, et sic fuit crucifixio sua parcialis causa per accidens quare Trinitas constituit eum post triumphum 30 *regem regum et dominum dominancium*, ut dicitur Apok. XIX, 16 et *caput omnium beatorum* ecclesie, ut dicitur Col. I, 18, ymmo capitalem dominum creatum super omnia | bona sua. Est enim gigas gemine substancie 150c simul creator et creatura et, in quantum creatura sic 35 ypostatice unita, habet gradum dominii ad quem nulla alia creatura potest attingere. Tales autem reduplicative intelliguntur sepe specifice dicentes causam parcialem sentencie per accidens et non semper distinguunt pro quolibet

2. Cod.: *quia* deest. 13, *et*; cod.: *ad sponsam*. 15. Cod.: *si in*. 21, 22. Cod.: *se ferre*. 37. *Tales* i. e. *reduplicative*. 38, 39. *sentencie*; Cod.: *sue*.

2. Cf. Raynaldi Annales eccles. ad annum MCCCXXIX, p. 383 seqq. 12. Psalm. XLIV, 2.

Digitized by Google

supposito sibi inexistenciam per se cause, ut non oportet, si Christus in quantum homo passus fuit in cruce pro humano genere, tunc omnis homo alius sic est passus, sed satis est quod illa singularis humanitas quam assumpsit fuit aliqualis causa passionis et redempcionis, subiectans passionem sicut nec fecit sua deitas.

Quantum ad secundam conclusionem domini Johannis patet quod potest sane intelligi, scilicet quod Christus non potuit renunciare originali dominio quod habuit ex titulo plenitudinis gracie ad capiendum fructum de omnibus separabilibus et plene utendum eis quomodocunque voluerit est plenissimum dominium infinitum prestancius quam civile; sic quod neutra illarum questionum necessitat quod intencio ecclesie fuit Christum potissime civiliter dominari; dominatur enim homo in temporalibus; fundatur eius dominium, sive evangelicum sive civile, et sic tota dominacione perpetua dominatur
150d R ecclesiam in tempora | libus. Cum igitur dominus non potuit cecidisse ab isto dominio nisi cadendo a gracia quod non contigisset nisi faciendo contra ordinacionem patris et per consequens peccando, manifestum est quod non potuit a predicto dominio cecidisse; licet enim potuerit non fuisse dominatus temporalibus manens in eternitate sine produccione creature ad extra, tamen non potuit desinere dominari universitati creature, cum illa potest non esse sed non potest desinere esse.

Renouncement implies the existence of the thing renounced.

Consequenter dicitur quod renunciare, abdicare, renuere et cetera huiusmodi dicunt existenciam abdicati, cum nemo abdicat chimeram vel aliud non existens; dicunt eciam possibilitatem habendi abdicatum secundum formam qua respuitur vel in respuente iudicio vel natura divina, et sic natura divina non abdicat a se temporalia, cum civilitas non potest illi nature inesse formaliter.

Quantum ad tercium potest intelligi de virtute sermonis quod carencia originalis dominii non fecit Christum pauperem, cum fuit secundum illud dominium plenissimum possibile summe dives et per consequens eius carencia, cum non facit Christum pauperem; verum tamen constat ex fide quod carencia civilis dominii fecit Christum summe pauperem, ut patet ex dictis

34. *divina*. Cod.: *dominia*. 38. Cod.: *cum facit*. 40. *cum*; hic locus corruptus esse videtur.

Digitized by Google

IV° capitulo et sex sequentibus huius V, vel potest dici quod conclusio dicitur copula | tive quod carencia usus 151ª sensibilis, quam Christus preordinavit eternaliter sibi et suis inesse, facit ipsum pauperem et egenum. Egenus enim dicit in actu egenciam; quomodo contingit regem civilem egere bono proprio super quod habet civile dominium, ut domini in bellis egent cibario, et multi propter remocionem suorum propriorum dominabilium egent illis, quia deficit eis usus eorum qui foret habita applicacione eius necessarius. Christus igitur contra venit ordinare eterna, ne temporalia quibus verissime dominabatur sibi et suis affluerent nisi secundum mensuram in qua potest paupertas evangelica altissima atque artissima observari.

Psalm XLIV principally refers to the heavenly kingdom

Quantum ad quartum patet quod non obest scripturam sacram propter eius fecunditatem gravidari sensu multiplici, quorum nullus sit alteri contrarius; cum igitur Christus et sua membra, que sunt ecclesia sponsa sua, vere dominantur omnium terrenorum, rexque ille simul celestia et terrestria moderatur, patet quod sane potest Psalmus ille intelligi de terreno regno sed principaliter intelligitur de regno celesti, ymmo de regno universitatis ereate, ut exponunt Augustinus et alii sancti iuxta supradicta V . . . . . capitulis huius V.

as appears from the words of St. Augustine.

Et patet specialiter ex verbis Augustini super eodem psalmo XLIV dicentis inter | cetera quod psalmum 151ᵇ illum de Christo dici nemo dubitat. Et sequitur super isto textu: *Sedes tua Deus in seculum seculi. Erat*, inquit, *sedes regni Judayci temporalis pertinens ad eos qui sub lege erant, non ad eos qui erant sub gracia; venit ille ut liberaret illos qui sub lege erant et sub gracia constitueret. Sedes huius in secula seculorum. Quare? quia sedes illa prima temporalis fuit regni.* Et sequitur: *O eternitatis divinitas; non enim posset Deus sedem habere temporalem;* et prosequitur diffuse expediendo totum de regno spirituali Christi; nec credo illum dominum presumere repugnare in isto sentencie huius sancti.

Ex istis colligitur quod verba huius domini fuerunt S digito Dei et merito ecclesie sic liberata et quod con-

13. *potest;* cod.: *ponit.* 34. Cod.: *Deus* deest.

25. St. Augustini Opp. tom. IV, p. 389.

Digitized by Google

strui possent ad sensum catholicum sine repugnancia fidei quomodocunque ipse senserit.

Decimo octavo sic arguitur: prelati ecclesie non solum in spiritualibus sed eciam in temporalibus laycis sunt superiores auctoritate divina ita quod habent iurisdiccionem coactivam in laycos quoad temporalia eorum, ergo prelati ecclesie auctoritate divina sunt domini temporales.

It is said prelates are over laymen in temporal as well as spiritual matters.

In ista materia sepe dixi quod sacerdotes Christi sunt superiores dominis civilibus tam in temporalibus
151[a] quam in spiritualibus, et sic habent | a Christo iurisdiccionem in utrisque et potenciam coactivam sicut naturale dominium, quod tamen procedit ex maiori gracia quam dominium laicorum; patet quod est perfeccius quia spiritualius quam eorum dominium et sic utrimque sunt superiores laycis, dummodo servaverint statum et dignitatem ordinis clericalis; quod fit, si servando paupertatem evangelicam non aspirant ad civile dominium, sed de nudo usu temporalium contentati regulant laycos grosse utentes hiis temporalibus secundum doctrinam scripture, ut exposui XXXIX huius capitulo ex verbis Apostoli I. Thim. VI, 17: *Divitibus huius seculi precipe* etc. Et sic est dare duplicem iurisdiccionem vel potestatem in temporalibus scilicet evangelicam et civilem. Evangelica est ad spiritualiter exortandum et civilis ad civiliter cohercendum, et correspondenter dupliciter dicitur potencia coactiva scilicet civiliter vel evangelice. Potestas civiliter coactiva est potestas quam habet civilis dominus ad cohercendum subiectos suos secundum leges et potencias humanas, ut puniendo subditos corporaliter per ablacionem substancie, per privacionem boni naturalis, per penam
151[d] exilii sive mortis | ; et de illa potestate loquitur Apostolus Rom XIII, 4; dicens quod *non sine causa portant gladium*. Potestas vero evangelice coactiva est spiritualis potestas sacerdotis Christi ad cohercendum suos subditos per censuras ecclesiasticas, cuiusmodi sunt excommunicaciones, tradiciones sathane, et instruccio laycorum ut taliter induratis negetur corporalis beneficencia sed infligatur eis pena que per ecclesiam est taxata; talis autem potencia coactiva est perfeccior et su-

They are superiors because they hold (or should do so) more by grace than does the layman.

They have coercive power by excommunication etc.

3. Cod.: *erant prelati.* 5. Cod.: *illa quod.* 19. Cod.: *nudo ac pro usu;* rectius: ac parco. 21. Cod.: *XXXIX huius* (sic). 41. Cod.: *perfeccior quam superior et.*

Digitized by Google

perior quam regula potencie civiliter coactive. Quod si clericus habens hanc potenciam et preeminenciam super dominos temporales aspirat ad dominaciones vel usus civiles, expirat fructus illius potencie et inferiorat se quolibet christiano, cum excidit ut sic a nomine christiani. Utrum autem clerici occupantes nomine procuratorio bona pauperum debeant vocari domini temporales, est verbalis dissensio. Quidam enim utuntur termino convertitur cum...item civiles domini; alii autem dicunt quod satis est ad hoc quod aliqui sint domini temporales, quod dominentur temporaliter super bonis temporalibus sive civiliter sive pure et ex titulo gracie, qualiter notum est tam religiosos possessionatos quam fratres temporaliter dominari. Sed circa istam | equi- 152a
vocacionem in nomine non contendo, concedens quod licet clericis habere temporale dominium et temporaliter dominari; hoc est cum inicio temporis incipere dominium et cum fine eiusdem temporis ipsum dominium terminare. In hoc tamen est diversitas, quod inpossibile est dominium evangelicum cessare stante dominabili nisi vir evangelicus ex peccato voluntario sit in causa; dominacio vero civilis includitur tempore et fluit ac refluit tam dominabili quam subiecto in gracia perdurante. Et ad istum sensum quidam habent pro eodem civile dominium et temporale dominium, ego autem contentor in primo termino magistrali.

It a cleric uses his power for selfish ends he loses it and becomes lower than laymen.

1. *quam;* cod.: *et.* 2. *habens;* Cod.: *hominis.* 9. *convertitur cum item;* hic locus corruptus est. 13. *quam;* cod.: *quod.*

Digitized by Google